1.

Hinkmars Eid bei seiner Ordination. *3. Mai 845.* 845.

Hss.: Schlettstadt 99 Bl. 110, 11. Jh. (B), kollat. Laehr; Reims (C) verschollen. — Formular: Fleury (D) verschollen.

Drucke: Marlot I, 388 (aus C); Gousset I, 200; Migne 125, 1199. — Aus D: Sirmond, Conc. 5 *Gall. II, 656; Labbe-Cossart VIII, 1884; Baluze, Capit. reg. Franc. II, 618; de Rozière, Recueil général des formules II, 644; Zeumer, MG. Formulae S. 555.*

Schrörs Reg. 1.

Ego[1] Hincmarus[a] huius sedis ordinandus archiepiscopus et sacro ministerio vestro, sancti patres, praedicationis officium suscepturus confiteor[2] sanctam atque ineffabilem 10 trinitatem, patrem et filium et spiritum sanctum, unum Deum naturaliter esse, unius substantiae, unius naturae, unius maiestatis atque virtutis. Dominum quoque nostrum Iesum Christum de Deo patre ante tempora genitum eundemque sub tempore de spiritu sancto conceptum et de Maria virgine natum credo. Qui passus[b] pro redemptione humani generis ad inferna descendit indeque victor resurgens et in caelos ascendens venturus 15 est in fine saeculi, ut reddat[3] singulis, prout gesserunt in corpore positi, sive bonum sive malum. Vgl. 2. Cor. 5, 10.

Praeterea[4] constitutiones quatuor principalium conciliorum, videlicet[c] Niceni[5], Constantinopolitani[6], Ephesini[7] et Calcedonensis[8], canones quoque synodorum et decreta, quae orthodoxa fides suscipit et complectitur, me suscipere, tenere et praedicare velle 20 confiteor. Haereses vero et scismata, quae catholica ecclesia anathematizat, et quicquid sanae fidei[d] adversatur, condempno, respuo et[e] anathematizo. Beato vero Petro[9] et

---

1. a) *Fehlt Formul.* b) est *hinzugefügt Formul.* c) *Fehlt Marlot, Formul.* d) *Übergeschr. B.* e) *Fehlt Formul.*

1) *Zur Datierung vgl. Schrörs, Hinkmar Erzbischof von Reims S. 561 A. 1. Nach den Annal.* 25 *S. Dionysii Remenses (MG. SS. XIII, 82) empfing Hinkmar am 3. Mai 845 die Weihe. — Das Glaubensbekenntnis ist wahrscheinlich dasselbe, von dem Flodoard, Historia Remensis ecclesiae III, 2 (MG. SS. XIII, 476), spricht:* — — ordinatio Hincmari, quando fidei quoque suae tenorem Romam misit. — *Zweifel an der Echtheit des Stückes äußerten von Noorden, Hinkmar, Erzbischof von Rheims S. 44 A. 3, und Heller, MG. SS. XIII, 476 A. 5. Dagegen Schrörs S. 56 A. 20; s. auch Th. Gottlob,* 30 *Der kirchliche Amtseid der Bischöfe (1936) S. 31 und A. 136.* 2) *Vgl. die Akten des 11. Konzils von Toledo (675), Migne 84, 452; Hinschius, Decr. Pseudoisidor. S. 405.* 3) *Vgl. ebenda, Migne 84, 457; Hinschius S. 407.* 4) *Die Nennung der* quatuor principalia concilia, *die eine Sonderstellung einnehmen, geht wahrscheinlich auf die Hispana zurück (Migne 84, 91); s. auch Pseudoisidor, Hinschius S. 20. Ein Zusammenhang besteht außerdem mit der Synodica Gregors I. Reg. I, 24,* 35 *MG. Epist. I, 36 (J.-E. 1092). Unter Hinkmar selbst zeigen sich wörtliche Anklänge im Ordinationseid des Adalbert von Térouanne, Sirmond, Conc. Gall. II, 654 ff. Auch Lib. diurn. F. 73 ist zu beachten.* 5) *325.* 6) *381.* 7) *431.* 8) *451.* 9) *Vgl. Bonifatius-Briefe Nr. 78, MG. Epist. sel. I, 163 Z. 11 f.*

845. vicario eius debitam subiectionem et oboedientiam, suffraganeis[1] vero nostris adiutorium me exhibiturum profiteor.

Et huic professioni meae coram Deo et angelis eius[a] sub testimonio quoque praesentis ecclesiae subscribo.

2.*

Hinkmar an Erzbischof Hetti von Trier: Anzeige seiner Ordination. 5

Schrörs Reg. 2. *nach 3. Mai 845.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 513): Hetti[2] Trevirorum archiepiscopo[3] scribit ordinationis suae primordia, offerens se socium et obsecutorem in ecclesiasticis negociis ipsius paternitati. 10

3.*

Hinkmar an Bischof Drogo von Metz. *nach 3. Mai 845.*

Schrörs Reg. 6.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Drogoni[4] Metensium presuli[5], imperatoris Ludowici[6] fratri, pro familiaritate ipsius adipiscenda.

4.*

Hinkmar an Kaiserin Irmingard. *nach 3. Mai 845.* 15

Schrörs Reg. 3.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 27 (MG. SS. XIII, 547): Irmingardi[7] augustae[8] scribens congratulatur audito religionis ipsius fervore, asserens se in precibus assidua pro ea dependere munia.

5.*

Hinkmar an Königin Irmintrud zwecks Beeinflussung des Königs betr. Bischofswahl in Beauvais. *Ende 845.* 20

Schrörs Reg. 4.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 27 (MG. SS. XIII, 548): Irmintrudi[9] reginae[10] pro Belvacensis ecclesiae dispositione in pastoris electione[11], petens, ut suggerat regi,

---

a) *Fehlt Formul.* 25

1) *Hinschius, Das Kirchenrecht der Katholiken und Protestanten in Deutschland III, 201 A. 6, der den Ordinationseid nur in der Formelform kannte, glaubte aus dem Passus über die Suffraganbischöfe den Schluß ziehen zu dürfen, daß das Stück Ende des 9. Jhs. in den Kreisen der Partei des Frankenreichs entstanden sei, welche die damals hervortretenden Bestrebungen auf Stärkung der Metropolitanrechte abwehren wollte. Doch ist in dem Satze nichts enthalten, was nicht auch von Hinkmar im Jahre 845 gesagt sein könnte.* 30 2) *Vgl. Schrörs S. 70f. und S. 561 A. 2; E. Lesne, Hincmar et l'empereur Lothaire, Revue des questions historiques 78 (1905) S. 9; Hermann Schmidt, Trier und Reims in ihrer verfassungsrechtlichen Entwicklung bis zum Primatialstreit des neunten Jahrhunderts, Zeitschrift der Savigny-Stiftung, Kanon. Abt. XVIII (1929) S. 77 und A. 3.* 3) *816—847.* 4) *Vgl. Schrörs S. 52 und S. 562 A. 5; Lesne, Revue des questions historiques 78, 9.* 5) *823—855.* 6) *Des Frommen.* 7) *Vgl. Schrörs S. 52 und S. 561 A. 3; Lesne, Revue des questions historiques 78, 9.* 35 8) *Gemahlin Lothars I. († 20. März 851).* 9) *Vgl. Schrörs S. 561f. A. 4.* 10) *Gemahlin Karls des Kahlen.* 11) *B. Hildemann von Beauvais starb wohl am 8. Dez. 844; Irminfrid, sein Nachfolger, wurde Anfang 846 gewählt, s. Schrörs a. a. O. Vgl. auch Duchesne, Fastes épiscopaux III, 121.*

ne a quocumque in quamcumque partem animus illius indebite possit inflecti de huius ecclesiae dispositione, donec ipse in eius servitium veniens, quae ipsi necessaria fuerint notificans, ipsius auribus pandat, et sic, quae Deo sint placita et illis utilia, Domino annuente disponere procuret. 845—846.

6.*

5 *Hinkmar an König Karl den Kahlen betr. Bischofswahl in Beauvais.* *Ende 845.*

Schrörs Reg. 5.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 509): Inter[1] quae[2] scribit ad eum pro electione Belvacensis episcopi post obitum Hildemanni presulis ipsius urbis.[3] In qua epistola regem studet a simoniaca heresi compescere, asserens sibi multo
10 amabilius esse istum episcopatum secundum seculum dimittere, quam episcopum contra canonicam institutionem non tam benedicere quam aeterna secum maledictione maledicere.

7.*

Hinkmar an Erzbischof Guntbald von Rouen. *845—846.*

Schrörs Reg. 7.

15 *Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514):* Guntbaldo archiepiscopo[4] scribit pro quodam presbitero de iure ecclesiastico conservando.

8.*

Hinkmar an Erzbischof Guntbald von Rouen. *845—846.*

Schrörs Reg. 8.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item pro his, quae in
20 sinodo[5] gesta fuerant.

9.*

Hinkmar an Bischof Immo von Noyon. *Anfang 846.*

Schrörs Reg. 9.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Immoni Noviomagensi episcopo[6] pro sinodo comprovinciali Parisius a rege condicta[7] et pro ordinatione Irminfridi
25 post decessum Hildemanni Belvacensis episcopi.[8]

1) *Vgl. Schrörs S. 561f. A. 4.* 2) *Vorhergehender Satz bei Flod.:* Idem vero presul de multis regi necessariis saepissime suggerebat. 3) *S. oben S. 2 A. 11.* 4) *Von Rouen (838—849).* 5) *Vgl. Schrörs S. 562 A. 6, auch für die Zeitbestimmung; zu Guntbald die vorige A.* 6) *C. 840—859/860; vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux III, 106. 121.* 7) *Pariser Synode vom 14. Febr. 846.*
30 *Daraus ist die Datierung zu erschließen, vgl. Schrörs S. 561f. A. 4.* 8) *Vgl. oben Nr. 5 und Nr. 6.*

10.*

845—847. *Hinkmar an Erzbischof Amolo von Lyon.* *nach Juni 846.*

Schrörs Reg. 10.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Amolo Lugdunensi[1] de placito, quod habuerat cum rege regnique primoribus[2], et de Iudeorum in hoc regno statu.[3] 5

11.*

Mahnung Hinkmars an die Äbtissin Berta von Avenay betr. Güterstreitigkeiten. *3. Mai 845 — Februar 847.*

Schrörs Reg. 11.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 27 (MG. SS. XIII, 548): Bertae[4] abbatissae Avennaci monasterii pro impedimentis, quae fratres ac servientes monasterii Altvillaris aliarumque 10 villarum Remensis ecclesiae patiebantur ab hominibus ipsius, postquam in hoc regnum illa devenerat. Unde petit, ut diligentiam studiumque adhiberi iubeat, ne tanta et sic insolita preiudicia haec patiatur ecclesia de ipsius vicinitate, de qua solamen et gaudium pro ipsius bona vita et sobria conversatione habere debebat. Quod si egisset, Deum proinde placabilem sibi faceret et sanctam Mariam sanctumque Remigium sibi conciliaret, 15 ab ipso quoque obsequium episcopale haberet. Si vero suos corrigere parvipenderet, ipse, licet invitus, aures regis[5] inde pulsaret[6], ut, si necesse foret, ut in tantum causa excresceret, ministerium ecclesiasticum secundum regulas canonicas in eam suosque exereret.

12.

Antwortschreiben Hinkmars an Kaiserin Irmingard betr. seinen Streit mit ihrer 20 *Tochter Berta, Äbtissin des Klosters Avenay, und sein gespanntes Verhältnis zu Kaiser Lothar I.* *846 — Februar 847.*

Flod. Hist. Rem. eccl. III, 27.

Drucke: Sirmond, Flodoardi eccl. Remens. histor. (Parisiis 1611) S. 294; Sirmond, Hincm. opera II, 843; Migne 126, 265; MG. SS. XIII, 547 (Hss.-Bezeichnung nach dieser Ausgabe). 25

Schrörs Reg. 12.

Regestierend schickt Flodoard voraus: Item[7] respondens ad litteras[8], quas ipsa sibi direxerat, significantes intimasse illi quosdam homines, quia per eiusdem episcopi iussionem

1) *841—852.* 2) *Reichsversammlung von Épernay, Juni 846 (MG. Capit. II, 260), woraus sich die Datierung ergibt. Vgl. Schrörs S. 562 A. 7. S. auch Lesne, Revue des questions historiques 78, 9.* 30 3) *S. Schrörs a. a. O.* 4) *Tochter Kaiser Lothars I. S. auch Nr. 12 S. 4f. — Vgl. Schrörs S. 52 und S. 561 A. 3; Lot-Halphen S. 159 A. 1; Lesne, Revue des questions historiques 78, 10.* 5) *Karls des Kahlen.* 6) *Vgl. Konzil von Antiochia c. 11, Codex canonum vetus ecclesiae Romanae (Lutetiae Parisiorum 1609) S. 60f.; Hinschius S. 271.* 7) *Vgl. oben Nr. 4 S. 2 und Nr. 11 S. 4. Schrörs S. 52 und S. 561 A. 3; Lot-Halphen S. 181 A. 3; Lesne, Revue des questions historiques 78, 10f. 29ff. — Die* 35 *Datierung ergibt sich daraus, daß Hinkmar von Anfang 846 ab mit Lothar I. in Streit lag (vgl. Lesne a. a. O. 78, 9 A. 1 und S. 11 A. 5, dessen Aufsatz für die Beziehungen zwischen Hinkmar und Lothar besondere Beachtung verdient) und daß nach der Ende Febr. 847 zwischen Lothar und Karl dem Kahlen abgehaltenen Zusammenkunft von Meersen für Hinkmar kein Grund mehr vorlag, nicht auch seinerseits mit dem Kaiser in Verbindung zu treten, was er in diesem Brief mit Hinsicht auf das gespannte Ver-* 40 *hältnis zwischen Lothar und Karl noch von sich weist.* 8) *Nicht erhalten.*

846—847.

multa mala fierent erga res Avennaci monasterii Bertae, ipsius imperatricis filiae; asseverans, quod diabolus per eorum sit ora locutus mendacium, velut est pater mendacii. (Vgl. Ioh. 8, 44.) Si quid vero homines ipsius iniuste fecerint in rebus ipsius monasterii, non denegat; tamen, quia et ignoraverit et non consenserit nec voluerit, indicat. De quodam preterea manso, quod illa significaverat iniuste abstractum a prefato monasterio, asserit, quod nulli homini, quantum sibi conscientia testimonium perhibebat, iniuste umquam mansum abstulerit, sed apud regem[1] pro eo petierit et obtinuerit, ut missos suos dirigeret, qui diligentissime hoc inter ecclesiae Remensis et Avennaci monasterii possessiones aequa lance indagantes decernerent. Nam ipse, qui sua pro Christo dimiserat, nec vellet nec indigeret, ut aliena raperet; ea tamen, quae sibi commissa erant, sine ratione et lege negligenter dimittere non audebat; adiciens esse multa de ipso monasterio, unde ipsius filiaeque suae indigebat auxilio; petitque, ut mittat missum suum strenuum et fidelem cum misso filiae suae, qui una secum quae corrigenda sunt ibidem corrigat et videat, quam intentionem et voluntatem ipse in talibus habeat, ne ipsis et sibi periculum, quod absit, exinde maneat; petitque, ut animus ipsius sit semper sollicitus, ne alienae linguae facile credat, maxime de sacerdotibus[2] Christi; quoniam diabolus, si non potest in alio, in hoc velit intentionem ipsius fuscare, ut eam faciat in opinione indebita sacerdotum errare. Denique, quod adiecerat ipsa se pro eo suggessisse animo imperatoris Lotharii, contra ipsum fecisse illam testatur, non ut magnam et Deo devotam decet facere coniugem.

Brieffragment.

Ego* scio, quia ei[a][3] multa[a] de me dicta fuerunt contraria; sed si vult, poterit cognoscere non esse vera. Tamen eum non audeo reprehendere, quia dominus est, nec in eius persona dico, sicut legitur in scripturis: 'Qui libenter audit verba mendacii, (Prov. 29, 19.) ministros quoque habebit impios', videlicet qui de erga[b] eum[b] piis[b] voluntarie loquentur impia. Qui illi ea dixit ex mea parte, sicut[c] mihi mandastis, aliter quam verum sit[d] dixit, male autem interpretatus est bene dicta. Si voluisset cognoscere verum et aliquis missus mihi de sua parte[c] veniret, ut vera[e] ex me cognosceret, sicut venit et me qualemcumque Christi domini sacerdotem suggillavit[f], libentissime suo animo satisfacerem. De meo autem misso, sicut dominatio benignissima vestra mandavit, ut ad eum dirigam, qui ei hoc affirmet, quod de eius infidelitate[g] nihil velim tractare, scitis, quanta mendacia nunc per istud vadunt saeculum et quanta sinceritas debeat esse in sacerdote[h] et quantam merito domno meo[1] velim servare fidelitatem. Et idcirco, ne mali interpretes male bonum interpretentur, hoc adhuc facere non possum. Tamen si vult credere domnus meus Hlotharius, potest veraciter cognoscere, quia non tantum[i] illi, nulli[k] homini in mundo sum infidelis; et si vult credere, credat; sin autem, cum ille inter principes et ego inter episcopos ante regem regum et episcopum episcoporum venerimus, tunc, quid inde verum sit, plenissime sine alicuius indicatione cognoscet.**

---

*) *Folgt* inquit *Flod.* **) *Danach:* Et cetera. *Flod.*

12. a) multa ei *1* b. b) *Verb. zu* piis erga eum *1* b. c) sicut *fehlt 2;* sicut — sua parte (*Z. 27*) *fehlt 1.* d) *Fehlt 1* a. e) veram *1.* f) suigillavit *2; hier inseriert 1 die oben (vgl. Var. c) ausgelassene Stelle* sicut — parte *und wiederholt alles bis* suggillavit. g) infidelitatem *1* a. h) sacerdotem *1.* i) tamen *1, 2.* k) sed nulli *3.*

1) *Karl der Kahle.* 2) *Schrörs S. 52 vermutet, daß damit Anhänger des ehemaligen Ebs. Ebo von Reims gemeint sind.* 3) *Kaiser Lothar I.*

13.*

845—847. *Hinkmar an König Pippin II. von Aquitanien betr. Besitz der Reimser Kirche in den Gauen Auvergne, Limoges und Poitou.* *845—847.*

Schrörs Reg. 13.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 513): Scribit[1] et Pippino regi Aquitanico[2] pro rebus ecclesiae suae in pagis Arvernico, Lemovico et Pictavico sitis, pro 5 quibus etiam litteras Karoli regis[3] ad eundem Pippinum mitti obtinuit, quas res Frigidoloni viro illustri tutandas commisit.

14.*

Hinkmar an Erzbischof Hetti von Trier. *Ostern 846 — Mitte 847.*

Schrörs Reg. 14.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 513f.): Item[4] de eadem re, 10 petens se ab eo instrui et pro filio haberi, significans etiam de itinere suo, quo se Romam petere disponebat[5].

15.*

Hinkmar an Erzbischof Hetti von Trier. *Ostern 846 — Mitte 847.*

Schrörs Reg. 15.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item[6] de Gondrico, quem 15 excommunicaverat ille, et de Fulcrico a se excommunicato, qui refugium in Trevirensi habere videbatur episcopatu.

16.*

Hinkmar an Erzbischof Amolo von Lyon. *März — Juni 847.*

Schrörs Reg. 16.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item[7] de sinodo a tribus 20 regibus condicta[8] et de Ebone precessore ipsius[9] et aliis nonnullis, in qua eum carissimum et unanimem sibi patrem se habere significat.

1) *Vgl. Schrörs S. 562 A. 8; Lot-Halphen S. 173 und A. 3; Recueil des Actes de Pépin Ier et de Pépin II. rois d'Aquitaine (814—848) ed. L. Levillain (1926) S. CLXXIX und A. 5, S. 253 und A. 2.* 2) *II.* 3) *Des Kahlen.* 4) *Vgl. oben Nr. 2 S. 2 und A. 2; zum Todesdatum Eb. Hettis (27. Mai* 25 *847) außer Schrörs S. 561 A. 2 auch Recueil des Actes de Pépin Ier et de Pépin II. rois d'Aquitaine ed. Levillain S. 215.* 5) *Vgl. den Brief Lothars I. an Papst Leo IV., MG. Epist. V, 611 Nr. 46 (Mühlbacher, Regesten² n. 1149); s. auch Schrörs S. 53; Lesne, Revue des questions historiques 78, 21.* 6) *Vgl. oben Nr. 2 S. 2 und Nr. 14 S. 6; Schrörs S. 58, dessen Zeitbestimmung man unbedenklich folgen kann; Lesne, Revue des questions historiques 78, 32. 51. S. im übrigen für die Fulkrich-Angelegenheit auch Dümmler I², 30 350 und A. 1; R. Parisot, Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens S. 739ff.; H. Schmidt a. a. O. (s. oben S. 2 A. 2) S. 79; Mühlbacher, Regesten² n. 1149.* 7) *Vgl. oben Nr. 10 S. 4.* 8) *Nach Paris zum 24. Juni 847; die Versammlung fand jedoch nicht statt. Vgl. MG. Capit. II, 71 Z. 7; Schrörs S. 562 A. 7; Dümmler I², 301 A. 1; Lot-Halphen S. 177f. 182 A. 1.* 9) *Eb. von Reims 816—835, 840—841 († 851).* 35

17.*

Hinkmar an Bischof Immo von Noyon. *847.* 845—848.

Schrörs Reg. 18.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[1] pro ordinatione Parduli[2] post obitum Simeonis[3] Laudunensis.

18.*

Hinkmar an Kaiser Lothar I. über die Exkommunikation Fulkrichs. *um 847.*

Schrörs Reg. 50.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 10 (MG. SS. XIII, 483): Eidem[4] Lothario imperatori scribit prefatus presul Hincmarus de Fulcrico eius vassallo, quem excommunicaverat, qualiter ad poenitentiam venire debeat.

19.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons. *845—848.*

Schrörs Reg. 19.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Rothado Suessonico[5], quem saepe ad sinodum venire differentem vel negligentem vocabat, scribit de quibusdam criminatis parrochiae Suessonicae personis vel purgandis vel poenitentiae subigendis.

20.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons. *845—848.*

Schrörs Reg. 20.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[6] pro ordinandis quibusdam ecclesiarum ministris.

21.*

Hinkmar an Erzbischof Rabanus Maurus von Mainz über Aufnahme und Verhör Gottschalks. *Ende 848.*

Schrörs Reg. 22.

1) *Vgl. oben Nr. 9 S. 3; Schrörs S. 562 A. 10.* 2) *B. von Laon (847—858); vgl. Schrörs S. 274f. A. 23.* 3) *835—847.* 4) *Dem Zeitansatz von Schrörs S. 59. 565f. A. 27 (851—852) widerspricht Lesne, Revue des questions historiques 78, 32 und A. 4, S. 51 wohl mit Recht, indem er den Brief in das erste Stadium der Fulkrich-Sache (vgl. oben Nr. 15 S. 6 und A. 6) verlegt.* 5) *832—869. — Vgl. Schrörs S. 238.* 6) *Vgl. oben Nr. 19.*

848—849. *Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514):* Hrabano[1] Mogontiae presuli[2] super eiusdem Gothescalci[3], quem idem pontifex a parrochia sua ob heresum semina, quae spargebat, repulsum ad eundem cum quibusdam complicibus[4] ipsius direxerat, susceptione vel discussione.

22.*

Hinkmar an Erzbischof Rabanus Maurus von Mainz über Gottschalk. 5

Ende 848 — Anfang 849.

Schrörs Reg. 26.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item[5] de hac eadem re, et quid post susceptionem ipsius[6] de eodem egerit qualemve invenerit ipsius vesaniam, consilium ab eo, quid sibi rationabilius adversus eum agendum sit, expetens. 10

23.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons über Gottschalk.

Ende 848 — Anfang 849.

Schrörs Reg. 27.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[7] pro recipiendo et adducendo ad iudicium[8] Gothescalco[9], quem domnus Rabanus[10] ad diocesim Remensem 15 remiserat, qui profectus fuerat ex parrochia Suessonica, scilicet Orbacensi monasterio[11].

24.*

Hinkmar beruft den Fulkrich zur Synode von Quierzy. *Anfang 849.*

Schrörs Reg. 28.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 539): Fulcrico[12] cuidam, premissi imperatoris[13] magnati, qui uxorem legittimam inlegittime dimiserat alteramque insuper 20 duxerat[14], vocans ad sinodum[15], excommunicationis iam in eum datae atque in comprovinciali sinodo confirmandae pandit modum.

---

1) *Hinkmars Schreiben ist nach der Mainzer Oktobersynode des Jahres 848 anzusetzen. Vgl. Schrörs S. 499; Dümmler I², 335; Traube, MG. Poet. III, 712f.; A. Freystedt, Studien zu Gottschalks Leben und Lehre, Zeitschrift für Kirchengeschichte XVIII (1898) S. 8; Lot-Halphen S. 200.* 2) *847—856.* 25 3) *Für das Leben Gottschalks sind vor allem die von Traube (MG. Poet. III, 707ff.) gebotenen Regesten zu vergleichen; s. neuerdings auch G. Morin, Gottschalk retrouvé, Revue bénédict. 43 (1931) S. 303ff.* 4) *Vgl. Schrörs S. 103; Freystedt a. a. O. S. 5 und A.* 5) *Vgl. oben Nr. 21 S. 8. Der Brief ist offenbar vor dem Urteil von Quierzy von 849 geschrieben. S. Schrörs S. 499; Dümmler I², 407; Freystedt, Zeitschrift für Kirchengeschichte XVIII, 9 A. 1.* 6) *Des Gottschalk.* 7) *Vgl. oben Nr. 19 S. 7. —* 30 *S. Schrörs S. 104 A. 65, S. 563 A. 11; Dümmler I², 335 A. 4; Traube, MG. Poet. III, 713 n. 21; Freystedt, Zeitschrift für Kirchengeschichte XVIII, 8 und A. 3.* 8) *Gemeint ist das Synodalurteil von Quierzy 849.* 9) *S. oben Nr. 21 S. 8.* 10) *Vgl. oben Nr. 21 und Nr. 22 S. 8.* 11) *Man hielt Gottschalk wohl bis zu seiner Vorführung in Orbais (Diöz. Soissons) in Gewahrsam.* 12) *Vgl. oben Nr. 15 S. 6 und A. 6; Schrörs S. 58f. 564 A. 17; Lesne, Revue des questions historiques 78, 50f.* 35 13) *Lothars I.* 14) *Hierzu vgl. den Brief Leos IV. an Hinkmar, MG. Epist. V, 599 (J.-E. 2614).* 15) *S. unten Nr. 25 S. 9.*

25.*

Hinkmar an Chorbischof Rigbold und Erzpriester Rodoald über die bevorstehende Synode von Quierzy. 845—849. *Anfang 849.*

Schrörs Reg. 29.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 28 (MG. SS. XIII, 550): Richaldo[1] corepiscopo[2] et Rodoaldo archipresbitero pro sinodo comprovinciali apud Carisiacum palatium regium habenda[3], mandans, ut notum faciant omnibus per omnem parrochiam Remensem, ut qui se laesos existimant ad ipsam sinodum convenire procurent, quosdam vero cum auctoritate invitent et venire commoneant; sed et Milonem cum filia sua, qua Fulcricus abusus fuerat, et omnes, qui consentanei fuerunt in illa indebita coniunctione presbiteri et in quorum parrochiis consistebant, ex verbo Dei et suo atque ex banno regis ad eandem sinodum convenire iubeant.

26.*

Hinkmar an Bischof Ragenar von Amiens. *845—Mitte 849.*

Schrörs Reg. 24.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 519): Rainveo episcopo[4] pro quodam presbitero, quem Notho archiepiscopus Arelatensis[5] ei litteris indicaverat abiectum canonice et excommunicatum a sinodo, altero presbitero in eius loco constituto.

27.*

Hinkmar an Bischof Irminfrid von Beauvais betr. Bischofswahl in Amiens. *Mitte 849.*

Schrörs Reg. 31.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Irminfrido Belvacensi[6] pro electione pastoris ecclesiae Ambianensis canonice consecrandi post obitum Ragenarii presulis[7].

28.*

Hinkmar an Gottschalk über seine Anschauung von der Prädestination. *849.*

Schrörs Reg. 30.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 28 (MG. SS. XIII, 553): Gothescalco[8] monacho[9], qui erat prolapsus in heresim, de quibusdam sententiis auctorum, quas ille non bene in-

1) *Vgl. oben Nr. 15 S. 6 und Nr. 24 S. 8; Schrörs S. 59.* 2) *Über ihn s. Th. Gottlob, Der abendländische Chorepiskopat (1928) S. 96 ff. 132 f.; Schrörs S. 36 A. 42; auch Dümmler I², 293.* 3) *Gemeint die Frühjahrssynode von Quierzy (849), auf der Gottschalk verurteilt wurde (vgl. unten Nr. 37 S. 23).* 4) *Von Amiens, c. 830/834—849, vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux III, 129 f.* 5) *820—851.* 6) *Vgl. oben Nr. 5 S. 2 A. 11. Schrörs S. 564 A. 19.* 7) *Vgl. oben Nr. 26 S. 9 A. 4. Hilmerad von Amiens, der Nachfolger Ragenars: 849—871.* 8) *Vgl. Schrörs S. 105, dessen Zeitbestimmung — im Anschluß an die Synode von Quierzy 849, auf der das Urteil gegen Gottschalk gefällt wurde (s. auch unten Nr. 37 S. 23 und A. 4) — unzweifelhaft zutrifft; Traube, MG. Poet. III, 715 n. 26; Freystedt a. a. O. XVIII, 17.* 9) *S. oben Nr. 21 S. 8 und A. 3.*

846—850. telligebat vel exponebat, maxime Prosperi, quarum sensum per sententias precipue beati Augustini exponit[1], et ceteros idoneos proponit testes apostolicae fidei doctores; quorum sequendam in omnibus admonet esse doctrinam, ostenditque testimoniis manifestis[2] Deum et bona prescire et mala, sed mala[3] tantum prescire, bona vero et prescire et predestinare; unde et prescientia[4] esse potest sine predestinatione, predestinatio autem non potest esse sine prescientia; et quia bonos[3] prescivit et predestinavit ad regnum, malos autem prescivit tantum, non predestinavit nec ut perirent sua prescientia compulit[5].

29.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen betr. das Kloster Saint-Germer-de-Flay. *846—850.*

Schrörs Reg. 32.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 509): Item[6] pro cella vel monasterio Flaviaco, quod idem rex[7] sibi, dum in ipsius ante episcopatum moraretur servitio, donaverat et, ut in vita sua illud teneret, precepto confirmaverat, quodque a quodam invasore destructum restruxerat et religionem, prout valuit, in eo restauraverat; quod postea rex idem conabatur iniuste a iure ipsius auferre.

30.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen. *846—850.*

Schrörs Reg. 33.

Regest Flod. Hist Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 509): Item[8] pro quodam refuga, qui quandam sanctimonialem sibi copulaverat, suggerens regi, ut eum comprehendi faceret atque sua regia potestate separaret ab hoc crimine, quia ipse stuprator episcopali iudicio renuerat obedire.

31.*

Hinkmar tadelt König Karl den Kahlen wegen seiner Haltung in einer Lehnssache dem Bischof Rothad von Soissons gegenüber. *846—850.*

Schrörs Reg. 34.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 509): Item[9] pro causa Rothadi episcopi[10], quem rex ad causas suas vocaverat et advocatum dirigere preceperat, qui respondeat contra hominem quendam ipsius Rothadi de beneficio ipsius, unde inter eos causa versabatur; pro qua re subtiliter ac diligenter eundem regem reprehendit, ab hac intentione sacris auctoritatibus interpositis revocare gestiens.

---

1) *Auch in Hinkmars von Gundlach, Zeitschrift für Kirchengeschichte X, 258 ff. veröffentlichter Schrift über die Prädestination (vgl. unten Nr. 37 S. 12) werden die Lehren des Prosper und Augustinus ausgiebig herangezogen; dasselbe ist in dem Briefe des Rabanus Maurus MG. Epist. V, 481 ff. Nr. 42 der Fall.* 2) *Im folgenden teilweise wörtliche Berührungen mit unten Nr. 37 S. 17 Z. 16 ff.* 3) *Vgl. Ps.-Augustin. Hypomnest. VI, 2, 2, Migne 45, 1657 und 1660 (s. auch unten S. 17 A. 3).* 4) *Prosper. respons. ad capit. obiection. Gallorum, Migne 51, 170.* 5) *Flodoard fährt fort:* Cui diffinitioni subscribere idem Gothescalcus pertinacissime recusavit, *vgl. Traube, MG. Poet. III, 715 f. n. 27; Schrörs S. 105 ff.* 6) *Vgl. Schrörs S. 564 A. 20.* 7) *Karl der Kahle.* 8) *Vgl. Schrörs a. a. O.* 9) *Vgl. Schrörs S. 240 und S. 564 A. 20.* 10) *S. oben S. 7 A. 5.*

32.*

Hinkmar an Erzbischof Landram II. von Tours betr. Besetzung eines Nonnenklosters. 846—850.

Schrörs Reg. 21. *846/847—850.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Landramno archiepiscopo[1] 5 de consilio, quod ab eo petierat pro monasterio puellarum, quod rex[2] dari precipiebat inconvenienti personae, quid inde sibi foret agendum; utiliter admonens, ut ministerii sibi commissi sollicitudinem ferventius gerat.

33.*

Anfrage Hinkmars an Papst Leo IV. betr. die Befugnisse der Chorbischöfe.

10 *Schrörs Reg. 37.* *847—850.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 10 (MG. SS. XIII, 482f.): In[3] hac vero epistola de his, quos temeritas corepiscopalis ordinare vel quod sanctum spiritum consignando tradere presumebat, requisivit[4]. Et quod terrena potestas hac materia saepe offenderet, ut videlicet episcopo quolibet defuncto per corepiscopum solis pontificibus debitum mi-15 nisterium perageretur et res ac facultates ecclesiae secularium usibus expenderentur, sicut et in nostra ecclesia iam secundo actum fuisset.

34.*

Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon. *847—850.*

Schrörs Reg. 38.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Pardulo Laudunensi 20 episcopo[5] scribit[6] pro transitu domni Ebonis antecessoris sui[7], ut illi sacerdotalis benignitas plenis caritate votis debeat exhiberi.

35.*

Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon. *847—850.*

Schrörs Reg. 39.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[8] de reconciliatione 25 Liudonis inconvenienti, quod non potuerit ad eam peragendam adulationibus vel ex-

---

1) *Vgl. Schrörs S. 563 A. 12: 846—c. 848; dagegen Duchesne, Fastes épiscopaux II², 311: 847—850.* 2) *Karl der Kahle.* 3) *Vorhergehender Satz:* Scripsit autem prefatus pontifex ad eundem papam Leonem sexies, ut ipse in quadam ad eundem asserit epistola, vel septies, sua dirigens ad eum scripta. *Kein Brief Hinkmars an Leo IV. (847—855) ist erhalten, insbesondere auch nicht sein* 30 *Ersuchen um die Verleihung des Palliums, vgl. MG. Concil. II, 812 Z. 30* (pallium ab apostolica auctoritate isdem Hincmarus petiit) *und A. 10.* 4) *Vgl. Schrörs S. 50; Dümmler I², 293; Traube, MG. Poet. III, 69 A. 3; Gottlob, Der abendländische Chorepiskopat S. 97. 133.* 5) *S. oben S. 7 A. 2.* 6) *Vgl. Schrörs S. 564 A. 22; Lot-Halphen S. 180 A.* 7) *S. oben S. 6 A. 9.* 8) *Vgl. Schrörs S. 564 A. 22.*

847–850. probrationibus hominum insipientium deflecti, corroborans eum ad rectitudinem episcopalem divinarum testimoniis scripturarum, ut per auctoritatis gradiatur viam, et quid ei de prefato sit agendum Liudone, significans.

36.*

Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon. *847—850.*

Schrörs Reg. 40.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item pro eadem re[1].

37.

Vorrede (a), Schluß (b) und Anhang (c) der ersten Schrift Hinkmars gegen Gottschalk über die Prädestination, an die 'simplices' seiner Diözese. *849—850.*

Hs.: Leyden Universitätsbibliothek 141 S. 57—64 (a); 104—119 (b und c), 9.—10. Jh. (B), kollat. Perels.

Druck: Wilhelm Gundlach, Zeitschrift für Kirchengeschichte X (1889), 258—264 (a); 297—309 (b und c).

Schrörs Reg. —

a.

HINCMARUS SANCTAE METROPOLIS ECCLESIAE[a] REMORUM EPISCOPUS ET OMNIUM SERVORUM DOMINI EXIGUUS FAMULUS DILECTIS FILIIS SIMPLICIBUS HUIUS SANCTAE SEDIS, CUI AUCTORE DEO DESERVIO SUB CURA PONTIFICATUS BEATI REMIGII SUMMI ET GLORIOSI ARCHIEPISCOPI, SALUTEM.[2]

1. Petr. 5, 8. Beatus Petrus summus pastor ovilis dominici dicit: 'Quia adversarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit, quaerens quem devoret', scilicet de unitate ecclesiae cupiens erroneum quemlibet reddere, ut eum valeat facilius rapere et perditioni suae nequitiae sotiare, et quem[b] sua occulta persuasione non potest decipere et in sua se natura humanis visibus non audet ostendere, quia scit, quoniam omnes eum debuissemus refugere, pertimescere et abhominari et cum virtute signali crucis et invocationis Christi repellere, 2. Cor. 11, 14. Vgl. 1. Ioh. 3,12. 'transfigurat se in angelum lucis' et quaerit organa et vasa sua per maligna opera et voluntate propria sibi subdita ac nobis per naturam cognata, unde ipse loquens atque suadens et exempla perditionis propinans nos valeat perdere. Sic enim primum, quando conditus est homo et in paradysi amoenitate positus, Vgl. Gen. 2, 18. coniuge sibi in adiutorio data, unde genus humanum felici procreatione propagaretur, egit et ex tunc usque nunc et usque in finem saeculi sic agere satagit. Vidit enim et invidit, videt et invidet, quia illuc ascensurus est

37. a) eclesiae *vielfach B.* b) quoniam *verb. Gundl.*

1) *S. oben Nr. 35 S. 11f. und A. 8.* 2) *Vgl. Traube, MG. Poet. III, 716 n. 28. — Vor der Auffindung der Schrift durch Gundlach (s. auch Zeitschrift für Kirchengeschichte X, 92. 258) war ihre Existenz bereits aus zwei Briefen des Rabanus Maurus an Hinkmar aus dem Frühjahr 850 bekannt (vgl. Schrörs S. 108. 115), MG. Epist. V, 488 Z. 5f.:* (opusculum) vestrum, quod dilectis filiis simplicibus sanctę sedis vestrę confecistis, *und besonders MG. Epist. V, 490 Z. 14f.:* opusculum, quod fecistis ad reclusos et simplices, qui in vestra parrochia consistunt, contra Gotescalki errorem. — *Die Synode von Quierzy von 849 (vgl. unten S. 23 und A. 6) ist die zeitliche Rückwärtsgrenze. S. auch oben Nr. 28 S. 9f.*

849—850.

homo de terra factus per humilitatem, unde ipse cecidit per superbiam[1]. Et sicut tunc quaesivit vas sibi condignum, serpentem videlicet, unde molliorem et simpliciorem Evam deciperet, et sic per gradus usque ad Adam primum pervenit illumque[a] temptavit et superavit, sic cotidie in unoquoque homine[b] agit [et[c] temp]tat[c] illum suggestione in corde.
5 Qui si suggestionem recipit, temptat delectatione[d] in carne; illa non repulsa temptat et superat ligatum per delectationem consensione in mente et iam vinculis peccatorum irretitum devincit defensionis audacia[e] in praesumptione. Similiter autem agit in actione, quia prius decipit nos in occulta peccati operatione, deinde in perpetratione facinoris publica sine confusione, deinde in absque rubore peccandi consuetudine. Post haec, quia
10 non desunt, qui male acta propter placiditatem favoribus efferant, aut misera securitate aut letali[f] percellit desperatione. Sic in moribus, sic in actibus, sic in perversa doctrina et in actoribus suis, scilicet per quos ad aliorum deceptionem mala agit, et in obauditoribus suis, qui ei et in occultis suggestionibus et in moribus et in actibus pravis oboediunt, et per pravas doctrinas pseudochristi praedicatoribus et suis veris obsecutoribus agere non
15 omittit.

Unde secundum sacras litteras divinitus inspiratas multi iam surrexerunt et surgunt atque surrecturi sunt pseudochristi et pseudoprophetae[g], quia non sunt de numero eorum, quibus dicit Dominus: 'Loquimini ad cor Hierusalem' et per se ipsum in praesentia carnis apparens: 'Ite, ecce ego mitto vos', sed de his, de quibus scriptum est: 'Ipsi ibant, et ego
20 non mittebam eos', 'dicentes: Haec dicit Dominus, cum Deus non sit locutus'; et pastor ecclesiae: 'Fuerunt pseudoprophetae in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui inducent sectas per[ditionis et eum], qui[h] emit eos, Dominum negantes, superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, et in avaritia fictis verbis de vobis negociabuntur, quibus iudicium
25 iam olim non cessat et perditio eorum non dormitat'; et beatus Iohannes: 'Et nunc quidem antichristi multi sunt'; et sanctus Iudas apostolus: 'Subintroierunt enim quidam homines, qui olim praescripti sunt in hoc iudicium, impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam et solum dominatorem et dominum nostrum Iesum Christum negantes', qui secundum quod beatus Paulus dicit 'se confitentur nosse Deum, factis autem negant'
30 et novitates vocum semper exquirunt, prurientes auribus, errantes et in errorem inducentes, qui, quoniam discipuli veritatis esse noluerunt, magistri erroris fiunt, 'et hi[i] quidem' secundum Iudam apostolum 'carnem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem[k] autem blaphemant', nescientes secundum apostolicam scripturam 'neque quae locuntur neque[l] de quibus adfirmant', 'adulterantes verbum Dei' et 'docentes' non
35 sincere, sed 'turpis lucri gratia', qui catillando circumeunt patrias, 'non Domino servientes, sed suo ventri'.

Vgl. Matth. 24, 24. Isai. 40, 2. Luc. 10, 3. Ier. 23, 21. Ezech. 22, 28. 2. Petr. 2, 1—3. 1. Ioh. 2, 18. Iud. 4. Tit. 1, 16. Vgl. 1. Tim. 6, 20. Vgl. 2. Tim. 4, 3. Vgl. 2. Tim. 3, 13. Iud. 8. 1. Tim. 1, 7. 2. Cor. 2, 17. Tit. 1, 11. Rom. 16, 18.

Et de talibus surrexit[2] quidam in diocesi nostra vobis notus et nomine et facie et conversatione Gotescalcus, nobis autem iam olim fama putida miserae conversationis et abhominatione perversae praedicationis et nunc tandem facie et sermone pertinacissimae
40 obstinationis[m] cognitus, qui, ut audivi, antequam ex ista parrochia contra leges eccle-

a) *Danach freier Raum, aber wohl nichts verloren. Es fehlen vielfach in den Anfangszeilen der gegenüberstehenden Seiten mehrere Buchstaben bzw. Silben: links am Zeilenende, rechts am Zeilenbeginn B.* b) h *nachgetragen B.* c) *Am Zeilenschluß freier Raum für etwa 8—9 Buchst. B.* d) delactatione *B.* e) audaua *B.* f) leetali *B.* g) pseudoprophetę *B.* h) *Durch Ras. anscheinend aus* quem *verb. B.*
45 i) i *B.* k) magestatem *B.* l) n *verb. aus angefangenem* d *B.* m) obtinationis *B.*

1) *Augustinisch, vgl. Bernheim, Mittelalterliche Zeitanschauungen I, 27. — S. auch in der Schrift selbst a. a. O. X, 266 und in dem von Hinkmar verfaßten Synodalschreiben von Tusey, Migne 126, 125.*
2) *Vgl. oben Z. 16f.*

849—850. siasticas excommunicatus pergeret male vivens, habitu et sermone, ut videbatur, religioso se quasi honestum auribus et aspectibus vestris commendans, pravitatem sui cordis[a] pallians[b], venena pessima auditibus simul et cordibus[c] vestris infudit[d]: confundens praescientiam et praedestinationem Dei, docens praedestinatos ad poenam, quam nullus praedestinatus, quicquidlibet vel quantumlibet boni agat, potest evadere et nullus praedestinatus ad gloriam[e], quicquid agat mali, potest decidere[f]. Qui [si][g] sciret[h] et voluisset inter praescientiam et praedestinationem secundum sacras scripturas et catholicorum patrum doctrinas discernere, non debuisset errare. Isdem etiam sic dogmatizat sine libero arbitrio gratiam, ut sub nomine pietatis praedicet paenitus neglegentiam et per bonorum operum exhibitionem placendi Deo ac placandi Deum tollat sollicitudinem et pernitiosam superducat securitatem. Docet etiam, quod passio Christi non pro totius mundi salute fuerit celebrata et per baptismi gratiam peccatum originale non praedestinatis non sit ablatum, quia nec de massa peccati et perditionis sint segregati. Docetque duos populös: unum praedestinatum ad poenam, alterum ad gloriam, et ideo, quicquid Dominus per se et per prophetas et per apostolos loquitur, ut per fidem rectam et opera bona gratia Dei et libero arbitrio quis salvari possit, ad praedestinatum[i] populum pertineat et nihil non praedestinatis conveniat.

Qua de re omisi colligere ex auctenticis scripturis novi ac veteris testamenti exempla plurima, quia[k] ea semper ad praedestinatum populum contenderet solum pertinentia, qui hortatur ad paenitentiam, et excipere sententias censui auc[torum] revincentium, quae et illum suggilarent et vobis suffi[cerent].

De quibus perversitatibus scilicet suis et scripta illius suscepi: unum quidem thomum a confratribus nostris oblatum, quem ad quendam Gislemarum Corbeiae monasterii monachum scripsit[1], quasi sub obtentu orationis et gratiarum actione dictans, ubi pro laude maximas dixit blasphemias, quemque epistolari prosecutus pertinentia[l], quare talia dixerit, falso de scripturis conpilare curavit; alterum autem, quem contra Rhabanum venerabilem archiepiscopum et iam aevosum in sancta religione patrem et catholicum scriptorem — ut videlicet ab ortodoxo et magno doctore domno Alchuino[2] in sanctae ecclesiae[m] utilitatibus uberibus ipsius catholico lacte nutritum — de doctrinae prato sanctorum auctorum floribus collectum et confertum, quos flores catholice a catholicis dictos aut mutilavit[n] aut corrupit[3]; tertium quoque thomulum quantitate parvum, sed impietate maximum ab illo ipso mihi[o] oblatum suscepi[4].

Quorum exemplaria si, catholicae matris filii, in manus vestras pervenerint, reicite, repellite[p], conspuite et ab oculis et sensu, auribus quoque et manibus vestris, immo et ab habitatione vestra, non modo a praesentia et cohaesione[q] vestra propellite et, ut poetico[r] vos sermone[5] commoneam, **fugite, o pueri,** religiosa simplicitate, **latet hic**[s] **anguis in ervo**[t]. Sed et cum apostolo admonebo: 'Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote'; non enim vos isto[u] simplici sermone super hoc negotio etiam scripto monerem,

1. Cor. 14, 20.

a) zelo *ergänzt Gundl.* b) palliani, *danach 1 Buchst. — wohl* s *— rad. B.* c) cordi *B.* d) *Durch Rasur verb. aus* infundit *B.* e) gloria *B.* f) -cider- *auf Ras. B.* g) *Ergänzt Gundl.; fehlt B.* h) t *übergeschr. B.* i) n *aus* u *verb. B.* k) quiae *B.* l) *Dahinter 1 Buchst. rad. B; statt* pertinentia[s] *verb. Traube (MG. Poet. III, 714 A. 2)* apparentia. m) c *rad. B.* n) *Am Rande von anderer Hand:* Mutilavit id est imminuit vel detractavit *B.* o) *Dahinter 1 Buchst. rad. B.* p) reppellitte *B.* q) *Von anderer Hand übergeschrieben* coniuncione *B.* r) petico *B.* s) *Folgt* in *B.* t) herba *verb. Gundl.* u) istos *B.*

1) *Vgl. auch Zeitschrift für Kirchengeschichte X, 271; MG. Poet. III, 714 n. 24 und A. 2.* 2) *Abt von St. Martin in Tours († 804).* 3) *Vgl. MG. Poet. III, 712f. n. 19 und 713 A. 1.* 4) *Vgl. MG. Poet. III, 715f. n. 27 und 716 A. 1.* 5) *Verg. Ecl. 3, 93:* o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba; *3, 100:* taurus in ervo.

849–850.

nisi, ut cum pace vestra dicam, sicut et dicit apostolus, quia scio vos 'habere zelum, sed non secundum scientiam', et ideo talem quidem[a], [sed[a] si]ne[a] discretione — cum apostolus dicat: 'Probate spiritus, si ex Deo sunt' —, [ita] ut etiam loca vestra quidam[b] ad eius suggestionem vel imperium deserueritis[c]; cum unumquemque vestrum sicut et unumquemque nostrum moneat scriptura: 'Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris', id est si in aliquo temptationem inmundi spiritus aut per illum ipsum aut per organum illius contra te senseris praevalere, ne dimittas locum paenitentiae, quia locus[d] tuus[d] locus est humilitatis. Et quando aliquis vestrum locum reclusum et ab aliis hominibus segregatum expetiit, quid aliud quam locum paenitentiae appetiit? Ubi permanere, non retro respicere nec altiora te quaerere, quisque es, debes, quia 'nemo mittens manum in aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei'. Et terribile est valde, quod secundum Hieremiam prophetam octoginta viri, qui portabant munera in manibus ad offerendum in templum Domino, in medio civitatis interfecti sunt ab eo, qui typum gessit diaboli, exceptis decem, qui habuerunt thesaurum in terra hordei et mellis, quibus thesaurus poenitentiae designatur. Et sic qui vestrum locum paenitentiae expetierunt[e], altiora se quaerentes, cum se ipsos docere non poterant, gentium apostolos[f] se futuros iactarunt et ad tantam sunt corruptionem devoluti, ut minores se ipsis facti, nisi per poenitentiam redeat ruina diaboli intercepti, etiam a ianuis ecclesiae, praesentis scilicet et futurae, merito debeant et possint arceri et, qui se iactabant fieri[g] 'eruditores[h] insipientium' [et panem] petentibus frangere, lacte, non solido cibo opus habeant.

Rom. 10, 2. — 1. Ioh. 4, 1. — Eccles. 10, 4. — Vgl. Eccli. 3, 22. — Luc. 9, 62. — Vgl. Ier. 41, 5–8. — Vgl. Eccli. 3, 22. — Rom. 2, 20. — Vgl. Hebr. 5, 12.

Perve[nit][i] etiam ad exiguitatem nostram, quia idem frater et complices sui de videndo Deum multa et subtilia quasi rimans perscrutaretur et aliter quam debuerit docere praesumpserit, magis curans, qualiter debuisset Deum videre, quam ut mereretur illum videre. Sic fatui, filii Israhel nomine, non merito, non cognoscentes verum, sed in desideriis et appetitu laudis humanae aestuantes surda aure pertranseunt quod scriptum est: 'Sentite de Domino in bonitate et in simplicitate cordis quaerite illum'. Et non curant mundare corda et corpora sua, ut efficiantur vasa spiritus[k] sancti, quatinus eis Dominus sua archana dignaretur revelare et per eos quae vera sunt aliis intimare[l], cum legerint et neglexerint: 'In malivolam animam non intrabit sapientia' et 'spiritus sanctus aufert se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu', 'et non habitabit in corpore subdito peccatis'. Et videtur nobis eis[m] coaptari posse, quod infelix adulescens dixerat constrictus, qui templum magnae Dianae incenderat Ephesi. Requisitus namque, cur tantum facinus perpetraverit, respondit[1]: Ut quia bonis innotesci non poteram, saltem vel malis innotescerer[n].

Sap. 1, 1. — Sap. 1, 4. — Sap. 1, 5. — Sap. 1, 4.

His ita praemissis[o], filii simplices communis matris nostrae sanctae Remensis ecclesiae, ne pro devotione minus cauta circumferamini omni vento doctrinae, ea, quae de suprascriptis catholice tenere debetis, ex agro pleno[p] sanctae scripturae, cui benedixit Dominus, et hortodoxorum patrum explanationibus capitulatim vobis pro loci et officii meae indignitati[q] commissi qualitate colligere studui, ne aut dubitatione hesitetis aut insipientia deliretis[r] aut perversorum infidelitate depravati in va[num cur]ratis; quia

a) *So Gundl. — Unklare Stelle.* b) *So B.* c) dese / eritis *B.* d) -cus tuus *auf Ras. B.* e) expetere debuerunt *verb. Gundl.* f) apostoli *B.* g) *Teilweise auf Ras. B.* h) i *durch Ras. aus* u *verb. B.* i) *Freier Raum von etwa 8 Buchst., doch braucht weiterer Text nicht zu fehlen B.* k) s *am Ende verb. aus* i *B.* l) itimare *B.* m) eius *B.* n) innotescere *B.* o) prȩmisis *B.* p) plena *B.* q) indignati *B.* r) *Am Rande von alter Korrektorenhand:* deliretis id est insanietis *B.*

1) *Herostratos. — Vgl. Hieronymus, De perpetua virginitate b. Mariae liber, Migne 23, 200:* Ut quia bene non poteram, male omnibus innotescerem. *S. auch in dem Briefe des Herbert de Losinga an Normannus (C. Erdmann, Ausgewählte Briefe aus der Salierzeit S. 36):* Quia bonis innotescere non poteram, innotesco vel malis.

849–850. bonorum omnium fundamentum fides vera est, sicut scriptum est: 'Sine fide inpossibile est placere Deo' (Hebr. 11, 6.) et 'iustus autem meus ex fide vivit' (Hebr. 10, 38.), illa videlicet, 'quae per dilectionem operatur' (Gal. 5, 6.). Nam doctis et eruditis ista collectio necessaria non habetur et huiusmodi vulgaris locutio indigna videbitur, qui et in[a] sensu suo gratias Deo habundant et sanctas scripturas atque sanctorum patrum catholicas expositiones notas habent. Vos autem, cum quibus divina sapientia pro sancta simplicitate vestra loquitur, sicut scriptum est: 'Cum simplicibus sermocinatio eius' (Prov. 3, 32.), tamen[b], quoniam librorum copiam non habetis et istas oratorias tergiversationes non didicistis neque legistis — unde si beatus Paulus ut magnus orator in suis epistolis quaestiones proponit et nobis solvit et beatus Augustinus[c] ac ceteri doctores contra hereticos pugnantes dialectice sunt locuti: quae minus intellegentes, quando percontando, quando intentando, quando solvendo locuti sunt, 'depravant' bene dicta 'ad suam ipsorum perditionem' (2. Petr. 3, 16.), sicut beatus Petrus apostolus de epistolis sancti Pauli loquens dicit —, tenete istam capitularem brevem et catholicam collectionem. Unde ex multorum patrum dictis multa colligi poterant. Sed quia id ipsum omnes secundum apostolum sentiunt et dicunt (Vgl. Rom. 12, 16; Phil. 2, 2.), quae breviter vobis ex paucorum nomine — quaedam sensu, quaedam verbis ab eisdem expressis — collecta sunt, pro sufficientibus habetote.

b.

Haec[1] vobis, dulcissimi filii, propter susceptam pastoralis curae sollicitudinem, carissimi fratres, propter dilectionis vestrae dulcedinem et, venerabiles domini, propter sanctitatis vestrae praecipuum meritum ex sanctorum patrum latissimis[d] expositionibus[d] colligere studui, commonens, ut quando libros expositionum a catholicis doctoribus confectos et contra hereticorum argumenta disputantes legitis[e], sollicite attendatis, quando quisque doctor sua verba dicit, quando tergiversatoris callidas propositiones, ut eas revincat, suis expositionibus intermiscet et quae intentando et quae resistendo et quae percontando et quae adfirmando [quisque] vir catholicus dicit, et ne statim, ut in aliqua[f], quae[g] per[g] os[g] serpentinum et lubricum insibilare auditis (Vgl. Prov. 26, 28.), perveneritis, subsistatis et mentis pedem ibi figatis, quia multiplex spiritus per artum et exile organum hominis totum una voce non profert et homo quod sentit insimul dicere nequit[h], sicut nec viam itineris quis potest explicare, nisi gressibus studeat carpere. Nam etiam cum de virtutibus doctores loquuntur, sic una virtus a sancto spiritu per eos laudatur, ac si alia virtus virtuti illi comparari non possit. Cum autem alia laudari incipitur, ita laudibus effertur, ac si alia laudata non fuerit. Similiter et in vitiorum abhominatione agitur, ut mens nostra, quia nemo repente fit summus, pedetemptim ad aemulandas virtutes provocetur et ad vitia declinanda hortetur; stantibus enim auctoritas divina minatur, ne cadant, dicens (Vgl. Ezech. 33, 12.): In quacumque die ceciderit iustus, 'omnes iustitiae eius oblivioni tradentur' (Ezech. 33, 13.) coram me, dicit Dominus. Lapsos hortatur, ut surgant, dicens: 'Gaudium est super uno peccatore poenitentiam agente[i]' (Luc. 15, 7.). Nondum vocatos piissimarum promissionum remuneratione invitat dicens: 'Ite et vos in vineam, et quod iustum fuerit dabo vobis' (Matth. 20, 4.) et: 'Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos' (Matth. 11, 28.). Vocatos autem et de vocatione praesumentes deterret dicens: 'Dico vobis, quoniam nemo virorum illorum, qui[k] vocati[k] sunt, gustabit caenam (Luc. 14, 24.)

---

a) i *verb. B.* b) teneatis *verb. Gundl.* c) agustinus *B.* d) latissimas expositiones *B.* e) legis *B.* f) aliquo *verb. Gundl.* g) quę pores *B;* vepre *verb. Gundl.* h) nequi *B.* i) e *am Ende rad. B.* k) qui voca- *auf Ras. B.*

1) *Hier beginnt der Schlußteil der Schrift.*

meam', et: 'Multi sunt vocati, pauci vero electi'. Qua sententia docet unumquemque nec de se praesumere nec alium, dum in hac[a] vita est, quantislibet malis sit coopertus, desperare debere[b], sed quemcumque cum timore et tremore salutem suam operari, ut et 'qui gloriatur, in Domino glorietur'. Sed et cum dicit: 'Erunt primi novissimi et novissimi pri[mi]', docet unumquemque non de temporis aut servitutis suae longinquitate in servitio divino confidere nec de pravitate[c] temporis cum fideli devotione in divina servitute diffidere.

849—850. Matth. 20, 16. Vgl. Phil. 2, 12. 2. Cor. 10, 17. Matth. 19, 30; Marc. 10, 31.

Similiter et, quae [de][d] praescientia divina scriptura docet sparsim per sacras paginas, fidelis intellectus debet discernere et, quae ex praedestinatione commendantur, debet fideliter intellegere, quia cuncta simul, ut in divina scientia habentur, vox fragilitatis humanae non valet depromere[e]. Et propterea catholicus sensus non debet quae dispertite dicta sunt in sua confusione confundere. Unde quia maxima[f] saepefatus frater Gotescalcus ex praedestinationis et praescientiae confusione venena sua usquequaque diffudit, iterum breviter replicabo, quae latius in superioribus colligere studui, quia illa melius saepe retinentur, quae posterius audiuntur.

Quia Deus[1] bonorum auctor est, non malorum, praedestinatio Dei semper in bono est aut ad retributionem iustitiae aut ad donationem pertinens gratiae. Praescientia autem Dei[2] in bonis et in malis intellegenda est, quia praescit Deus mala, quae futura sunt, non autem praedestinat. Bona[3] vero et praescit et praedestinat et praedestinata perficit et gratia sua remunerat. Et praescientia[4] potest esse sine praedestinatione, praedestinatio autem sine praescientia esse non potest, quia quae ex Dei munere habemus et quae praescita dicuntur non possunt non esse praedestinata et quae praedestinata appellantur non possunt non esse praescita. Quia bona, quae ipse fecit et ut faceremus dedit, et praescivit et praedestinavit; in malis autem vel nostris vel diaboli operibus sola [prae]scientia Dei intellegenda est sine praedestinatione, quia quae nec ipse fecit nec ut faceremus exegit, praescivit tantum, non etiam praedestinavit. Quia praedestinatio, sicut beatus Augustinus[g] dicit[5], a praemittendo et praeveniendo vel praeordinando futurum aliquid dicitur. Et ideo Deus, cui praescientia non accidens, sed essentia fuit semper et est, quicquid antequam sit praescit, praedestinat, et propterea praedestinat, quia quale[h] futurum sit praescit. Mala enim tantum praescit, bona vero et praescit et praedestinat. Et[i] alibi idem dicit[6]: Praedestinatio est gratiae praeparatio et gratia est ipsa vitae donatio, id est praedestinationis effectus. Et homo, sicut longe superius diximus[7], non est factus neque praedestinatus a Deo, ut[k] iret in ignem aeternum, neque ignis aeternus factus est propter hominem, sed propter diabolum, sicut dicit Dominus in evangelio: 'Qui praeparatus est diabolo et angelis eius'. Homo autem factus est, ut oboediret Deo et permanens in oboedientia iret ad regnum aeternum, et regnum aeternum praeparatum est homini a constitutione mundi. Sed postquam homo peccavit — magis credens et oboediens diaboli suggestioni quam Dei promissioni et praeceptioni — et filios natura irae et perditionis ex se genuit, praescivit Deus omnisciente praescientia sua et praedestinavit gratuita misericordia sua, qui ex eis usque in finem saeculi perventuri sint ad

Matth. 25, 41. Vgl. Matth. 25, 34. Vgl. Eph. 2, 3. Vgl. Eccli. 23, 21.

a) ac *B.* b) de debere *B.* c) pravita *B.* d) *Ergänzt Gundl.* e) depromerere *B.* f) maxime *verb. Gundl.* g) agustinus *B.* h) qualem *B.* i) E *B.* k) *Vor* ut *leerer Raum für etwa 2 Buchst. B.*

1) *Prosper. respons. ad capit. obiection. Gallor., Migne 51, 169.* 2) *Dem Folgenden ganz entsprechend oben Nr. 28 S. 10 Z. 3 ff.* 3) *Ps.-Augustin. Hypomnest. VI, 2, 2, Migne 45, 1657. — Dieses Werk, von unbekanntem Verfasser aus dem Anfang des 7. Jhs., ging unter dem Namen des Augustinus, doch haben Prudentius von Troyes und Ebo von Grenoble den Nachweis seines nicht-augustinischen Ursprungs geführt. Über 'Hincmar et Saint Augustin' im besonderen, auch unter Berücksichtigung der Schrift 'ad simplices', vgl. M. Jacquin in 'Mélanges d'histoire offerts à Charles Moeller' I (1914) S. 328 ff.* 4) *Prosper a. a. O., Migne 51, 170.* 5) *Ps.-Augustin. a. a. O.* 6) *Augustin. lib. de praedestinatione sanctorum X, 19, Migne 44, 974 f.* 7) *Vgl. Zeitschrift für Kirchengeschichte X, 272.*

849—850.

regnum aeternum et quibus gratia sua daturus[a] sit illud ipsum regnum aeternum, quod et eis praedestinavit 'ab origine mundi'. Praescivit autem tantum, non praedestinavit, qui ex eo generati, similiter natura filii irae et perditionis, aut fidem non essent suscepturi neque sacramenta redemptionis percepturi aut post percepcionem eorundem sacramentorum ad infidelitatem atque apostasiam redituri et per mala opera et cor inpaenitens diabolo propria voluntate per libertatem arbitrii usque ad finem vitae adhaesuri et in ignem aeternum cum diabolo, cui adhaerere usque in finem elegerant[b], perituri. Ad quem ignem eos ituros cum diabolo, cui servire sine retractatione vel retractione elegerant, eos Deus praescivit, non praedestinavit, quia nec propter eos illum ipsum ignem, sicut saepe diximus, fecit, quia[c] si eos praedestinasset ad ignem 'secundum propositum voluntatis suae', mala esset boni Dei voluntas, quod fieri non potest, et ipsi aliter agere non possent[d], nisi sicut praedestinati ad ignem, id est malis[1] operibus usque in finem inservirent, quibus ignis sine fine debetur, et iniuste ageret Deus iustus, qui eos puniret, quos tales fecerat, qui boni esse non possent, ac perinde ad opus mortis ipse quos creaverat praecipitaret. Sed absit hoc a divino proposito; non enim volens iniquitatem est Deus nec mandavit cuiquam impie agere, sicut scriptura dicit, nec alicui dedit laxamentum peccandi; 'fecit enim, ut essent omnia, et sanabiles nationes orbis terrarum'. 'Invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius'. Et ipse Dominus dicit: 'Nolo mortem peccatoris', et in evangelio ad quosdam: 'Sic et vos peribitis', inquit, 'nisi poenitentiam egeritis' — quapropter non perirent, si poenitentiam agerent[e] —, et[f] item[f]: 'Poenitentiam agite', omnibus clamat, 'appropinquabit enim regnum caelorum', et: 'Regnum caelorum vim patitur et violenti rapiunt illud'. Et Paulus: 'Ut lugeam multos, qui ante peccaverunt et non egerunt poenitentiam', et multa alia; cum etiam, videlicet omnium Domino, a sancta scriptura dicitur: 'Misereris omnium', Domine, 'et nihil odisti eorum, quae fecisti', dissimulans peccata hominum propter poenitentiam et parcens illis, quia tu es dominus Deus.

Unde sicut et ex aliis multis sanctarum scripturarum exemplis intellegendum est, quia non est homo praedestinatus, sed praescitus ad poenam; poena autem et praescita est et praedestinata illis, qui malis operibus vacant et in eis perseverantes vitam finiunt, sicut et beatus Augustinus in libro de praedestinatione dicit[2]: Audi, inquiens, Petrum apostolum, cum futuros[g] esse pseudoprophetas et magistros mendaces et apostatas in ecclesia dicit, sicut fuerunt in populo veteri, 'quibus iuditium', inquid, 'iam olim non cessat, et perditio eorum non dormitat'. Item Iudas apostolus: 'Subintroierunt', ait, 'quidam homines, qui olim praescripti sunt in hoc iudicium, impii, gratiam Domini nostri transferentes in luxuriam et solum dominatorem et dominum Iesum Christum negantes'. Et Dominus in evangelio[h]: 'Ite in ignem aeternum, quem praeparavit pater meus diabolo et angelis eius'; praedestinatis autem: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum paratum vobis ab origine mundi', id est praedestinatum. Tenenda est igitur inconcusse huius disputationis ratio, quae testimoniis claret scripturarum: peccatores in malis propriis ante a, quam essent in mundo, praescitos esse tantum, non praedestinatos; poenam autem eis esse praedestinatam, secundum quod praesciti sunt. Et male intellexit Gotescalcus, quod vult facere in hoc loco differentiam, quasi Augustinus tantum dixisset in malis propriis peccatores Deum praescisse, non praedestinasse, et intellexisse illum peccatores ad poenam praedestinatos, quia dixit eis poenam praedestinatam fuisse, quasi tantundem, si ita dixisset, non va-

a) daturis *B.* b) elegant *B.* c) qua *B.* d) *Verb. Gundl.;* possunt *B.* e) aegerent *B.* f) Eitem *B.* g) *Verb. aus* futurum *B.* h) peccatoribus *ergänzt Gundl.*

1) *Vgl. Ps.-Augustin. Hypomnest. VI, 7, 11, Migne 45, 1663.* 2) *Vielmehr Ps.-Augustin. Hypomnest. VI, 6, 8, Migne 45, 1661f.*

leret dixisse eum praedestinatos ad poenam, ut redire gratia Dei per poenitentiam non possint ad vitam, quam praedestinatos in propriis malis, quibus poena debetur, ut pereant. Quam commentationem tergiversatoris cavete, et hoc vobis sufficiat, quod catholici doctores exponunt, quia electi ad regnum aeternum et praesciti sunt et praedestinati, et regnum illis[a] aeternum est et praescitum et praedestinatum; reprobi autem praesciti sunt tantum, non praedestinati et in malis propriis futuri et ad poenam pro eisdem malis operibus ituri. Poena autem eis est praedestinata pro malis illorum operibus, in quibus praesciti sunt tantum, non praedestinati perseveraturi, quia praedestinavit Deus, quod divina aequitas redderet, non quod humana[b] iniquitas admisisset[c]. 849—850.

Et ut ad erudiendam simplicitatem vestram non loquamur nimium, si tantum est necessarium, interrogandus est quilibet praescientiae et praedestinationis disputator, quid sit vel quam ethimologiam habeat praescientia vel praedestinatio. Sine dubio, si legit sanctos auctores et aliquid habet intellegentiae, debet respondere: Praescientia est praecognoscentia, quod ante scitur quod[d] eveniat vel quam fiat quod scitur; praedestinatio autem est, sicut sanctus Augustinus dicit[1], praeordinatio vel gratiae praeparatio, id est, sicut apostolus dicit: Electos praedestinavit Deus ad gloriam[e] et praeparavit illos, id est praeordinavit, in fide, in bonis operibus, ut per illa ad gratiam remunerationis pervenirent, sicut scriptum est: 'Quae praeparavit Deus', scilicet bona opera, 'ut in illis ambulemus'. Haec est praedestinatio. Post praedestinationem autem et praeordinationem vel praeparationem Dei, quae est secundum propositum bonae voluntatis suae, nihil aliud sequitur, nisi praedestinationis[2] effectus, id est gratia, quae est ipsa vitae donatio. Nam recordari potestis, quia, sicut superius beatus dixit Hieronimus[3], prudentes hanc differentiam dicunt inter praedestinationem et propositum, quia praedestinatio praecedit propositum, propositum autem iam in vicinitate est effectus rei praedestinatae atque propositae, sicut et intellegere ex dictis beati apostoli possumus, cum dicit: 'Qui praedestinavit', id est praeelegit, 'nos ante mundi constitutionem', et alibi: 'Quae praeparavit', scilicet bona opera, 'ut in illis ambulemus' 'secundum propositum voluntatis suae'. Quod propositum gratia sequitur retributionis pro gratia bonae operationis, et hoc est praedestinationis[4] effectus, id est, ut diximus, ipsa vitae donatio. Redeamus ergo ad illum, qui dicit praedestinationem esse reproborum ad mortem, et videamus, si possumus dicere: praedestinatio est praeordinatio vel irae praeparatio. Non iram Dei vindictam in scripturis sanctis intellegimus, quia in inpassibilem ipsius naturam passibilitas non potest cadere. Scriptum est enim: 'Ira in indignatione eius', id est vindicta, sicut 'et vita in voluntate eius', id est vitae donatio in misericordia gratiae eius. Praeparationem namque irae, id est praedestinationem ad mortem, nihil aliud subsequi potest nisi ipsius praedestinationis ad mortem effectus, id est ipsius irae donatio, id est ignis aeternus, sicut vitae donatio regnum intellegitur sempiternum. Ac per hoc necesse erit, ut praedestinatum ad mortem aeternam praepara-

Vgl. 1. Cor. 2, 7. — Eph. 2, 10. — Vgl. Eph. 1. 5. — Vgl. Eph. 1, 5. 4. — Eph. 2, 10. — Eph. 1, 5. — Ps. 29, 6.

a) illius *B.* b) humani *B.* c) admississet *B.* d) quid *verb. Gundl.* e) glariam, r *anscheinend verb. aus* c; *danach Raum für etwa 5 Buchst. frei B.*

1) *Lib. de praedestinatione sanctorum X, 19, Migne 44, 974.* 2) *S. oben S. 17 Z. 30 und A. 6.* 3) *Vgl. Zeitschrift für Kirchengeschichte X, 273 und A. 3. — D. Germain Morin hatte die von Hinkmar wiederholt herangezogene pseudo-hieronymianische Schrift 'De induratione cordis Pharaonis' wiederaufgefunden und ihre Veröffentlichung in Angriff genommen (vgl. Revue Bénéd. 24 (1907) S. 267; 26 (1909) S. 163ff.; 41 (1929) S. 70; Anecdota Maredsolana 2. Série I (1913) S. 24). Jedoch fiel — wie er selbst uns liebenswürdig mitteilt — der für den II. Band seiner 'Études' in den Anecdota Maredsolana bereits großenteils fertiggestellte Druck 1914 dem Großen Kriege zum Opfer, und eine nochmalige Drucklegung ist anscheinend vorläufig aufgegeben. Nach Morin ist das Werk um 415 von pelagianischer Seite, wenn nicht von Pelagius selbst abgefaßt.* 4) *S. oben Z. 21.*

849—850. Eph. 1, 5. verit Deus in operibus malis, in quibus ambulans 'secundum propositum voluntatis suae' remuneretur ira, id[a] est[a] ipsius ad malum praedestinationis effectu.

Sed absit[1] hoc a bono et benigno divino proposito[b], quia Deus malum non fecit, quoniam malum nec est nec subsistit, quia nec substantiam habet nec substantia est nec ex Deo[c] est, sed a diabolo inventus est morbus boni in bona creatura Dei, quia, sicut scriptum 5 Vgl. Gen. 1, 31. est, omnia opera Dei erant bona valde, et homo bonus a Deo factus, sed a diabolo per Vgl. Sap. 1, 3. malum inmorbatus, sicut per prophetam Dominus dicit: Peccata separant inter me et vos, id est morbus sanitatis. Quapropter si tollitur morbus gratia medici et oboedientia aegroti, ut omnia, quae medicus proposuerit, oboedienter suscipiat, recepta sanitate aegrotus laetabitur, cum ei semper propinquus sanissimus et sanitatem donans et morbum auferens 10 Ps. 80, 9. 10. aderit medicus. Nam medicinam aegroto proposuit medicus, dicens per psalmistam: 'Is- Ps. 80, 14. 15. rahel si me audieris, non erit in te deus recens', et: 'Si populus meus audisset me, Israhel si in viis meis ambulasset, pro nihilo inimicos eorum humiliassem et super tribulantes eos misissem[d] manum meam', id est: non solum morbos venenosos auferrem[e], verum etiam et veneficos, invenenatos sanans, tribularem et qui superiores fuerant humiliarem. 15 Ps. 80, 12. 13. 'Sed non audivit populus meus vocem meam et Israhel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ut irent in adinventionibus[f] suis'. Dimittere enim nihil aliud est nisi per gratiam non liberare, quia neminem Deus dimittit, antequam dimittatur, nec deserit, antequam deseratur[2], et neminem in temptationem inducit, id est in- Vgl. Gen. 3, 8. duci patitur, nisi eum, qui se ab illo antea abducit[g], sicut Adam, qui fugit ab eo et abs- 20 condit[h] se; qui si vocatus se recognovisset, fuga illa non usquequaque ei nocuisset. Qua de [re][i] praescientiae et praedestinationis confusor, cum legit in quibusdam codicibus praeparatum[3] populum ad luendas poenas, non vult differentiam facere, quid sit a Deo praeparatum, quid a diabolo, quid a propria hominis iniquitate. Non de Pharaone, sicut su- Exod. 4, 21; 7, 3. perius diximus[4], scriptum est: 'Ego indurabo cor Pharaonis'; prius enim dicitur: 'Ad hoc 25 Rom. 9, 17. excitavi te, ut ostenderem in te virtutem meam', et non dictum est: Obduravi te. Postea Exod. 4, 21; 7, 3. scriptum est: 'Ego indurabo cor Pharaonis', propter praecedentia videlicet peccata, sicut Rom. 1, 28. et 'tradidit illos Deus in reprobum sensum' secundum apostolum, quia noluerunt 'Deum habere in notitia[k]' et, cum cognovissent[l] Deum, non sicut Deum glorificaverunt. Inde subsequitur: Induravit Pharao cor suum, magna vi[m] scilicet iniquitatis suae; postea sub- 30 Exod. 7, 13. sequitur: 'Induratum est cor Pharaonis', et non dictum est a quo. Quod prudens lector facile poterit intellegere. Similiter ubi scriptum est praeparatum aliquem ad iram, non est intellegendum, ut Deus eum praedestinaverit ad ignem, quem non fecit propter hominem, sed, sicut saepe dictum est, propter diabolum. Quia si eum ad ignem praedestinasset, necesse erat, ut illum in malis operibus praepararet, quibus, sicut dictum est[5], ignis 35 Vgl. Eph. 2, 10. debetur; sicut electos[6] et ad vitam praedestinatos praeparavit in operibus bonis, in quibus ambulantes effectum[7] praedestinationis, id est gratiam et vitae donationem, percipiant.

Sed ista praeparatio, unde dictus est aliquis praeparatus ad poenam, non sequitur Dei, quae est ante saecula in electis suis, praedestinationem, sed eius, quae est in reprobis,

---

a) idẽ *B.* b) propositum *B.* c) *Nochmals:* neque ex Deo *B.* d) mississem *B.* e) auferem, 40 -em *auf Ras. B.* f) adventionibus *B.* g) *Verb. Gundl.;* adducit *B.* h) *Nach* abs-, *am Seitenende, leerer Raum für 6—7 Buchst.; S. 113 beginnt richtig:* -condit *B.* i) *Ergänzt Gundl.* k) notitiam *B.* l) cognovisent *B.* m) vim *B.*

1) *Vgl. oben S. 18 Z. 15 und A. 1.* 2) *Vgl. Augustin. sermon. 22, Migne 39, 1786:* quia numquam Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur; *ähnlich öfter bei Augustinus und* 45 *Prosper.* 3) *Vgl. unten S. 22 Z. 10 f.* 4) *Vgl. Zeitschrift für Kirchengeschichte X, 273 ff. 278 und oben S. 19 A. 3.* 5) *Vgl. oben S. 18 Z. 12 f.* 6) *Vgl. oben S. 19 Z. 16 ff.* 7) *Vgl. oben S. 19 Z. 21.*

praescientiam, quia Deus praescivit reprobum quemlibet malum futurum, et ipse diabolo consentiens se praeparavit, ut iret ad poenam sibi propter sua mala opera, in quibus perseverare deliberavit, praeparatam[a]. Unde, sicut apostolus dicit, quia per ea, quae facta sunt visibilia, invisibilia cognoscuntur, ex parvis magna coniciamus et dicamus verbi gratia: Quia rex aliquis potentissimus et iudex iustissimus habuit servum aliquem, quem multipliciter fecerat gloriosum, isdem contra eum superbiens evasit sceleratissimus ac male agens seu errans et alios in errorem inducens et sceleratus alios sceleratos efficiens. Qua de re praeparavit idem rex potentissimus et iudex iustissimus carcerem inenarrabiliter poenalem, in quem deputavit illum maledictum et nequissimum servum. Et quoniam scivit multos servorum suorum infectos[b] nequitia illius et futuros, qui audituri et imitaturi[c] essent mala illius, servavit carcerem illum ad hoc praeparatum, ut quicumque essent vel futuri essent imitatores mali servi illius et ex parte illius esse deligerent, si ad meliora, illo videlicet domino hortante et bona eis proponente, nollent redire, simul cum illo, propter quem carcer factus est, praecipitarentur ad poenam. Et Dominus dicit: 'Dum es in via cum adversario tuo, concorda cum eo, ne forte adversarius tradat te iudici[d] et[d] iudex tradat te exactori et exactor mittat[e] te[e] in carcerem, et non exies[f] inde, donec reddas novissimum quadrantem'. Adversarius noster est sermo Dei, qui increpat mala, quae facimus, et praedicit, nisi conversi fuerimus, mala, quae passuri sumus. Cuius praedictioni in passione malorum si concordari nolumus sustinendo, concordemur bona, quae iubet, operando et a malis nos convertendo; quia[g] si non fecerimus, tradet nos iudici Christo et iudex exactori, id est cuilibet angelicae[h] potestati[i] ad hoc ministerium deputatae, et ille exactor mittet traditum sibi in carcerem, id est, quem possedit[k] per infidelitatem et mala opera sine conversione in isto saeculo, sotiabit sibi in futura perditione iustitiae diiudicatione, et non exiet inde, quisquis cum illo intrabit in aeternam perditionem, sicut letabitur sine fine, quisquis fideliter Deo in isto saeculo adherens remunerari meruerit gratia[1], id est praedestinationis effectu, vitae scilicet aeternae donatione.

849—850.

Vgl. Hebr. 11, 3.

Matth. 5, 25. 26.

Et superadiciendum, ut facilius intellegatis et tergiversationem pravi expositoris et aethimologiam praedestinationis, in qua posuit sanctus Augustinus nomen praeparationis: scitote, quia illud nomen, quod est[l] praeparatio, vel illud verbum, quod est praeparavit, licet per translationem aliquam possit habere vicinitatem, non semper ex eo verbo vel nomine dirivari debet intellegi. Unde beatus Augustinus dixit[2]: Praedestinatio est praeordinatio vel praeparatio, quia multa verba sunt in scripturis, quae secundum qualitatem adiacentiae capiunt vel proferunt significationem intellegentiae. Nam de hoc ipso verbo, unde res agitur, scriptum est in libro Regum: 'Praeparate corda vestra Domino', et in Psalmis: 'Praeparationem cordis eorum audivit auris tua', et de ecclesia in Apocalypsi: 'Praeparavit se uxor agni', et in evangelio secundum Lucam: 'Servus, qui cognovit voluntatem domini sui et non praeparavit et non fecit secundum voluntatem illius, vapulabit multis', et alia plurima, quae longum est enumerare. Sed iste magnus pertinatia et minimus sensu orator non habuit nisi unum oculum mentis in verborum intellegentia, ut capere potuisset, qualiter verbum praeparavit in dictis beati[m] Augustini[n] atque Fulgentii intellegere debuisset.

1. Reg. 7, 3.

Ps. 10, 17 (sec. Hebr.).

Apoc. 19, 7.

Luc. 12, 47.

De cuius libris[o], scilicet beati Fulgentii, hic exempla posuissem, nisi ut beati Augustini expositor ei per omnia concordasset. Sic enim debuerat intellegere praeparavit in libris a

a) preparatum *B.* b) *So Gundl.;* interfectos *B.* c) immitaturi *B.* d) iuditie *B.* e) mittatur *B.* f) ex eis *B.* g) quae *verb. Gundl.* h) angelici *B.* i) i *verb. aus* e *B.* k) *Verb. aus* possidet *B.* l) est/est *B.* m) beni *B.* n) Augustinus *B.* o) libri *B.*

1) *Vgl. oben S. 17 Z. 29 f.* 2) *Lib. de praedestinatione sanctorum X, 19, Migne 44, 974.*

849—850. beato Fulgentio conscriptis in eo loco, ubi dictum est[1]: Quos iuste praeparavit — quin Deus sua praescientia — ad luenda supplicia, nec tamen praedestinavit ad facienda peccata, sicut dicitur
Rom. 1, 28. ab apostolo: 'Tradidit illos Deus in reprobum sensum'. Quod contigit de poena peccati illorum, propter praecedentia videlicet ab illis commissa peccata, non propter praedestinationem Dei dispositam in electis suis tantum, non in reprobis ante saecula sempiterna, 5 licet in antiquis et authenticis exemplaribus invenerimus praescivit, non praeparavit a[a] Fulgentio dictum. Sed nolumus subterfugere, quasi per auctoritatem illi non valeamus
Rom. 1, 28. respondere. In hoc namque loco, ubi dicit apostolus: 'Deus illos tradidit', sic accipiendum est 'tradidit': Gratia per praedestinationem misericorditer non eripuit, sed praescientia[b] sua iuste in reprobo sensu deseruit. Et quod dicit Fulgentius[2]: Quos ad luendas poenas prae- 10 paravit, similiter intellegendum est, quia gratia per praedestinationem a poenis sibi propter sua mala opera praeparatis misericorditer non liberavit, sed in praeparatione propriae perditionis, ad quam praedestinati non sunt, praescientia sua iuste dereliquit. Et notandum, quia, ne locum adhaerendi perversi quique sacrorum verborum intellectores invenirent, nihil huiusmodi posuit beatus Augustinus[c] in libro Ipognosticon[d], in quo de prae- 15 destinatione reprehensoribus[e] suis[e] respondit[e], sicut Fulgentius sano sensu bene intellegentibus praeparavit ad luendas poenas in libro suo scripsit. Sed non est mirum, si veneficus etiam saporem melleum mortifero veneno commiscet; nam ista praeparatio intellegenda est a iusto et divino iudice, iuxta quam sibi quisque pro malis meritis suis praeparavit
Vgl. Exod. 4, 21; 7, 3. desertionem[f], sicut et obdurare cor inpaenitens Deus dicitur, non emollire, et sicut intellegen- 20
Ioh. 13, 27. dum est in evangelio, quod dictum est a Domino Iudae: 'Quod facis, fac citius', non ut ipse iuberet, quod ipse agere nollet et propter imperium suum, qui dominus omnium est, dimittere non posset, sed permisit, eum ut transiret in affectum cordis, quatinus diabolus,
Vgl. Ioh. 13, 27. qui cor illius post acceptionem buccellae plenius possedit, derelinquente eum Domino, qui ab ipso prius derelictus fuerat, per illum quod vellet ageret, qui antea illius ipsius cor 25 ad tradendum sanguinem iustum suasione nequissima instigarat. Sed Dominus natura pius et fons bonitatis et pietatis origo[3] nec in traditione sua ad traditorem suum dicens:
Luc. 22, 48. 'Iuda, osculo filium hominis tradis?' oblitus fuerat, quod dixerat per prophetam: 'Nolo
Ezech. 18, 32. mortem peccatoris', et ideo inter osculandum benignissime eum est allocutus, quia secun-
Vgl. 1. Tim. 2, 4. dum apostolum omnes homines vult salvari; praescivit tamen illum periturum, quem 30 noverat non esse de numero praedestinatorum.

De quo dante exemplum beato Augustino male abusus est Gotescalcus subsequente sententia, quam idem doctor discretissimus subiunxit dicens[4]: Talis est autem periturorum omnium causa, licet culpa sit a culpa dissimilis, volens per eam suam stabilire perfidiam, ut homines a Deo sint ad mortem praedestinati aeternam, cum manifestissime et in prae- 35 cedentibus et in subsequentibus, sicut evidentissime quilibet relegens librum illius potest cognoscere, praescitum Iudam dicat in malis suis, non praedestinatum, et praescitum illum esse ad poenam pro eisdem malis suis, non praedestinatum; praescitam autem illi esse et praedestinatam poenam pro malis suis. Unde et mox, cum dicit[5]: Talis ergo est periturorum omnium causa, licet culpa a culpa dissimilis, subinfert[g][6]: Verum autem esse, quod[h] dixi- 40 mus, licet plene sit disputatum, id est perituris poenam esse praedestinatam. Et paulo superius,

---

a) ad *B.* b) praescia *B.* c) Agustinus *B.* d) ipopnosticon *B.* e) *Umgestellt statt* respondit reprehensoribus suis *B.* f) desertio *B.* g) subinfret *B.* h) *Verb. Gundl.;* cum *B.*

1) *Fulgent. de veritate praedestinationis l. III, 5, 8, Migne 65, 656. — Vgl. dazu den Brief des Rabanus Maurus an Hinkmar (850), MG. Epist. V, 492 Z. 38ff.* 2) *S. oben Z. 1f.* 3) *Zu 'fons et* 45 *origo' vgl. Archivum latinitatis medii aevi VII (1933) S. 227.* 4) *Ps.-Augustin. Hypomnest. VI, 5, 7, Migne 45, 1661.* 5) *S. oben Z. 33f.* 6) *Ps.-Augustin. Hypomnest. VI, 6, 8, Migne 45, 1661.*

849–850.

antequam eandem sententiam promeret, ait[1]: 'Nemo periit, nisi filius perditionis'; nam poenam illi, videlicet Iudae, praedestinatam pro malis suis, in quibus, ut saepe dixi, praescitus est tantum, non praedestinatus, et: Quod dampnatus sit antequam natus secundum id, quod disputatione[a] praediximus. Disputavit enim multoties, quia praescientia dampnatus est, non praedestinatione, et ceteros similiter a gratia alienos, ut superius scripsimus[2], dixit[3] Deum praescisse tantum vitio proprio perituros, non ut perirent praedestinasse. Hanc discretionem praescientiae et praedestinationis confusor in verbis sacri eloquii[b] custodire debuerat et fidelis servus et prudens dare conservis suis in tempore tritici mensuram, ne cisternam aperiens bos vel asinus in foveam ab illo apertam rueret, et ipse pretium[c] reddere cogeretur.

Ioh. 17, 12. — Vgl. Luc. 12, 42. — Vgl. Exod. 21, 33. 34.

Vos autem, fratres mei dilectissimi, in sermonis fine attendite, quod Salomon sapientissimus omnibus clamat dicens: 'Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time et mandata eius custodi; hoc est enim omnis homo', id est: ad hoc factus omnis homo, propter quem factus est homo, qui cum benedicto Deo patre suo vivit et regnat in unitate spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Eccles. 12, 13.

c.

Ecclesiastica[4] sententia in pertinacissimum[5] Gotescalcum propter incorrigibilem obstinationem illius in synodo[d] apud Carisiacum habita a duodecim episcopis ecclesiastico vigore prolata[6]:

Frater Gotescalc, sacrosanctum sacerdotalis misterii officium, quod inregulariter usurpasti et in cunctis moribus ac pravis actibus atque perversis doctrinis eo hactenus abuti non pertimuisti, iudicio spiritus sancti[e], cuius gratiae munus est sacerdotale officium per virtutem sanguinis domini nostri Iesu Christi, noveris tibi esse, si quoquo modo suscepisti, sublatum et, ne ulterius eo fungi praesumas, perpetuo interdictum. Insuper quia et ecclesiastica et civilia negocia contra propositum et nomen monachi conturbare[7] contempnens iura ecclesiastica praesumpsisti, durissimis verberibus te castigari et secundum ecclesiasticas regulas ergastulo retrudi auctoritate episcopali decernimus et, ut de cetero doctrinale tibi officium usurpare non praesumas, perpetuum silentium ori tuo virtute aeterni verbi imponimus.

Hanc autem dampnationis illius sententiam ideo huic opusculo subnectere procuravimus, ut similem vel in praesenti vel in futuro saeculo dampnationem timentes, qui ei aliquo modo conhibentiam[f] praebuistis, quantotius vos corrigere studeatis et de cetero cum omnibus, ad quorum aures loetales illius sibili pervenerint, huiusmodi perversam doctrinam respuere, deserere ac praecavere curetis.

---

a) disputationem *B.* b) eloqui *B.* c) pretium *B.* d) n *ausradiert B.* e) i *aus* s *verb. B.* f) conniventiam *verb. Gundl.*

1) *Ebenda VI, 5, 7, Migne 45, 1661.* 2) *Vgl. oben S. 18f.* 3) *Ebenda, Migne 45, 1660.* 4) *Diese Inskription dürfte von Hinkmar verfaßt und aus unserer Schrift in die sonstige Überlieferung des Urteilspruches übernommen worden sein. Vgl. auch Traube, MG. Poet. III, 714 A.* 5) *Vgl. oben S. 10 A. 5.* 6) *Die Sentenz der Synode von Quierzy (849) gegen Gottschalk: Mansi XIV, 921; MG. Poet. III, 713. Vgl. Werminghoff, Neues Archiv XXVI, 615; Schrörs S. 104. 490ff. — Die Teilnehmer des Konzils nennt Hinkmar in 'De praedestinatione' c. 2, Migne 125, 85.* 7) *Vgl. Konzil von Meaux-Paris (845) c. 57, MG. Capit. II, 412:* — — quia per quosdam illorum contra canonicam auctoritatem et ecclesiastica et civilia perturbantur negotia; *auch Konzil von Agde c. 38, Hinschius S. 334f. — S. unten Nr. 48 S. 27f.*

38.*

849—850. *Hinkmar an Bischof Prudentius von Troyes wegen Gottschalks und anderer Angelegenheiten.* *849—850.*

Schrörs Reg. 41.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Prudentio[1] Trecasino[2] scribens queritur, quare sibi presentiam suam subtrahat; significans se ab eo consilium quaerere velle de statu et compressione Gothescalci; intimans, quid de ipso actum vel iudicatum fuerat in sinodo[3], quo eum reclusum tenebat iudicio et quia multis modis eum converti temptaverit[4], et de moribus ac superbia ipsius; et si coena Domini vel in pascha debeat illum admittere ad audiendum sacrum officium vel accipiendam communionem[5]; et quid sibi videatur de sententia Ezechielis prophetae, qua dicitur: In quacumque die ceciderit iustus, omnes iustitiae eius in oblivione tradentur, et quacumque die peccator conversus fuerit, omnes iniquitates eius tradentur oblivioni. Sed et de consuetudine coenae Domini celebrandae.

Vgl. Ezech. 33, 12—16.

39.*

Hinkmar an Erzbischof Rabanus Maurus von Mainz in der Sache Gottschalks. *Februar—März 850.*

Schrörs Reg. 42.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item[6] de doctrina et heresi eiusdem[7] et quid in eum fecerit, postquam in sinodo hereticus comprobatus fuerat nec corrigi potuit[8]; et quid ipse contra doctrinam eius sentiat dampnationemque ipsius quaeve contra eundem scripserit[9] huic discutienda direxit, quaerens etiam, qualiter de trinitatis fide ac predestinatione diversorum patrum sint intelligendae sententiae. In qua epistola asserit hunc beatum Hrabanum solum tunc temporis de discipulatu beati Alcuini[10] relictum.

40.*

Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon. *um 850.*

Schrörs Reg. 43.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[11] de recognitione, humiliatione et absolutione Fulcrici.

1) *Vgl. Schrörs S. 107; Freystedt a. a. O. XVIII, 16f. — Ein präziserer Zeitansatz ist kaum angängig.* 2) *C. 843/846—861.* 3) *Bezugnahme auf das Synodalurteil gegen Gottschalk. S. oben Nr. 37* S. *23.* 4) *Vgl. oben Nr. 28 S. 9f.* 5) *Vgl. Traube, MG. Poet. III, 716 n. 30.* 6) *Vgl. Schrörs S. 107. 151, besonders 499; Dümmler I², 407f.; Traube, MG. Poet. III, 716 n. 31; MG. Epist. V, 487 A. 4. — Vollständiger ist der Inhalt dieses Schreibens Hinkmars — in dem u. a., wie oben in Nr. 38 S. 24, eine Anfrage wegen event. Gewährung der Kommunion an Gottschalk enthalten war (s. auch MG. Epist. V, 489 und A. 4) — aus den beiden Antwortbriefen Rabans, MG. Epist. V, 487ff. Nr. 43; 490ff. Nr. 44 (Traube, MG. Poet. III, 716f. n. 32) zu ersehen. Aus ihnen ergibt sich (MG. Epist. V, 488 Z. 11f. und namentlich 490 Z. 11f.) nach dem Einlaufsdatum die leidlich genaue Zeitbestimmung. S. auch Lot-Halphen S. 213 A. 3.* 7) *Gottschalks.* 8) *S. oben Nr. 28 S. 9f. (nach dem Verdammungsurteil von Quierzy).* 9) *Die erste Schrift Hinkmars über die Prädestination (vgl. oben Nr. 37 S. 12), deren Mitsendung Raban in den genannten Briefen wiederholt erwähnt (s. auch oben S. 12 A. 2).* 10) *Vgl. oben Nr. 37 S. 14 und Rabans Antwort, MG. Epist. V, 489 Z. 3.* 11) *Vgl. oben Nr. 34 S. 11 und S. 7 A. 2; Schrörs S. 59 und S. 564 A. 22; Lesne, Revue des questions historiques 78, 52 und A. 2 (auch über die Unsicherheit der chronologischen Einreihung).*

41.*

Bericht Hinkmars an König Karl den Kahlen über seine Friedensbemühungen bei Kaiser Lothar I. und König Ludwig dem Deutschen. *847—851.* 847—851.

Schrörs Reg. 35.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 509): Item[1] de missatico suo, 5 quod executus est apud Lotharium imperatorem et Ludowicum Transrenensem, fratres ipsius Karoli, pro pacto pacis inter eosdem tres fratres componendo.

42.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen. *847—851.*

Schrörs Reg. 36.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 509): Item aliam epistolam 10 de eadem re[2], in qua eundem regem Karolum instruxit, qualiter agere erga fratres suos deberet, simulque de receptione vel reiectione eorum, de quibus ratio ventilabatur.

43.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen über eine bevorstehende Zusammenkunft mit Kaiser Lothar I. *Ende 848 oder Ende 851.*

Schrörs Reg. 45.

15 *Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 509):* Item[3] de causa Lotharii imperatoris fratris ipsius, qualiter Romae habebatur, et quando venturus esset in istas partes[4]; instruens etiam hunc regem, qualem se tam coram Deo quam etiam coram hominibus exhibere deberet. Vgl. 2. Cor. 8, 21.

44.*

Hinkmar an Königin Irmintrud. *Ende 848 oder Ende 851.*

20 *Schrörs Reg. 46.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 509): Unde[5] reginam quoque admonet, ut regem[6] ad honestam et regi congruam studeat exhortari conversationem.

---

1) *Die Zeitbestimmung dieses wie des folgenden Briefes ist umstritten; man wird gut tun, dem vorsichtigen Ansatz von Schrörs S. 56 und S. 564 A. 20 oder vielleicht dem noch zutreffenderen von* 25 *Lot-Halphen S. 227 A. 1 zuzustimmen. S. auch J. Calmette, La diplomatie Carolingienne (843—877) S. 18 A. 2; Lesne, Revue des questions historiques 78, 33; Mühlbacher, Regesten² n. 1388a.* 2) *Vgl. oben Nr. 41 und A. 1.* 3) *Vgl. Lesne, Revue des questions historiques 78, 32f., dessen Zeitbestimmung (Ende 848) viel für sich hat, für eine zweifelsfreie Fixierung aber doch nicht ausreichend begründet erscheint. Zu berücksichtigen bleibt unter allen Umständen die Folge der Hinkmarbriefe an Karl* 30 *den Kahlen bei Flodoard. — S. auch Schrörs S. 565 A. 25.* 4) *Zusammenkunft in Péronne Januar 849 (Mühlbacher, Regesten² n. 1136a); die von St. Quentin 852 (Mühlbacher, Regesten² n. 1151a) dürfte weniger in Frage kommen.* 5) *Vgl. oben Nr. 43 mit A. 3 und 4.* 6) *Karl den Kahlen.*

45.*

845—852. *Hinkmar an König Karl den Kahlen wegen der Belagerung von Beauvais. 851.*

Schrörs Reg. 47.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 509f.): Item[1] de rei militaris dispositione, pro solvenda Belvacensis urbis obsidione, in qua designare curavit, qualiter ecclesiam sibi commissam tractaret; ecclesiasticas scilicet actiones per monasteriorum 5 prepositos et archipresbiteros, curam villarum ac dispensationis domus regaliumque servitiorum et hospitum querelasque clamantium vel interpellantium per fidelissimos laicos.

46.*

Hinkmar an Markgraf Eberhard von Friaul. 845—852.

Schrörs Reg. 48.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 538f.): Viro[2] illustrissimo 10 Ebarardo ex principibus imperatoris Lotharii litteras dirigens pro adipiscenda familiaritatis apud eum gratia quondam sibi ab ipso gratis oblata, congaudet bonis, quae de ipso per certas audiebat personas, maximeque per Amolum presulem[3], quem sincerissimum et carissimum vocat patrem suum, mittens ad ipsum cum litteris etiam fidelissimum quendam missum suum. 15

47.*

Hinkmar an Erzbischof Amolo von Lyon. 847—852.

Schrörs Reg. 49.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item[4] de Lothario rege[5] et aliis quibusdam rebus, in qua se filium dilectionis ipsius appellat.

48.

Fragmente eines Hinkmarbriefes an Erzbischof Amolo von Lyon über die Vorgänge bei 20 *Gottschalks Verurteilung und über dessen Irrlehren. vor März 852.*

Hss.: Paris lat. 2859 Bl. 3—3', 32, 34', 36', 39', 40—40', 41—41', 44—44', 48'—49, 9. Jh. (B), kollat. Perels; Paris lat. 2419, 16. Jh.

Drucke: Magna Bibliotheca veterum patrum IX, 1 (Coloniae 1618) S. 1053 (aus B); G. Mauguin, Vindiciae praedestinationis et gratiae II, 2 S. 67; Maxima Bibliotheca veterum patrum XV (Lugduni 25 *1677) S. 666; Migne 121, 987.*

Schrörs Reg. 57.

---

1) *Vgl. Schrörs S. 565 A. 25. — 851 erfolgte die Einnahme und Niederbrennung von Beauvais durch die Normannen, vgl. Dümmler I², 354; W. Vogel, Die Normannen und das fränkische Reich S. 133.* 2) *Vgl. Schrörs S. 565 A. 26. S. auch Lesne, Revue des questions historiques 78, 9.* 3) *Erzbischof von* 30 *Lyon († 852), vgl. oben Nr. 10 S. 4 A. 1.* 4) *Vgl. oben Nr. 10 S. 4.* 5) *Gemeint Kaiser Lothar I. Vgl. Schrörs S. 562 A. 7.*

1. Alio*[1] praedicationem suam orsus initio quam Iohannes, qui dixit: 'Paenitentiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum', et quam Paulus, qui docuit per visibilia visibilium et invisibilium cognoscere creatorem, coepit praedicare[2]: Quia ante omnia saecula et antequam quicquam faceret, a principio Deus quos voluit praedestinavit ad regnum et quos voluit praedestinavit[a] ad interitum. Et qui praedestinati sunt ad interitum salvari non possunt et qui praedestinati sunt ad regnum perire non possunt. Et Deus non vult omnes homines salvos fieri, sed eos tantum, qui salvantur. Et quod dicit apostolus: 'Qui vult omnes homines salvos fieri', illos dici omnes, qui tantummodo salvantur. Et Christus non venit, ut omnes salvaret, nec passus est pro omnibus nisi solummodo pro his, qui passionis eius salvantur mysterio. Et postquam primus homo libero arbitrio cecidit, nemo nostrum ad bene agendum, sed tantummodo ad male agendum libero potest uti arbitrio**.

852. Matth. 3, 2; 4, 17. Vgl. Rom. 1, 20; Col. 1, 16. 1. Tim. 2, 4.

2. Quapropter*** [b] ad episcoporum eum praesentiam[3], qui tunc regio mandato pro negotiis regiis apud Carisiacum accersiti erant, in praesentiam etiam domni Wenilonis[4], qui illuc convenerat, producere studui. Ubi multis audientibus nil dignum ratione vel dixit vel interrogatus respondit, sed ut arrepticius cum quod rationabiliter responderet non habuit, in contumelias singulorum prorupit. Et propter inpudentissimam insolentiam suam per regulam sancti Benedicti[5] a monachorum abbatibus vel ceteris monachis dignus flagello adiudicatus et, quia[6] contra canonicam institutionem civilia et ecclesiastica negotia

*) *Vorausgeht:* Primus igitur, qui, ut supra diximus, miserabilis illius monachi et actum discribit et doctrinam redarguit et damnationem exponit, postquam eum dixit ultro sibi praedicatoris nomen assumpsisse atque ad barbaras et paganas gentes velut evangelizaturum perrexisse, his verbis seriem praedicationis eius exsequitur, dicens: *B.*

**) *Folgt:* Et cetera [c], quae iam de aliis actis eius, non de doctrinae tenore exsequitur *B.*

***) *Vorausgeht:* Post haec interposita quadam narratione, quae ad praesentem responsionem nostram non videtur necessaria, subiungit scriptor epistolae de conventu concilii episcoporum pro examinandis et definiendis quaestionibus sive obiectionibus, quas ille miserabilis monachus proposuisse vel docuisse dicitur. De quibus quid nostrae pusillitati videatur, iam supra satis ostensum est. Et qualiter idem monachus eorundem episcoporum iudicio, quia eorum sententiae adquiescere noluit, fuerit condemnatus, ita dicens: *B.*

48. a) prędistinavit *(öfter) B.* b) inquit *eingefügt B.* c) caetera *(öfter) B.*

1) *Das im 'Libellus de tribus epistolis' überlieferte Stück ist zweifellos dasselbe, von dem Flodoard III, 21 (MG. SS. XIII, 514) spricht:* Item de Gothescalci vita vel conversatione, predicatione, deprehensione atque condempnatione. *Vgl. von Noorden S. 74 A. 3 und S. 403 n. 8; ferner Freystedt, Zeitschrift für Kirchengeschichte XVIII, 9 A. 2 und S. 182 A. 2. Im Vorwort zum 'Libellus de tribus epistolis' (Migne 121, 986f.) heißt es:* Quorum unus *(Hinkmar)*, qui et in his tribus primus ponitur, etiam cuiusdam miserabilis monachi, qui inquieta et insolenti praesumptione huius quaestionis vel potius scandali excitator et exagitator extitisse dicitur, qualiter videlicet in duobus episcoporum conciliis et auditus fuerit et iudicatus atque damnatus, diligenter et breviter in epistola sua exposuit atque digessit. Et singulis eius propositionibus quid vel ab ipso vel a caeteris sive tunc obiectum fuerit sive usque hodie apud eos obiciatur, pariter executus est. *Innerhalb der Kontroverse wird, wie natürlich, im Libellus immer wieder auf Teile des Hinkmarbriefes Bezug genommen. — Dümmler I², 336 A. 1 und S. 408 unterscheidet zwei Briefe, doch ist seine Meinung nicht begründet, da das Regest bei Flodoard sich mit den im 'Libellus de tribus epistolis' überlieferten Fragmenten deckt. Schrörs S. 121 und S. 562 A. 7 hat nicht vermerkt, daß wirkliche Fragmente vorhanden sind. In den Regesten Traubes (MG. Poetae III, 707ff.) ist das Stück nicht notiert. — Für die Datierung ist aus der Tatsache, daß der Brief, als dessen Empfänger Amolo durch Flodoard gesichert ist, nicht mehr von diesem selbst, sondern nach seinem Tode (März 852), wahrscheinlich von dem Bischof Ebo von Grenoble (vgl. Schrörs S. 121 A. 40), beantwortet wurde, zu entnehmen, daß der Hinkmarbrief erst in der letzten Lebenszeit Amolos in Lyon eingetroffen ist. — Vgl. auch Hinkmars erste Schrift über die Prädestination, s. oben Nr. 37 S. 12 A. 2.* 2) *Es folgen fünf Sätze Gottschalks. Vgl. Migne 121, 989. 1005. 1010. 1022.* 3) *Konzil von Quierzy 849. Vgl. oben S. 23 A. 6.* 4) *Eb. von Sens (c. 838—865). Vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux II², 421.* 5) *Vgl. Regula sancti Benedicti c. 28.* 6) *Vgl. Konzil von Meaux-Paris (845) c. 57, s. oben S. 23 A. 7, und Urteil der Synode von Quierzy (849), s. oben S. 23 und A. 6.*

852. perturbare studuit indefessus et se noluit recognoscere vel aliquo modo humiliare profusus, ab episcopis est secundum ecclesiastica iura damnatus.

3. Dicunt* et firmiter credunt, qui sanius apud nos sapere videntur, quia Dominus 'omnes homines vult salvos fieri' secundum apostolum, qui neminem vult perire, licet non omnes salventur; nam 'et lux in tenebris lucet', licet eam tenebrae non comprehendant[a]. Et Christus[1] pro omnibus passus est secundum eundem apostolum scribentem ad Timotheum: 'Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus', licet non omnes passionis eius misterio redimantur, quia effusio[2] iusti sanguinis Christi tam dives fuit ad pretium mundi, ut si universitas captivorum in eum crederet, nullus sub mortis imperio remaneret. Et quia non omnes tam ditissimo pretio redimuntur, ad[3] infidelium respicit partem, non ad pretium saeculi copiosum.

1. Tim. 2, 4. Vgl. 2. Petr. 3, 9. — Ioh. 1, 5. — Vgl. 2. Cor. 5, 15. — 1. Tim. 2, 6.

4. Dicunt**[b], quia 'qui omnes homines vult salvos fieri' et neminem vult perire et qui pro omnibus passus est, neminem praedestinavit ad interitum vel ignem aeternum. Sed ex massa peccati quosdam, sicut praescivit, praedestinavit, id est gratia praeparavit, ad vitam et regnum, et illis vitam ac regnum praedestinavit, id est gratia praeparavit, aeternum, evangelio teste, qui dicit: 'Venite[4], benedicti' — id est de prima maledictione gratia erepti, electi et praedestinati —, 'percipite regnum, quod vobis paratum est', id est quod vobis praedestinatum est, 'ab origine mundi'. Quosdam autem, sicut praescivit, non ad mortem neque ad ignem praedestinavit, sed in massa peccati et perditionis iuste deseruit, a qua eos praedestinatione[5] sua, id est gratiae praeparatione, occulto, sed non iusto iudicio nequaquam eripuit. Quia, sicut beatus exponit[6] Augustinus, praedestinatio est gratiae praeparatio; gratia autem est vitae donatio, id est ipsius praedestinationis effectus. Et beatus Prosper, in hac re sancti Augustini expositor, cum ceteris orthodoxis concordans patribus dicit[7]: Non est praedestinatio nisi quod ad donum pertinet gratiae aut ad retributionem iustitiae.

1. Tim. 2, 4. Vgl. 2. Petr. 3, 9. — Vgl. 2. Cor. 5, 15. — Matth. 25, 34.

5. Qua*** de re refugiunt dicere, qui, ut diximus, sanum videntur sapere, quosdam praedestinatos a Deo esse ad interitum, sed tantummodo praescitos; electos autem et praescitos et praedestinatos esse ad regnum et regnum illis, ut diximus, praedestinatum

---

*) *Vorausgeht:* Post damnationem huius miserandi hominis subiungit scriptor epistolae ad singulas illius propositiones suas et quorundam, qui cum eo similiter sentiunt, responsiones. Quas hic necesse est in ordinem ponere et, quid de eis nobis videatur, breviter designare. Quod licet supra multipliciter iam factum sit, tamen neque nunc praetereundum putamus, ne quid difficultatis et obscuritatis ex huiusmodi responsionibus cuiquam generetur. Quae videlicet responsiones in ipsa epistola ita incipiunt: *B.*

**) *Vorausgeht:* Subiungitur in eadem epistola de tertia quaestione, id est de praedestinatione divina, sermo prolixus. Qui non totus simul, sed per partes ponendus et tractandus nobis videtur, ita se habens: *B.*

***) *Vorausgeht:* Sequitur post haec in eadem responsione: *B.*

a) *Verb. aus* compraehendant *B.* b) inquit *eingefügt B.*

1) *Vgl. zu dieser Stelle auch Hinkmars Werk 'De praedestinatione', Migne 125, 283:* Quapropter diximus: Pro omnibus Christus passus fuit, licet non omnes passionis eius mysterio redimantur, et quia non omnes redimuntur, non ad pretii magnitudinem, sed ad non credentium respicit partem; *ferner Migne 125, 285:* Propterea et nos ex verbis Prosperi scripsimus, quia Christus pro omnibus passus est, licet — — partem. 2) *Brief Leos I. an Kaiser Leo, Acta concil. oecumenic. ed. Schwartz tom. II, vol. IV, 115; Hinschius S. 585 (J.-K. 542).* 3) *Prosper. responsiones ad capitula obiection. Gallorum, Migne 51, 172.* 4) *Ps.-Augustin. Hypomnest. VI, 6, 8, Migne 45, 1661.* 5) *Augustin. liber de praedestinatione sanctorum c. 10, Migne 44, 974. 975.* 6) *A. a. O.* 7) *Vgl. respons. ad capit. obiection. Gallorum, Migne 51, 169.*

aeternum, de quibus nullus potest perire. Et sicut sunt praedestinati gratia Dei ad regnum, 852.
ita sunt praedestinati secundum apostolum in operibus bonis, in quibus ambularent, Vgl. Eph. 2, 10.
pro quibus eis non solum gratia detur, sed et gratia regnum reddatur aeternum. Poenam
autem dicunt in infidelitate vel iniquitate perseverantibus a Deo praedestinatam secun-
5 dum divinam praescientiam, sicut scriptum est in propheta: 'Praeparata est ab heri To- Is. 30, 33.
phet', quia hoc ad[1] retributionem iustitiae pertinet, sicut pertinet ad gratiam, ut ex una eadem-
que massa peccati gratia electi praedestinentur ad vitam, concordante cum hoc evan-
gelica veritate: 'Ite', inquit, 'maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et Matth. 25, 41.
angelis eius'.

10 6. Quod* et beatus Petrus in epistola sua distincte loquens demonstrat cum dicit:
'Novit Deus[a] pios de temptatione eripere, iniquos autem in die iudicii cruciandos reser- 2. Petr. 2, 9.
vare'. 'Novit' enim, verbum praescientiae Dei, ad universa haec facit, videlicet et ad prae-
destinationem piorum, quae verbo ereptionis innuitur, et ad significationem poenae[b] prae-
destinatae, cum in fine cruciandos impios monstrat, quando 'reddet unicuique secundum Rom. 2, 6.
15 opera sua', et ad discretionem, cum iniquos non dicit Dominum ad poenarum cruciatus
praedestinare, sed iuste desertos cruciandos reservare. Et aperte monstratur, quia prae- Vgl. 2. Petr. 2, 9.
scientia[2] sine praedestinatione esse potest, praedestinatio autem sine praescientia esse non potest.
Quocirca sola praescientia viget in reprobis, in quibus misericordia iuste nil operatur ad
donum gratiae. Praescientia autem et praedestinatio[3], id est gratiae praeparatio, misericorditer
20 operantur in electis, qui praedestinantur ad regnum et quibus regnum praedestinatur
aeternum, quod ad[4] donum pertinet gratiae. Et praescientia simul et praedestinatio aeque
ac iustissime operantur in praedestinatione poenae reproborum, quae pertinet[4] ad retri-
butionem iustitiae.

7. Aliqua** etiam exempla, quae illorum stultitia ad munimen sui eadem male intelle-
25 gendo proferens profert, sicut modo ad memoriam occurrunt, sapientiae vestrae scribo.
Proferunt ex apostolo 'vasa irae aptata' vel perfecta 'ad interitum', dicentes vasa esse Rom. 9, 22.
praedestinata ad interitum et mutari non possunt[c]. Sed aliter alii intellegunt, maxime
cum idem dicat apostolus de eisdem vasis: 'Si quis emundaverit se ab istis', videlicet pro 2. Tim. 2, 21.
quibus vas contumeliae fuerat, 'erit vas in honorem'. Proferunt: 'Qui non credit, iam Vgl. 2. Tim. 2, 20; Rom. 9, 21.
30 iudicatus est', id est praedestinatione Dei iam damnatus est. Et Augustinus in libro de Ioh. 3, 18.
agone Christiano dicit[5]: 'Qui non credit, iam iudicatus est', id est iam damnatus est, praescientia Ioh. 3, 18.
utique Dei, qui novit, quid immineat non credentibus. Proferunt: 'Induravit Dominus cor Pha- Exod. 9, 12.
raonis'. 'Tradidit illos in reprobum sensum', inmittet eis spiritum erroris. 'Tu vero Deus Rom. 1, 28. Vgl. 2. Thess. 2, 10.
deduces eos in puteum interitus'. 'Qui transgreditur a iustitia ad iniquitatem, Deus pa- Ps. 54, 24.
35 ravit illum ad rompheam'. Eccli. 26, 27.

8. Sed*** isti malivoli, non intellegentes quae locuntur vel de quibus affirmant, con-
fundunt praescientiam et praedestinationem. Et sicut male intellegunt authenticas scrip-
turas, ita et pessime verba sancti Augustini in quibusdam locis, sicut in enchiridion[6]
et in libris de civitate Dei[7] et alibi etiam praedestinatos ad interitum et populum natum

---

40 *) *Vorausgeht:* Sequitur in eadem responsione: *B.*
**) *Vorausgeht:* Sequitur in responsione: *B.*
***) *Vorausgeht:* Sequitur itaque in responsione: *B.*

a) *Verb. B.* b) o *übergeschr. B.* c) *So B; richtiger wohl* posse.

1) *Vgl. S. 28 A. 7.* 2) *Prosper a. a. O., Migne 51, 170.* 3) *Vgl. oben S. 28 A. 5.*
45 4) *Vgl. oben S. 28 A. 7.* 5) *C. 27, Corp. Vindob. 41, 130.* 6) *Migne 40, 231 ff.* 7) *Corp. Vindob. 40.*

852. ad iram dicit. Unde etiam postquam de libero arbitrio[1] et de correptione et gratia[2] et de perfectione iustitiae hominis[3] et de praedestinatione sanctorum ad Prosperum et Hilarum[a][4] — ubi nihil de praedestinatione reproborum, sed de praedestinatione sanctorum dixit — multis postulantibus scripserat, librum ypomnesticon[b][5] adversus Caelestium et Pelagium scripsit de quinque quaestionibus et hanc sextam loco retractationis super- 5 addidit de praedestinatione. Ubi se excusat non eo sensu dixisse nec intellegi[c] velle praedestinatos ad interitum, sed in iniquitate vel impietate perseverantibus poenam esse praedestinatam. Quarum quaestionum et absolutionum mentionem in libro[6], quem scripsit contra Manicheos ex Genesi, facit.

9. Sed * et de gratia vel libero arbitrio qui melius sapiunt, ita credunt et ita locuntur: 10 Arbitrium liberum in primo homine non fuit emortuum, sed vitiatum. In nobis autem ad malum[d] agendum arbitrium male est liberum, quia a gratia non liberato, sed male libero arbitrio usi efficimur servi peccati. Ad bene agendum autem, immo et ad bene volendum tunc vere est arbitrium nostrum liberum, cum fuerit gratia liberatum. Quod non est resuscitatum, quia non fuit emortuum, sed gratia est sanatum, quia vitio fuit corruptum. 15 Et reprobi idcirco nequaquam caelestis patriae praemia aeterna percipient, quia ea nunc, dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt. Quod videlicet liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mens a terrenis desideriis gratia aspirante suspenditur. Bonum quippe, quod agimus, et Dei est et nostrum: Dei per praevenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei in aeternum 20 gratias agimus? Rursum si nostrum non est, unde nobis retribui praemia speramus? Quia[e] ergo non immerito[f] gratias agimus, scimus, quod eius munere praevenimur. Et rursum quia non immerito retributionem quaerimus, scimus, quod subsequente libero arbitrio Vgl. Ps. 58, 11. bona elegimus, quae ageremus. Unde sicut sancta scriptura docemur, gratia praevenimur, ut bene velimus. Per liberum arbitrium gratiam subsequimur, ut bene agamus; gratia 25 adiuvamur, ut bene agere possimus, quod arbitrio volumus, et gratia corroboramur, ut in bono, quod per liberum arbitrium subsequendo coepimus, perseveremus, et gratia subsequimur, ut et gratia beatae retributionis pro gratia bonae operationis gratuita gratia Ps. 58, 11. remuneremur. Et 'misericordia eius', inquit, id est gratia, 'praeveniet me'; et item: 'Et Ps. 22, 6. Ps. 102, 4. misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitae meae'; et: 'Qui coronat te in mi- 30 sericordia et miserationibus'[7].

49.*

Hinkmar an Wulfing, einen Ministerialen Kaiser Lothars I.: erstens wegen Berücksichtigung eines Briefes König Karls des Kahlen an jenen, zweitens wegen des schuldigen Zinses von der Villa Douzy. *vor Oktober 852.*

Schrörs Reg. 55. 35

---

*) *Vorausgeht:* Sequitur autem in praefata responsione: *B.*

a) *Verb. B.* b) y *verb.*, m *übergeschr. B.* c) intelligi, *zweites* i *scheint verb. B.* d) *So B; wohl statt* male. e) i *übergeschr. B.* f) *Verb. aus* inmerito *B.*

1) *Migne 32, 1221ff.* 2) *Migne 44, 915ff.* 3) *Corp. Vindob. 42, 1ff.* 4) *Migne 44, 959ff.* 5) *Vgl. oben Nr. 37 S. 17 A. 3.* 6) *Migne 34, 173ff.* 7) *Die Auseinandersetzung mit dem Briefe* 40 *Hinkmars schließt im 'Libellus de tribus epistolis' (Migne 121, 1051):* Haec de prima epistola, quia multis et perplexis quaestionibus plena erat, prout Dominus donare dignatus est, ipsa necessitate cogente prolixius diximus.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 539): Vulfingo[1] cuidam, ministeriali eiusdem imperatoris Lotharii, commemorans familiaritatem, quam quondam poposcerat ab eo, et dilectionem, quam illi spoponderat, rogans, ut innotescat imperatori super epistola, quam frater ipsius rex Karolus eidem dirigebat[2], quatinus eam suscipiens familiariter distinguat et secreto legat. Censum[3] quoque de villa Duodeciaco anni preteriti cum censu presentis anni sibi transmitti iubeat, unde in illius memoria aliquid ornamenti in sepulchro sancti Remigii facere posset, quod ornare et corpus ipsius sancti in cripta disponebat a novo preparata transferre[4]. 852.

50.*

Hinkmar an den Erzkanzler Kaiser Lothars I. Hilduin, Abt von Bobbio.

vor Oktober 852.

Schrörs Reg. 56.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 24 (MG. SS. XIII, 535): Hilduino[5] abbati pro epistola regis Karoli[6] et misso suo cum litteris ad imperatorem Lotharium perducendis. In quibus se quaedam de salute ipsius imperatoris suggerere manifestat, ut emendet quae ipsi notificat emendanda, et de censu solvendo ex villa Dudeciaco[7].

51.*

Hinkmar wiederholt Fulkrichs Exkommunikation. *852.*

Schrörs Reg. 61.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 539): Item[8], postquam poenitentiam pro hoc admisso visus est suscepisse, iteranti vias suas et reverso ad vomitum suum manifestam dat excommunicationis sententiam cunctisque id notificare satagit fidelium Christi personis, quibuscumque audire contigisset, maximeque episcopis, in quorum videbatur parrochiis conversari vel frequentare.

Vgl. Prov. 26, 11; 2. Petr. 2, 22.

---

1) *Vgl. Schrörs S. 565 A. 27; Lesne, Revue des questions historiques 78, 33 und A. 6.* 2) *Es will uns eher scheinen, daß es sich hier um Karls Hilferuf gegen die Normannen handelt (Ann. Fuld. a. 850 ed. Kurze S. 48, vgl. Mühlbacher, Regesten² n. 1158a; W. Vogel a. a. O. S. 134), als um dessen Fürsprache wegen der Einkünfte von Douzy, wie Lesne a. a. O. S. 50 meint.* 3) *Vgl. Lesne a. a. O. S. 50.* 4) *Die Feierlichkeit fand am 1. Oktober 852 statt. Vgl. die Verse Hinkmars, MG. Script. rer. Merov. III, 340f.; MG. Poet. III, 413 (Schrörs Reg. 54); Schrörs S. 460f.* 5) *Vgl. oben Nr. 49 S. 31. Schrörs S. 566 A. 29; Lesne, Revue des questions historiques 78, 33 und A. 7, S. 50; über diesen Hilduin: Bresslau, Handbuch der Urkundenlehre I², 388 und besonders 399 mit A. 2; M. Hein, Neues Archiv 39, 291. 300.* 6) *S. oben S. 31 A. 2.* 7) *Betr. die Datierung muß auch hier (vgl. oben Nr. 49 S. 31 A. 4) der 1. Oktober 852 als maßgeblicher terminus ante quem angenommen werden. So auch F. Lot, Le Moyen âge XVI, 255 A. 1 gegen L. Levillain, Bibliothèque de l'école des chartes 63, 579 und A. 3, der den Brief ins Jahr 847 setzt.* 8) *Vgl. oben Nr. 24 S. 8, unten Nr. 60 S. 34 und A. 1, Nr. 61 S. 34; Schrörs S. 59 und S. 565f. A. 27; Lesne, Revue des questions historiques 78, 51.*

52.*

845—853. *Hinkmar an Bischof Folkuin von Térouanne.* *um 852.*

Schrörs Reg. 58.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 519): Folcuino[1] Morinensi[2] pro quodam presbitero ipsius ordinato, qui clamabat iniuriam se pati ab Immone presule[3]; petitque simul reliquias sanctorum in Morinensi parrochia quiescentium sibi mitti, quia 5 in consecratione ecclesiae Dei genitricis altare ab ipso Folcuino consecrandum et ex ipsius parrochiae reliquiis honorandum preparabat[4].

53.*

Hinkmar an Ansold, Gerol und Hadrich über das Verfahren gegen den Diakon Raganfred. *845—853.*

Schrörs Reg. 511. 10

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 28 (MG. SS. XIII, 550): Ansoldo[5], Gerolo et Hadrico pro inquisitione cuiusdam fratris Raganfredi[6], ministerialis sui, et ut, si necesse esset, libera salvaque custodia detineretur, ne aufugeret, sibique adduceretur; mandans etiam eidem Raganfredo ex auctoritate Dei ac sua precipiendo, ut cum ipsis in eadem permaneat inquisitione. 15

54.*

Hinkmar an den Diakon Raganfred. *845—853.*

Schrörs Reg. 512.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 28 (MG. SS. XIII, 550): Cui[7] etiam, postquam recesserat, in alienis parrochiis immoranti litteras mittit, revocans eum auctoritate canonica, ut ad metropolim suam redeat et eius se humilitati representet vel, si de ipsius 20 iudicio queritur, sinodo regulari adesse festinet.

55.*

Hinkmar an Papst Leo IV. wegen der von Erzbischof Ebo von Reims nach dessen Absetzung Geweihten. *847—853.*

Schrörs Reg. 71.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 10 (MG. SS. XIII, 483): Item[8] de his, quos domnus 25 Ebo[9] post depositionem suam ordinaverat.

---

1) *Vgl., besonders auch für die Datierung, Schrörs S. 566 A. 31.* 2) *816/817—855. Vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux III, 135f.* 3) *S. oben Nr. 9 S. 3 und A. 6.* 4) *Vgl. auch oben S. 31 und A. 4.* 5) *Vgl. Schrörs S. 588 A. 172.* 6) *Baluze, Capitularia regum Francorum II, 1265 setzt ihn wohl zu Recht mit dem Reimser Diakon Ragamfrid gleich, der in Diplomen Karls des Kahlen* 30 *als Notar erscheint und auf der Synode von Soissons 853 wegen Urkundenfälschung verurteilt wurde (vgl. MG. Capit. II, 265 c. 6 und A. 10). Daraus ergibt sich die Datierung.* 7) *Vgl. oben Nr. 53 S. 32.* 8) *Vgl. Schrörs S. 67, dessen Darstellung bzw. Zeitansatz jedoch durch dieses Stück nicht fundiert erscheint und zu seinen vorsichtigen Bemerkungen S. 566 A. 33 (s. auch die Datierungsangabe S. 523) in einem gewissen Gegensatz steht. Es liegt keinerlei Anlaß vor, von Flodoards Folge abzuweichen, d. h. diesen* 35 *Brief später als unten Nr. 62 S. 34 anzusetzen. Vgl. auch unten Nr. 67 S. 36.* 9) *Vgl. oben S. 6 A. 9.*

56.*

Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon. *um 850—853.* 850–853.

Schrörs Reg. 59.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[1] de absolutione cuiusdam, requirens ipsius consilium.

57.*

5 *Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon.* *um 850—853.*

Schrörs Reg. 60.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[2] de ieiunio a regina mandato.

58.*

Hinkmar weist den Primatialanspruch Erzbischof Thietgauds von Trier zurück.

10 *852—853.*

Schrörs Reg. 17.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Teutgaudio[3] Trevirensi[4] de primatu, quem deferri ab eo debere scripserat ille sedi Trevirorum, insinuans id eidem sedi a sede Remorum numquam fuisse delatum, et cetera.

59.*

15 *Hinkmar an Erzbischof Thietgaud von Trier.* *852—853.*

Schrörs Reg. 44.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item[5] secundo ac tertio de causa Fulcrici excommunicati.

1) *Vgl. oben S. 7 A. 2; Schrörs S. 564 A. 22, über dessen Bemerkungen betr. die Zeitbestimmung* 20 *man schwer hinauskommen wird. S. auch oben Nr. 34 S. 11.* 2) *Vgl. vorige A.* 3) *Gegenüber der Datierung von Schrörs S. 70 und S. 562 A. 9 (etwa 847) vgl. besonders den wohlbegründeten Zeitansatz von H. Schmidt a. a. O. (s. oben S. 2 A. 2) S. 79ff. 88ff., dem W. Levison, Annalen des Historischen Vereins für den Niederrhein 116 (1930) S. 22f. zustimmt. S. ferner E. Lesne, La hiérarchie épiscopale en Gaule et Germanie 742—882 (1905) S. 240f. und A. 2 (im Gegensatz zu Revue des que-* 25 *stions historiques 78, 45, wo Lesne die Datierung von Schrörs übernimmt); E. Perels, Neues Archiv 44 (1922) S. 52 A. 6.* 4) *847—863.* 5) *Vgl. oben Nr. 58 S. 33. Die Zeitbestimmung von H. Schmidt a. a. O. (s. oben S. 2 A. 2) S. 81 (851—853) dürfte der Wirklichkeit näher kommen als die Schrörs'sche S. 58 und S. 565 A. 24 (847—851). Wir setzen das Stück in die gleichen Jahre wie Nr. 58 und behalten im übrigen die Reihenfolge Flodoards bei.*

60.*

852–853.

Hinkmar an Kaiser Lothar I. über die zweite Exkommunikation Fulkrichs. *852—853.*

Schrörs Reg. 51.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 10 (MG. SS. XIII, 483): Item[1] aliam epistolam, in qua continentur culpae ipsius Fulcrici et quomodo eum rationabiliter excommunicaverit, quia noluerit ad poenitentiam venire.

61.*

Hinkmar an König Ludwig den Deutschen über die zweite Exkommunikation Fulkrichs. *852—853.*

Schrörs Reg. 52.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 511): Ad[2] petitionem ipsius regis[3] de quibusdam quaestionibus, super quibus fuerat interrogatus ab ipso pro quodam Fulcrico, reddens ei rationem dignam, cur excommunicaverit ipsum, quem sub obtentu absolvit agendae poenitentiae.

62.*

Hinkmar an Papst Leo IV. über die Angelegenheit Fulkrichs und wegen der Privilegien der Kirche von Reims. *852—853.*

Schrörs Reg. 53.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 10 (MG. SS. XIII, 483): In[4] alia vero epistola scribit de quodam Fulcrico, Lotharii imperatoris vassallo, de quo etiam pridem ei significaverat[5], pro quo ecclesiae nonnullae per hoc regnum maximum patiebantur impedimentum, qui uxore sua dimissa, postquam excommunicatus ab eo proinde fuerat, aliam insuper ducere presumpsit uxorem[6]. Item in eadem de privilegiis huius Remensis ecclesiae[7], quae habuit ab initio, quo privilegia sedes habere coeperunt; et quia Remorum episcopus primas inter primates semper et unus de primis Galliae primatibus extitit nec alium se potiorem preter apostolicum presulem habuit, ut scilicet ea, quae tanto tempore ab antecessoribus ipsius huic sedi sunt concessa et conservata, conservare et augmentare dignetur.

---

1) *Vgl. oben Nr. 18 S. 7, auch Nr. 51 S. 31 und Nr. 59 S. 33. Schrörs S. 59; Lesne, Revue des questions historiques 78, 32 A. 4 und S. 51, der annimmt, daß Fulkrich in den ersten Monaten des Jahres 852 von Hinkmar zum zweiten Male exkommuniziert wurde. — Schrörs und Lesne (s. auch Dümmler I², 350) sind der Meinung, daß c. 5 des Vertrages von Meersen von 851 (MG. Capit. II, 73) sich auf die Angelegenheit Fulkrichs beziehe und unter Hinkmars Einfluß aufgenommen worden sei.*
2) *Vorausgeht:* Ludowico regi Germaniae, prefati Karoli regis nostri fratri, nonnulla quoque scripsisse reperitur. — *Vgl. Schrörs S. 59; Lesne, Revue des questions historiques 78, 51; oben Nr. 60 S. 34 und A. 1.* 3) *Vgl. die vorige A.* 4) *Vgl. oben Nr. 33 S. 11; Nr. 24 S. 8 und A. 14; Nr. 25 S. 9. Schrörs S. 59f.; Lesne, Revue des questions historiques 78, 52; H. Schmidt, Trier und Reims a. a. O. (vgl. oben S. 2 A. 2) S. 81. 87, dessen Zeitansatz ausreichend begründet erscheint.* 5) *Anderweitig nicht bekannt.* 6) *S. oben Nr. 24. 25 S. 8f.; Lesne a. a. O. 78, 50.* 7) *Vgl. Schrörs S. 70f. und besonders H. Schmidt a. a. O. S. 89 mit A. 2.*

63.*

Hinkmar an Wulfing über den Zins von der Villa Douzy und über die Angelegenheit Fulkrichs. 852—853. *852—853.*

Schrörs Reg. 62.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 539): Item[1] pro repetitione premissi census de villa Dudeciaco[2] sex librarum; ne forte suggeratur imperatori[3], quod cupiditate inlectus hunc censum repetat, quem in suos usus numquam redegerat; sed cupiens evadere periculum, ne silentio suo in diebus suis census ipse depereat et ipsa villa in alodem vertatur et ecclesiastica mancipia in servos et ancillas dispertiantur, sicut et de multis tam rebus quam mancipiis huius ecclesiae, sed et de ipsa iam villa fiebat; enitens etiam, ut senior suus inde periculum non incurreret vel ipse cum illius periculo partem non haberet; asserens, quod, si cupiditas in hoc eum vexaret, duodecim libras repeteret, quas avus[4] et pater[5] huius regis inde solverunt; et cetera.

Subinfert etiam quaedam de prefato Fulcrico[6], qui Roma veniens iactabat epistolas papae[7] pro absolutione sua tam regibus se quam huic archiepiscopo deferre. De quo monet hunc Vulfingum, ut suggerat regi, ne seducatur in hac causa, sed omne cum ratione cavens periculum faciat, ut veniant ipsae epistolae coram illo et episcopis et, quicquid melius inventum fuerit, inde sequantur, et quia interim, quod rationabiliter et canonice factum fuit, non debeat contempni.

64.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons. *853.*

Schrörs Reg. 63.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[8] pro ordinatione monasterii sancti Medardi et restituenda in eo regula.

65.*

Hinkmar an den Mönch Anselm, wahrscheinlich von Hautvillers. *853.*

Schrörs Reg. 64.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 28 (MG. SS. XIII, 552): Anselmo[9] cuidam monacho, precipiens, ut describat omnia, quae in monasterio, ut videtur, Altvillarensi ante ipsius presulis ordinationem facta vel collata fuerunt et quaeque postea, numerum quoque fratrum ac famulorum eis servientium, et si qua exinde suo tempore dispensata fuerunt et in quos usus vel per quas personas, et ita veraciter omnia describantur, ut missi dominici nihil ibi falsum possint invenire[10].

1) *Vgl. oben Nr. 49 S. 30f. Schrörs S. 565 A. 27; Lesne, Revue des questions historiques 78, 51 und A. 6.* 2) *Vgl. Schrörs S. 60; Lesne a. a. O. 78, 50.* 3) *Lothar I.* 4) *Karl der Große.* 5) *Ludwig der Fromme.* 6) *S. oben Nr. 15 S. 6 und A. 6.* 7) *Vgl. Schrörs S. 59 A. 40; oben S. 8 A. 14.* 8) *Vgl. Schrörs S. 74 A. 7 und besonders S. 563 A. 11; s. auch MG. Capit. II, 265 c. 5, 267f. c. 1 und A. 1.* 9) *Vgl. Schrörs S. 566 A. 32, S. 74 A. 7. S. auch oben Nr. 64.* 10) *Vgl. Capitulare missorum Suessionense (853), MG. Capit. II, 267f. c. 1. 2.*

66.*

845–855. *Hinkmar an Propst Ratram von Orbais.* *853.*

Schrörs Reg. 65.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 28 (MG. SS. XIII, 552): Ratramno[1] preposito monasterii Orbacensis similiter.

67.*

Hinkmar erbittet von Papst Leo IV. zum zweiten Male Bestätigung der Synodalakten von Soissons. *853.* 5

Schrörs Reg. 66.

Regest im Brief Papst Nikolaus' I. Nr. 79 (MG. Epist. VI, 416): Sed[2] venerabilis Hincmarus, sciens utique concilium istud[3], ut supra ostensum est, reprehensionibus non paucis respersum, acta quidem illius per neminem episcoporum, qui his interfuerant, 10 destinavit; ut tamen firmarentur, denuo[4] precibus agere non cessavit.

68.*

Hinkmar an den Grafen Bertram von Tardenois wegen der Vereidigung der Untertanen auf den König. *Juni—Juli 854.*

Schrörs Reg. 67.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 545): Bertrano[5] illustri comiti 15 Tardunensis pagi, propinquo suo[6], pro sacramento regi[7] agendo, qualiter regi fidelitatem iurare deberent[8], qui in ipsius comitatu consistebant.

69.*

Hinkmar an Markgraf Eberhard von Friaul. *845—855.*

Schrörs Reg. 68.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 539): Item[9], laudans sinceri- 20 tatis ipsius devotionem erga Deum et sacrae auctoritatis cultum principumque una-

---

1) *Vgl. oben Nr. 65 S. 35 und A. 9. 10.* 2) *Vgl. Schrörs S. 67f. und S. 566 A. 33; das Fragment eines Briefes Leos IV. an Hinkmar, MG. Epist. V, 589f. Nr. 11 (J.-E. 2632) sowie das Schreiben Nikolaus' I. von 866, MG. Epist. VI, 414ff. Nr. 79.* 3) *Soissons 853, vgl. Schrörs S. 61ff.; Neues Archiv 26, 618f.* 4) *Ein vorhergehendes Approbationsersuchen Hinkmars an den Papst ist nicht* 25 *bekannt; das Stück oben Nr. 55 S. 32 ergibt dafür nichts. — Vgl. übrigens auch Nikolaus' I. Brief Nr. 80, MG. Epist. VI, 424:* — — praecessori meo beatae recordationis Leoni praesuli non semel supplices litteras misisti, quatenus idem concilium approbans auctoritate apostolica roboraret. 5) *Vgl. Schrörs S. 75 und A. 12, S. 566 A. 34, der offenbar auch die Zeitbestimmung durchaus richtig traf.* 6) *Vgl. Schrörs S. 10.* 7) *Karl dem Kahlen.* 8) *Vgl. Capitulare missorum Attiniacense vom Juni 854* 30 *c. 13, MG. Capit. II, 278 (auch ebenda A. 13):* De fidelitate regi promittenda, id est omnes per regnum illius Franci fidelitatem illi promittant, *sowie die nachfolgende Aufzeichnung über die Reimser Eidesleistung vom 3. Juli 854.* 9) *S. oben Nr. 46 S. 26; Schrörs S. 565 A. 26.*

nimitatem et ecclesiasticae pacis studium debitumque religionis; monens quoque pro caritatis officio, ut, sicut coepit, melius ac melius proficiat; quia natura humana testante Iob 'numquam in eodem statu permanet' et quia in isto seculo quacumque preditus quis potestate contra fluminis tractum[1] navigat, qua de re aut viriliter navigans superiora petet aut remissis manibus habet ad ima relabi. Studeat autem precipue, ut Deo super omnia placeat, deinde ut ecclesiae pacem provideat, tum ut principibus bona non solum suggerat, sed etiam ingerat; viris ecclesiasticis et locis sanctis debita privilegia adquirere insistat, populo Christiano pacem et unanimitatem procuret, bene agentibus congaudeat, male agentibus resistat, se ipsum sobrie, iuste et pie vivendo sollerter custodiat, et cetera exhortationum valde necessaria. Postque suggerit etiam de quibusdam necessitatibus tam ex monasteriis quam et aliis, pro quibus et imperatori[2] litteras direxerat, quae in parrochia sua ab illius erant auctoritate corrigenda, et reliqua de utilitate animae et consilio spiritali conservando.

845—855. Iob 14, 2. Vgl. Tit 2, 12.

70.*

Hinkmar an den Grafen Maio über den Fall einer etwaigen Bischofswahl in Cambrai und über den Frieden im Reiche. *845—855.*

Schrörs Reg. 69.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 541): Maioni[3] illustri comiti gratiarum referens actiones pro benignitate et sollicitudine, quam domno Theoderico Camaracensi presuli[4] viro sancto et ecclesiae ipsius exibere curabat, petitque, ut, si in eorum diebus idem Dei servus ad communem Dominum transiret, pro electione concedenda clero et plebi ecclesiae ipsius apud Lotharium imperatorem[5] satageret. De pace quoque procuranda inter reges, unde sibi scripserat, rescribit, quia semper eam desideraverit et, ut inviolata inter eos maneret, prout potuit, commonere curaverit et, quantum Deo cooperante valuerit, inde laborare curabit.

71.*

Hinkmar an Bischof Drogo von Metz. *845—855.*

Schrörs Reg. 70.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[6] referens ei gratiarum actiones pro sollicitudine, quam habere videbatur Remensis ecclesiae, petens etiam de quodam fratre, huius ecclesiae ministro, ut ita eius frueretur obsequiis, quatinus ecclesia ista necessariis ipsius posset uti solatiis, et alia quaedam.

---

1) *Vgl. Brief des Augustinus an Hieronymus, Corp. Vindob. 55, 358:* cur itaque conor contra fluminis tractum — — ? 2) *Lothar I. S. auch Schrörs a. a. O.* 3) *Vgl. R. Parisot, Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens S. 202; Lesne, Revue des questions historiques 78, 28 und 34 (hier auch A. 1 über die Unsicherheit genauerer Datierung).* 4) *831—862.* 5) *Vgl. Schrörs S. 567 A. 35.* 6) *Vgl. oben Nr. 3 S. 2 und A. 5.*

72.*

853—855. *Hinkmar erbittet die Fürsprache des Bischofs und Bibliothekars der römischen Kirche Leo bei Papst Leo IV.* *853—855.*

Schrörs Reg. 73.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 516): Leoni[1] episcopo[2] et custodi bibliothecae Romanae ecclesiae litteras mittit pro susceptione legationis suae, ut obtineat apud papam Leonem, quatinus eius petitionem benigne suscipiat et paterne rescribat eidem de his, quae in litteris ab eo missis continebantur.

73.*

Hinkmar an Kaiser Lothar I. betr. Fulkrich. *854—855.*

Schrörs Reg. 76.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 10 (MG. SS. XIII, 483f.): Item[3] aliam, in qua valde collaudat eum, congaudens eius humilitati, quod ipsius obaudierit monitis super prefato excommunicato[4], absolvitque eum id humiliter deprecantem pro participatione, quam habuerat cum ipso.

74.*

Hinkmar erbittet von Papst Leo IV. (zum dritten Male) Bestätigung der Synodalakten von Soissons (853) und der Privilegien der Kirche von Reims. *Juni/Juli 855.*

Schrörs Reg. 77.

Erwähnung im Brief Hinkmars unten Nr. 198 S. 213 Z. 25 ff. (Hs. Laon 407 Bl. 130'): Sicque[5] cum ista epistola et cum legatione imperatoris[6] per praefatum venerabilem episcopum[7] missos meos cum litteris Romam direxi, quibus in via nuntius venit de obitu papae Leonis[8].

---

1) *Vgl. Schrörs S. 67 und S. 566 A. 33; auch oben Nr. 67 S. 36.* 2) *Von Silva Candida (853—867), wie Schrörs wohl zu Recht vermutet.* 3) *Vgl. oben Nr. 60 S. 34 und A. 1. Schrörs S. 69 und S. 567 A. 36; Lesne, Revue des questions historiques 78, 53.* 4) *Fulkrich.* 5) *Vgl. — abgesehen von dem Rahmenbrief unten Nr. 198 S. 204 ff. — oben Nr. 62 S. 34, insbesondere Nr. 67 S. 36, auch oben Nr. 72. S. ferner MG. Epist. V, 590 A. 2. Schrörs S. 69; H. Schmidt a. a. O. (vgl. oben S. 2 A. 2) S. 87. 90.* 6) *Zu dem Briefe Lothars I. an Leo IV. vgl., außer dem Bruchstück in dem genannten späteren Schreiben Hinkmars, namentlich den Anfang in dem von Flodoard, Hist. Rem. eccl. III, 10 (MG. SS. XIII, 483) gebrachten Regest:* Item aliam pro sinodalibus diffinitionibus, de ordinatis ab Ebone post suam depositionem a sede apostolica confirmandis et quibusdam privilegiis eidem Hincmaro sedique Remensi concedendis. *S. auch Mühlbacher, Regesten² n. 1172a.* 7) *Gemeint wohl B. Petrus von Arezzo (um 851—867), nicht B. Petrus von Spoleto (844—861).* 8) *† 17. Juli 855.*

75.*

Hinkmar an Kaiser Lothar I. *855.* 845–856.

Schrörs Reg. 78.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 10 (MG. SS. XIII, 484): Item[1] postquam convaluerat idem imperator de infirmitate sua, in qua epistola eum satis episcopaliter, licet 5 succincte, de salute admonet animae[2].

76.*

Hinkmar übersendet Geschenke an Erzbischof Amalrich von Tours. *850/851—855/856.*

Schrörs Reg. 25.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Amalrico[3] religioso archi-10 episcopo, compatiens tribulationibus ipsius et consolans patientiam atque congaudens sanctitati eius; quem cariorem inter caros se delegisse significat, mittens ei quaedam ornamenta pretiosa, casulam scilicet diaprasinam, quam habebat unicam, et alia munuscula cum solidis centum.

77.*

Hinkmar an Erzbischof Amalrich von Tours betr. Besitz der Reimser Kirche in Aqui-15 tanien. *850/851—855/856.*

Schrörs Reg. 72.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item[4] scribit eidem pro rebus Remensis ecclesiae in Aquitania sitis, quas ei rex[5] restitui iubeat quasque tractandas eidem Amalrico fiducialiter committit.

78.*

20 *Hinkmar an Bischof Lupus von Châlons-sur-Marne.* *845—856.*

Schrörs Reg. 80.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Lupo[6] Catalaunensi[7] pro sinodo celebranda[8].

1) *Vgl. oben Nr. 73 S. 38. Schrörs S. 69; Lesne, Revue des questions historiques 78, 56.* 2) *Folgt:* 25 Et alia nonnulla eidem scripsit. — *Kaiser Lothar I. starb am 29. September 855. S. auch Lesne a. a. O. 78, 56 A. 2.* 3) *Der Zeitbestimmung von Schrörs S. 563 A. 16 (848—849) und seiner Deutung der* tribulationes *(oben Z. 10) wird nicht beigepflichtet werden können, zumal Amalrich schwerlich schon 848, vielmehr erst zwei bis drei Jahre später den erzbischöflichen Stuhl von Tours bestieg; vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux II², 311; Levillain, Recueil des actes de Pépin Ier et de Pépin II* 30 *(1926) S. L A. 4. Es erscheint weder für dieses noch für das folgende Stück (Nr. 77) zulässig, die Datierung enger als mit Amalrichs mutmaßlicher Amtsdauer zu begrenzen.* 4) *Vgl. oben Nr. 76 und A. 3. Schrörs S. 564 A. 16.* 5) *Karl der Kahle.* 6) *Vgl. Schrörs S. 567 A. 38.* 7) *838—856.* 8) *Von Schrörs a. a. O. mit Wahrscheinlichkeit auf die Synode von Soissons (853) bezogen. Vgl. Mansi XIV, 987.*

79.*

845—856. *Hinkmar an Bischof Lupus von Châlons-sur-Marne.* *845—856.*

Schrörs Reg. 81.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[1] pro quodam, qui dolo deceptus fuerat, ut infantem proprium ad catezizandum teneret.

80.*

Hinkmar an Bischof Lupus von Châlons-sur-Marne. *845—856.* 5

Schrörs Reg. 82.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[2], quid de hac re sinodus[3] decreverit.

81.*

Hinkmar an Erzbischof Rabanus Maurus betr. Gottschalk. *850—856.*

Schrörs Reg. 83. 10

Erwähnung im Brief des Rabanus Maurus an Hinkmar, MG. Epist. V, 499 Z. 26ff.: De[4] eo autem, quod interrogastis, utrum iuxta Gotescalchi et adstipulatorum eius traditionem liceret trinam et unam deitatem et trinam et unam potestatem et trinam et unam sapientiam dicere[5], miror, quid — —.

82.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons. *853—856.* 15

Schrörs Reg. 84.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[6] pro quibusdam monachis ex monasterio Altvillarensi[7] fuga dilapsis.

---

1) *S. oben Nr. 78 S. 39.* 2) *S. oben Nr. 78. 79 S. 39f.* 3) *Vgl. Schrörs S. 567 A. 38.* 4) *Zu dem Briefe Hinkmars, den hier Raban beantwortet, vgl. Schrörs S. 151 und S. 498f. Wir folgen* 20 *seiner vorsichtigen Zeitbestimmung, obgleich Dümmler I², 408 A. 1 mit dem Vorschlage, diesen Schriftwechsel nahe an den früheren von 850 (s. oben Nr. 39 S. 24 und A. 6) heranzurücken, sehr wohl im Recht sein kann. Auf den letzteren ist im Eingang von Rabans Schreiben (MG. Epist. V, 499 Z. 17ff.) Bezug genommen.* 5) *Vgl. oben Nr. 39 S. 24 Z. 20f. Dort taucht die Trinitätsfrage bei Hinkmar zuerst auf.* 6) *Vgl. oben Nr. 64 S. 35; Schrörs S. 563 A. 11.* 7) *S. auch oben Nr. 65* 25 *S. 35.*

83.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons. *853—856.* 853–856.

Schrörs Reg. 85.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): **Item[1] pro Godoldo, qui clamabat indebite se communione privari, pro quo etiam tertio litteras ad eum direxit[2].**

84.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons. *853—856.*

Schrörs Reg. 86.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): **Item[3] pro quibusdam presbiteris, qui clamaverant in sinodo iniuste se ab eo ecclesiae rebus privatos; et quia irrationabiliter sinodi mandata tractaverat, nisi se corrigeret, canonicae ultionis delegat interminationem.**

85.*

Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon über Rothad von Soissons. *853—856.*

Schrörs Reg. 89.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): **Item[4] de infirmitate et humiliatione Rothadi Suessonici et de consilio, quod ei dederat[5], ut illud in eo corroboret et ad obsequendum prudenter exortetur.**

86.*

Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon. *853—856.*

Schrörs Reg. 90.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): **Item[6] pro auro, quod ei mittebat, per eum reginae[7] offerendo ad componendum quoddam Dei genitricis ornamentum.**

87.*

Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon über sein Werk 'Ferculum Salomonis'. *853—856.*

Schrörs Reg. 91.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): **Item[8] de opusculo ferculi Salomonis[9] a se composito, quod ei legerat, rogitans, quid sibi videatur de illo.**

1) *Vgl. Schrörs S. 239. 563 A. 11; oben Nr. 64 S. 35.* 2) *Von sonstigen Briefen in dieser Sache ist anderweitig nichts bekannt.* 3) *S. oben Nr. 83 S. 41 und A. 1; es besteht kein Grund, von Schrörs' Zeiteinreihung abzuweichen.* 4) *Vgl. oben Nr. 57 S. 33 und S. 7 A. 2. Schrörs S. 563 A. 11, S. 564 A. 22, auch S. 239.* 5) *S. oben Nr. 83. 84 S. 41.* 6) *Vgl. oben Nr. 85 S. 41 und A. 4.* 7) *Irmintrud.* 8) *Vgl. oben S. 7 A. 2. Schrörs S. 564 A. 22, S. 567 A. 40.* 9) *Vgl. Schrörs Reg. 87 (Flod. Hist. Rem. eccl. III, 15, MG. SS. XIII, 502; Bruchstück MG. Poet. III, 414f.); Schrörs Reg. 88 (Sirmond, Hincmari opera I, 756ff.; Migne 125, 817ff.). — Schrörs S. 468f.; Traube, MG. Poet. III, 407. 755 (s. auch III, 69 A. 3); Manitius, Geschichte der latein. Literatur des Mittelalters I, 353f.; A. Wilmart, Revue Bénéd. 40 (1928) S. 87. 96f.*

88.*

855—856. *Hinkmar an Bischof Theoderich von Cambrai.* *855—856.*

Schrörs Reg. 92.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Theoderico[1] Cameracensi[2] pro quodam Hettone, Lotharii regis[3] vassallo, cui communi consensu poenitentiam iniunxerant, qui se absolutum a prefato Theoderico fuisse fatebatur; et pro quodam presbitero, quem idem Theodericus excommunicaverat, pro quo papa Romanus domno Hincmaro litteras miserat[4], quas ipse eidem Theoderico mittebat. 5

89.*

Hinkmar an Bischof Immo von Noyon. *855—856.*

Schrörs Reg. 93.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[5] pro consilio et auxilio dando Theoderico Cameracensi presuli super quodam inobediente, qui Deum non timebat et ecclesiasticum ministerium non reverebatur. 10

90.*

Hinkmar an Bischof Theoderich von Cambrai. *855—856.*

Schrörs Reg. 94.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[6] pro prefati Hettonis absolutione. 15

91.*

Hinkmar an Bischof Theoderich von Cambrai. *855—856.*

Schrörs Reg. 95.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[7] pro rebus Remensis ecclesiae, quas sibi per prestariam Theodericus episcopus delegari petebat. 20

92.*

Hinkmar an den Abt und Erzkaplan Hilduin betr. Bischofswahl in Térouanne. *855—856.*

Schrörs Reg. 96.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 24 (MG. SS. XIII, 535): Item[8] Hilduino, ut certare procuret apud regem[9] pro electione canonica ecclesiae Morinensi concedenda[10], quia et ipse hoc agere satageret quantum posset. 25

1) *Vgl. Schrörs S. 567 A. 41, dessen Datierung hier wie bei den drei folgenden Stücken einleuchtet.* 2) *S. oben S. 37 und A. 3.* 3) *II. (855—869).* 4) *Nicht bekannt.* 5) *Vgl. oben Nr. 9 S. 3 sowie Nr. 88 S. 42 und A. 1.* 6) *Vgl. oben Nr. 88 S. 42 und A. 1.* 7) *Vgl. ebenda.* 8) *Vgl., namentlich auch über diesen Hilduin — der mit dem Empfänger von oben Nr. 50 S. 31 keineswegs identisch ist —, Schrörs S. 567 A. 42. S. auch F. Lot, 'De quelques personnages du IXe siècle qui ont porté le nom de Hilduin', Le Moyen âge XVI (1903) S. 249ff.; ders., 'Sur les Hilduins', Le Moyen âge XVII (1904) S. 338ff.* 9) *Karl dem Kahlen.* 10) *S. unten Nr. 93 S. 43.* 30

93.*

Hinkmar an Bischof Pardulus von Laon. *855—856.* 855—857.

Schrörs Reg. 97.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[1] pro ecclesia Morini vacante pastore[2], ut inde cum rege[3] loquatur, qualiter ipsa electio rite peragatur, et 5 pro libris sancti Ambrosii de fide[4] sibi mittendis.

94.*

Hinkmar an Bischof Theoderich von Cambrai betr. Ordination des Bischofs Hunfrid von Térouanne. *856.*

Schrörs Reg. 98.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[5] pro ordinatione 10 Hunfridi[6] in episcopatu Morini.

95.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen betr. Bischofswahl in Châlons-sur-Marne. *856—857.*

Schrörs Reg. 99.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Cui[7] etiam testimonium 15 bonae vitae perhibet in epistola, quam scripsit post obitum ipsius ad regem Karolum pro impetranda electione regulari ecclesiae Catalaunensi.

96.*

Hinkmar an Bischof Theoderich von Cambrai betr. Ordination des Bischofs Erchanraus von Châlons-sur-Marne. *856—857.*

Schrörs Reg. 100.

20 *Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518):* Item[8] pro ordinatione Ercamrai[9] post decessum Lupi Catalaunensis episcopi[10].

---

1) *Vgl. oben Nr. 85 bis Nr. 87 S. 41. Schrörs S. 564 A. 22.* 2) *Bischof Folkuin von Térouanne (s. oben Nr. 52 S. 32) starb am 14. Dezember 855.* 3) *Karl dem Kahlen.* 4) *Migne XVI, 523ff.* 5) *Vgl. oben Nr. 88 S. 42 und A. 1; oben Nr. 92. 93 S. 42f.* 6) *856—870.* 7) *Dem 856 ver-* 25 *storbenen Bischof Lupus von Châlons, vgl. oben Nr. 78—80 S. 39f.* 8) *Vgl. oben Nr. 88 S. 42 und A. 1.* 9) *856/857—867/868.* 10) *S. oben Nr. 95 S. 43 und A. 7.*

97.*

845–857. *Hinkmar an Bischof Ebo von Grenoble.* *845—857.*

Schrörs Reg. 101.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Eboni[1] episcopo[2], ecclesiae Remensis alumpno, pro quodam fratre ab hac ecclesia fuga lapso et apud ipsum commorante, ut quantocius illum diligenti cura remittere studeat. 5

98.*

Hinkmar an Erzbischof Remigius von Lyon. *852—857.*

Schrörs Reg. 102.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 515): Remigio[3] archipresuli[4] pro rebus sancti Remigii in provincia Cisalpina coniacentibus, quas eidem committens petit, ut easdem in sua tuitione suscipiat. 10

99.

Widmungsbrief Hinkmars an König Karl den Kahlen zu seiner zweiten Schrift über die Prädestination. *September 856 — Anfang 857.*

Flod. Hist. Rem. eccl. III, 15.

Drucke: Sirmond, Flodoardi eccl. Remens. histor. (Parisiis 1611) S. 205; Sirmond, Hincmari opera II, unpaginierter Anfang; Migne 125, 49; MG. SS. XIII, 502 (Hss.-Bezeichnung nach dieser Ausgabe). 15

Schrörs Reg. 103.

DOMNO* GLORIOSO REGI KAROLO HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS UNA CUM COLLEGIS DOMNIS ET FRATRIBUS MEIS VENERANDIS EPISCOPIS, ORATORIBUS SCILICET SALUTIS ATQUE PROSPERITATIS VESTRAE DEVOTIS.[5]

Deo gratias agimus, qui cor vestrum ad amorem suum accendit et ad cognitionem 20 veritatis et ortodoxae fidei scientiam et diligentiam ignivit, prudentiam quoque et intellegentiam vobis in litteris divinitus inspiratis donavit et in earum meditatione atque exercitatione, quantum vobis pro rei publicae negociis licet, studium vestrae devotionis cotidiano augmento ad utilitatem sanctae suae ecclesiae provehit.

---

*) *Flodoard schickt folgende Bemerkung voraus:* Item collegit atque composuit volumen ingens 25 plures continens libros de praedestinatione Dei et libero arbitrio contra quosdam reprehensores suos episcopos, maximeque contra Gothescalcum atque Ratramnum monachum Corbeiensem, ad eundem Karolum regem, cui talem praefert epistolam.

1) *Vgl. Schrörs S. 567f. A. 43.* 2) *Ebos Amtszeit ist (s. auch Schrörs a. a. O.) durchaus unbestimmbar; sicher nachzuweisen ist er nur 855—860, braucht aber nicht vor 869 gestorben zu sein. Vgl. auch* 30 *Duchesne, Fastes épiscopaux I², 232.* 3) *Zur Datierung vgl. Schrörs S. 568 A. 43.* 4) *852—875; vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux II², 173.* 5) *Das Werk selbst ist nicht erhalten. Vgl. Traube, MG. Poet. III, 718 n. 43; Schrörs S. 136ff. sowie oben Nr. 21 S. 8 und Nr. 37 S. 12. — Zur Datierung Schrörs S. 136 A. 27. Auch innerhalb einer metrischen Karl dem Kahlen gewidmeten (853—856) Arbeit hat Hinkmar das Thema 'de gratia et praedestinatione' behandelt. Vgl. Schrörs Reg. 87; s. auch oben S. 41 A. 9.* 35

856–857.

Ceterum capitula sinodalia[1] venerabilium consacerdotum nostrorum, trium scilicet provinciarum[2], sicut ibidem continetur et inferius scriptum invenietur, vobis delata, quae nostrae humilitati iuxta[a] scripturam praecipientem: 'Interroga sacerdotes legem meam', quia et legem fidei esse legimus, praecedentium regum more ob studium cognoscendae veritatis legenda et ventilanda dedistis[3], revolvimus. In quibus nos, licet nomina nostra sint tacita, designatione tamen effectus velut non catholicos reprehensos et sine fraternitatis respectu despectos reperimus. Capitula[4] quoque, quae ob notam vobis et infra innotescendam necessitatem ex catholicorum patrum sensibus et verbis excerpsimus, velut inutilia, immo noxia[5], repulsa et abhominata invenimus. Quae capitula, sicut a nobis excerpta sunt, suis scriptis inserere noluerunt[6], ne ab illis legerentur, in quorum manus illorum capitula devenirent; sed quaedam de his, quae in capitulis a nobis excerptis habentur, alio sensu et aliis verbis tetigerunt, ut abhominanda illa monstrarent, quaedam autem[b] suppresserunt[7] et taliter inde memoriam habuerunt, quasi nos contra sanctorum patrum sensa in Affricana et Arausica[8] sinodo senserimus. De quodam autem capitulo, id est, quod 'omnes homines vult Deus salvos fieri', licet non omnes salventur[9], funditus tacuerunt, sicut postmodum signantius demonstrabimus, cum Dominus dicat: 'Ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et aedifices et plantes.' Prius enim, si de conscientia rectae intellegentiae fuere confisi, ponentes ea, quae destruere nitebantur, sicut illa cum integritate sua acceperant, in quibus evellenda et dissipanda erant legentibus demonstrare, et tunc illis per auctoritatem destructis atque dispersis sua rationabiliter et ordinabiliter plantare debuerant ac in sublime aedificantes extollere. De quodam etiam capitulo[10], quasi ludificatio aliqua in sacris misteriis esse possit, ita scripserunt, ut legentes hoc a nobis dictum fuisse intellegere possint, de quo nihil a nobis est memoratum; et quare nihil a nobis inde sit dictum et in cuius scriptis a nobis, posteaquam illa capitula scripsimus, sit inventum, suo loco dicemus.

[Agg. 2, 12. — 1. Tim. 2, 4. — Ier. 1, 10. — Vgl. Dan. 2, 48.]

Inseruerunt etiam in eisdem suis scriptis de quibusdam XIX[c] capitulis[11], quasi nobis debeant imputari, de quibus nil[d] audivimus vel vidimus[12], antequam venerabilis Ebo Gratianopolitanus episcopus[13] vobis ea, quasi a bonae memoriae fratre vestro Hlothario[14] transmissa, apud Vermeriam palatium detulit. Quorum capitulorum auctorem nec ibi adnotatum invenimus nec, cum multum quaesierimus, invenire valuimus. Unde putavimus, quia alicuius invidia ad cuiusquam opinionem infamandam fuerint compilata, sicut saepe legimus, ut de multis pauca commemoremus, veluti epistola capitulorum

99. a) *Doppelt 1b;* vix iuxta *1a*. b) ante *1.* c) XVI *1, 3.* d) nihil *2.*

1) *Gemeint sind die Kanones der Synode von Valence 855, Mansi XV, 1ff. Vgl. auch Werminghoff, Neues Archiv 26, 621.* 2) *Auf Lothars I. Befehl waren in Valence 14 Bischöfe der Kirchenprovinzen Lyon, Vienne und Arles versammelt, vgl. Schrörs S. 133ff.* 3) *Wahrscheinlich auf dem zum 1. Sept. 856 zu Neaufle angesagten Reichstag. S. unten S. 72 Z. 18ff. und im Werk über die Prädestination selbst (Migne 125, 295):* De hoc capitulo quaedam dempta invenimus ex eo, quod nobis ante triennium, sicut supra memoravimus, in Nielfa villa Rotomagensis episcopii commisistis. *Vgl. auch Schrörs S. 136 A. 26.* 4) *Die vier Kapitel von Quierzy (853) gegen Gottschalk, Mansi XIV, 920f. Vgl. Werminghoff, Neues Archiv 26, 619.* 5) *Vgl. Synode von Valence c. 4 (Mansi XV, 5):* propter inutilitatem vel etiam noxietatem. 6) *Vgl. ebenda:* Porro capitula quatuor — — a pio auditu fidelium penitus explodimus. 7) *Vgl. unten Z. 16.* 8) *Vgl. c. 3 (Mansi XV, 5) und c. 6 (Mansi XV, 6) des Konzils von Valence, wo behauptet wird, daß Hinkmar den Synoden von Afrika und Orange widerspräche.* 9) *Synode von Quierzy c. 3, Mansi XIV, 921.* 10) *Vgl. Synode von Valence c. 5 (Mansi XV, 6):* cum in ecclesiae sacramentis nihil sit cassum, nihil ludificatorium. 11) *Zur Frage, ob damit die aus 19 Kapiteln bestehende Schrift des Johannes Scottus 'De divina praedestinatione' oder nur der Auszug des Erzbischofs Wenilo von Sens gemeint ist, vgl. Schrörs S. 137 A. 30.* 12) *Vgl., auch zu dem Folgenden, insbesondere Schrörs a. a. O.* 13) *S. oben S. 44 A. 2.* 14) *Kaiser Lothar I.*

856—857. extitit, quam venerabilis Ibas episcopus[1] suam esse in sinodo denegavit[2]; et sicut quidam aemuli[3] de verbis beati Augustini adhuc in sua vita fecerunt[a], quae ille arguit[b] et catholice reppulit, quantum ad illius noticiam exinde pervenit. Post eius etiam obitum quidam invidi capitulum[c] de eius[d] ipsius scriptis, ex his etiam, unde nunc agitur, colligere curaverunt, ut illius doctrinam ortodoxam atque utillimam ob personae illius invidiam vilifacere praevalerent et lectores devotos ab illius lectione[e] ac[e] dilectione[e] et necessaria credulitate averterent. Quae videlicet aemulorum mendacia ex[f] delegatione sanctae sedis Romanae per Caelestinum papam[4] sanctus Prosper[5] catholico et prudenti stilo falsa esse et imprudenter obiecta ostendit et memorati ac memorandi viri doctrinam ortodoxam esse lucidissime demonstravit.

Unde et fieri potest, ut ista capitula, quae vobis ex nomine confratrum nostrorum ab aliis quam ab illis delata vel transmissa sunt, taliter in suggillatione[g] nostra conscripta non fuerint[h], sed instigante diabolo inter cetera mala, quae nunc[i] in hoc mundo crebrescunt[k], ad immittendam[l] inter Domini sacerdotes discordiam sint confecta, qui caritatem vehementer in nobis et timet et invidet, cum videt illam a nobis servari hominibus terrenis in terra, quam ille servare nolens angelicus spiritus[m] amisit[n] in caelo. Quomodo enim fieri posset, ut sic fratres nostri[6] nos succensorie cum adnihilationis despectu iudicarent, qui regulam dominicam, qualiter confratrem quisque admonere debeat, continue prae oculis et in usu cotidie habeant? Scriptum enim esse cognoscunt: 'Priusquam interroges, ne vituperes quemquam et, cum interrogaveris, corripe iuste.' Sanctus enim Augustinus hereticorum et reprehensorum suorum scripta, si in eis quiddam bene dictum invenit, benignissime[o] acceptavit[p] et plura ad rectos sensus interpretari elaboravit, nulla autem de recto sensu ad pravum inclinare temptavit.

(Vgl. Matth. 18, 15. — Eccli. 11, 7.)

Et quomodo fratres nostri talia agerent, antequam nos secundum evangelicam regulam vel viva voce vel scriptis suis inde interrogarent, ut vel volentes discere docerent[7] vel pravum sentientes et ad tramitem veritatis et fidei redire contempnentes fraterne et saepius commonerent et auctoritates divinas et sanctorum patrum scripta nobis proponerent et, ut in unum conveniremus, nos cum mansuetudine et lenitate invitarent: scientes, quia episcopus ideo ad sinodum consacerdotum debet venire, ut aut discat aut doceat? Litteras namque quorundam eorum quidam nostrum benignas et fraternas suscepimus nostrasque illis remisimus et nihil tale de eorum parte perspeximus, audivimus, intelleximus, sensimus vel percipere praevaluimus. Si autem talia scripserunt, si forte illi[q] scripserunt, ut sapientiam[r] suam[r] de nostra insipientia demonstrarent et plus de iactantia laudis appetitum quaererent, quam bona nostra et bene a nobis dicta, si forent, per caritatem sua facerent; si etiam secus a nobis dicta invenerunt, plus illa publicare quam nos fraterne corrigere maluerunt: miramur de tantis et talibus viris, archiepiscopis et episcoporum primoribus, maxime autem de Ebone[8], qui[s] religiosus

(Vgl. 1. Cor. 11, 17 u. ö.)

a) facerem *1*[a]; facerent *1*[b]. b) argute *3*. c) capitulatim *2, 3*. d) *Fehlt 2, 3*. e) dilectione ac lectione *2*. f) et *2*. g) sigillatione *2*. h) fuerunt *1, 2*. i) *Fehlt 1*[b]. k) crebescunt *1, 2*. l) mittendam *1*[b]. m) episcopus spiritus *1*[b]. n) emisit *1*[b]. o) benignas *1*[a]; *fehlt 1*[b]. p) *Fehlt 1*[b]. q) illis *2*. r) suam sapientiam *2, 3*. s) quod *1*.

1) *Von Edessa († 457).* 2) *Auf der 5. allgemeinen Synode versuchte Kaiser Justinian den Beweis zu führen, daß Ibas auf der Synode von Chalcedon (451) die Autorschaft an seinem Brief an den Perser Maris abgeleugnet habe. Vgl. Hefele-Leclercq, Histoire des conciles III (1909) S. 13.* 3) *Hierzu und zum Folgenden vgl. 'Semipelagianer', PRE*[3] *XVIII, 192ff.* 4) *I. (422—432).* 5) *Vgl. die von Prosper 'pro Augustino' abgefaßten Schriften, Migne 51, 155ff.* 6) *Die zu Valence versammelten Amtsbrüder.* 7) *Zu dem viel gebrauchten Wortspiel 'discere — docere' vgl. H. Koch, SB. der bayer. Akad. der Wissensch. Phil.-Hist. Abt. 1935 S. 48 A. 1.* 8) *S. oben S. 45 Z. 27 f.*

est, ut audivimus, quippe sicut ab ipsis pene cunabulis sub religione et habitu regulari nutritus in Remensis ecclesiae monasterio, ubi requiescit sanctus Remigius; in quo loco religioso suam exegit aetatem, quousque a domno Ebone avunculo suo, tunc Remorum archiepiscopo[1], ibidem diaconus consecratus et abbas monachorum ad regularem ordinem tenendum et gubernandum constitutione episcopali est ordinatus. Quemque ita humilitatis tenore nutritum et humilitatis locum appetere et tenere velle dicimus, ut illi et omnibus scriptum est: 'Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.' Spiritus enim potestatem habentis spiritus est superbiae, locus autem noster[a] humilitas[b] est[b], quam a se vere locus munitus et 'turris fortitudinis' nos discere iubet: 'Discite a me', inquiens, 'quia mitis sum et humilis corde', quamque pro loco tuto contra elationis ac[c] iactantiae spiritum praefatum religiosum virum obnixe tenere velle audivimus et pro certo credidimus. Et idcirco discredimus ista capitula[2] ab eis[d] confecta, quia praetermissis aliorum consacerdotum nominibus solius Ebonis nomen cum archiepiscopis est ibidem iactanter[e], ut quibusdam videtur, expressum. Et quod quam maxime ipse[f] in[f] hoc[f] collaboraverit, quasi e regione sit sensum, ut etiam cum archiepiscopis maior ceteris et doctior in sententia fuerit, hoc enim de sancto Augustino, qui in conciliis Affricanis scientia et labore ac vigilantia maior extitit, nequaquam invenimus. Nam et ipse sanctus Augustinus non solum se ceteris coepiscopis privatam gloriam quaerens non praetulit nec praeferri permisit, verum se aliis supposuit, cum ipse plus aliis laboraverit, sicut in epistolis ad sanctum Innocentium papam scriptis et ad alios apostolicae sedis praesules[3] qui legere voluerit invenire valebit. Nec[g] de ullo episcoporum in ullis conciliis taliter legimus, nisi forte apostolicae litterae propter evidentem causam aliquem coepiscoporum ad hoc negocium cum archiepiscopo suo ex nomine designari decreverint, sicut de Augustidunensi[h] episcopo in epistolis[4] beati Gregorii legimus. Quanto magis iste religiosus et vir cautus in huiusmodi se efferre[i] noluisset aut praeferri despectis ac praetermissis ceteris coepiscopis permisisset! Huc accedit, quia fratres nostri et consacerdotes surda aure non debuissent transire Salomonis dictum commonitorium[k], si ex nobis aut auditu aut scripto quiddam sinistri secreto accepissent, ut praepropere illud in publicum quacumque mobilitate nostra moti, unde[l] non sumus conscii, ad contentiones et iurgia propalarent; ait enim: 'Quae viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonestaveris amicum tuum.'

Scimus tamen, quia sunt nonnulli, qui, dum plus sapere quam oportet sapere student, a proximorum[m] pace resiliunt, dum eos velud ebetes stultosque contempnunt. Unde per se veritas admonet dicens: 'Habete in vobis sal et pacem habete inter vos', ut quisquis habere sal sapientiae studet, curet necesse est, quatinus a pace concordiae numquam recedat. Unde terribiliter Paulus admonet dicens: 'Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.' Praecipue autem nos eam servare et persequi, id est perfecte sequi, debemus, qui Deo cotidie sacrificare debemus et veritate contestante specialiter quasi praecipimur, ut, 'si offeramus munus nostrum ad altare et ibi recordati fuerimus, quia frater noster habet aliquid adversum nos, relinquamus ibi munus nostrum ante altare et eamus prius reconciliari fratri nostro et tunc venientes offeramus

856—857.
Eccles. 10, 4.
Ps. 60, 4.
Matth. 11, 29.
Vgl. Mich. 7, 16.
Prov. 25, 8.
Marc. 9, 49.
Hebr. 12, 14.
Matth. 5, 23. 24.

a) nostre *1.* b) est humilitas *2.* c) a *1.* d) eo *3.* e) lactenter *1.* f) in hoc ipse *2, 3.* g) Neque *1a.* h) Augustudunensi *2, 3.* i) offerre *1.* k) commonitorum *1, 3;* commonitoris *3b.* l) inde *1, 2.* m) proximo *2.*

1) *S. oben S. 6 A. 9.* 2) *Von Valence, vgl. oben S. 45 A. 1.* 3) *Nr. 175—177, Corp. Vindob. 44, 652ff.* 4) *An Syagrius von Autun, Reg. VI, 52, MG. Epist. I, 427 (J.-E. 1438).*

856–857. munus nostrum'. Ecce ductor et doctor noster a discordantibus non vult accipere sacrificium, holocaustum suscipere recusat. Hic ergo perpendendum est, quantum sit malum discordiae, propter quod et illud non admittitur, per quod culpa laxatur. Non[a] enim nos adversus fratres nostros habemus, si talia contra nos ante collationem scripserunt. Sed credendum est, quia, si illa scripsissent, ad nos, contra quos[b] illa scripserant, transmisissent[1]. 5 Nunc autem illis quomodo rescribere possumus, cum, utrum illa scripserint, ignoremus?

Verumtamen, [ne][c] sine responso nostro vestra dominatio maneat, vobis, de cuius manu illa accepimus, corde, ore et stilo, non formidantes carpentium nos derogationem, respondere curamus. Primo scilicet mittentes ea, quae ab eisdem fratribus nostris in sinodo conscripta fuisse leguntur, licet hinc antea[d] alia[2] fuisse conscripta 10 reperiantur. Sed tamen[e] quia haec in suggillationem[f] nostram et contra excerpta[g] a nobis capitula[3] confecta noscuntur, ea primum iudicavimus ponere, quae maioris nominis, licet non[h] auctoritatis, quia partim non veritatis, propter sinodalem[i] tamen[i] praetitulationem dignum duximus magnipendere. Deinde illa, quae a pluribus et per aliorum manus de pluribus ex his causis accepimus, propter quam necessitatem ex ca- 15 tholicorum patrum, ut diximus[4], sensibus et verbis capitula illa quatuor reexcerpere[k] procuravimus, ea conditione, ut de singulorum scriptis ex singulis sententiis, quae in a nobis excerptis capitulis continentur, quaedam, prout necesse viderimus, ponamus. Post haec capitula a nobis excerpta de patrum sensibus et verbis, ut illa excerpsimus, ponere procurabimus et, si divinis et autenticis scripturis et catholicae atque apostolicae ec- 20 clesiae sanctaeque Romanae sedis fidei et ortodoxorum patrum sensibus, qui eidem sanctae matri ecclesiae praesederunt et qui ab eadem apostolica sede Romana nobis in canone recipiendi dati sunt, sensum nostrum in eisdem capitulis expressum concordari demonstrare potuerimus, agere veraciter, humiliter ac devote studebimus. Quia aliorum[l] ad[l] stipulandum[l] nostrae catholicae intellegentiae sensum sententias[m] recipere nec proferre 25 volumus, cum constet illud esse[n] verum atque catholicum, quod ipsa mater omnium ecclesiarum et universalis ecclesia duxerit adprobandum[5]. Et si qui[o] fuerunt[p] appellati doctores, ad probandam fidei sinceritatem illorum sententias non[q] recepimus neque proferimus, nisi quorum sententias[q] ipsa catholica mater ecclesia decrevit esse probabiles. Si autem et aliqui emerserunt, qui doctrinalem cathedram tenuerunt, postquam 30 ab eadem sancta sede canon[6] sacrarum scripturarum atque doctorum catholicorum fidelibus cunctis est datus, qui[r] aliter senserunt quam ipsi intellexerunt[s] atque docuerunt[t], quos[u] ipsa[v] mater catholica[w] suo ortodoxo sinu recepit, amplectitur atque fovet, qui[x] nec debemus nec necesse habemus, ad auctoritatem sententias illorum proferre aut recipere volumus[y], quoniam in istis et per istos satis ad salutem habemus. Et si qui aliter quam 35 isti maturiore et saniore documento tenendum docuerunt[z], dogmatizant aut dogmatizare praesumpserunt, totum ducimus saluti[a] et[a] fidei[a] adversum, quicquid ab eorum

---

a) Nos *1, 2.* b) quod *1.* c) *Fehlt 1, 2.* d) ante *2, 3.* e) *Fehlt 1.* f) sigillationem *2.* g) excepta *1, 2.* h) *Fehlt 1.* i) tamen sinodalem *2.* k) rexcerpere *1b*; excerpere *2.* l) aliorum astipulandum *2.* m) *Zu ergänzen* nec *oder* non *(vgl. unten Z. 28).* n) rem *1.* o) quis *1, 2; verb.* 40 qui *1b, 2.* p) fuerit *1a*; fuerint *1b.* q) non — sententias *(Z. 29) fehlt 1.* r) qualiter *1.* s) intellexerit *1.* t) docuerit *1b.* u) quas *1, 2.* v) *Fehlt 1.* w) catholico *1b.* x) *Vielleicht statt* quia *oder* quod. y) *Offenbar statt* nolumus. z) docuerit *1b.* a) fidei et saluti *2, 3.*

1) *Vgl. oben S. 45 Z. 1 ff. Die Synodalakten von Valence wurden ihm von Karl dem Kahlen zugestellt; vgl. auch unten Z. 7 f.* 2) *Vgl. unten S. 49 Z. 19 ff.* 3) *Die vier Kapitel von Quierzy; vgl. oben* 45 *S. 45 Z. 7 ff.* 4) *Vgl. oben S. 45 Z. 8.* 5) *Über die Bedeutung der päpstlichen Approbation vgl. auch Nikolaus I. Nr. 71, MG. Epist. VI, 394, und besonders Nr. 130, MG. Epist. VI, 651.* 6) *Das sog. gelasian. Dekret ed. von Dobschütz, Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur Bd. 38 (1912).*

salubri doctrina constat esse diversum. Eorum etiam sententias, qui divina dignatione, 856—857.
postquam ipse canon a beato Gelasio[1] conscriptus est, sensu et doctrina catholica et sanctitate conversationis in ecclesia floruerunt et ab ipsorum ortodoxorum patrum, qui in eodem canone adnotati sunt, fideli quia catholica doctrina nihil dissonum, nihil diver-
5 sum scripserunt vel docuerunt, reverentia pari amplectimur, veluti venerabilis Bedae presbiteri[2] a discipulis sancti papae Gregorii[3] catholica fide imbuti et a sancto Theodoro archiepiscopo[4], utriusque linguae, Grecae videlicet et Latinae, perito et a sancta Romana ecclesia ad Anglos post discipulos beati Gregorii ad eruditionem transmisso, non mediocriter instructi ac venerandae memoriae Paulini patriarchae Aquileiensis parrochiae[5]
10 atque Alcuini[6] viri religiosi et docti. Quorum fidem et doctrinam apostolica sedes Romana non solum benignissime acceptavit, verum et multis laudibus extulit, sicut in scriptis ipsius sanctae sedis invenimus, quae ecclesiae nostrae ab eadem ecclesiarum matre acceperunt tempore divae memoriae Karoli imperatoris[7], quando sinodus[8] pro cognita infidelitate[a] Felicis[9] est habita et ad Romanam ecclesiam velut ad apicem eccle-
15 siarum transmissa. Sed et eorum scripta qui legit, quam sint laudanda et recipienda, intellegit.

Denique si talium, ut diximus, sententiis concordari capitula, quae excerpsimus, demonstrare non potuerimus, parati sumus doctioribus et catholicis aurem accommodare[b], sensum subdere et sine contentione nos doctrinae illorum subicere. Et quia libellum[10]
20 de scrinio bonae memoriae fratris vestri[c] Hlotharii sine nomine auctoris suscepimus, in quo sigillatim[d] per loca singula capitula a nobis excerpta sunt posita et assensu illius, quiscumque ille fuerit, reprehensa sunt et dampnata, cum de catholicorum patrum dictis nostra capitula, si poterimus, confirmare curabimus, ipsius etiam reprehensiones ponemus et eas[e], quantum Dominus dederit, confutare studebimus. Tunc demum ponemus
25 de capitulo confratrum nostrorum quinto[11], unde notam nobis quasi tacite et e latere impegerunt[f], quod[g] in Gothescalci scriptis invenimus, postquam quatuor[h] capitula[h] saepe memorata excerpsimus, et quid inde sentiamus, Domino inspirante dicemus. Et sic tandem subiciemus illa X et VIIII[i] capitula[12], pro quibus de Scottorum pultibus[13] confratres nostri sine culpa nostra in hac dumtaxat causa nos pascere decreverunt[k], et
30 quod de eisdem capitulis sentiamus, ex catholicorum patrum sensibus ostendemus.

---

a) infelicitate *1.* b) acommodare *1, 2.* c) nostri *1.* d) singillatim *1*[b]. e) eos *1, 2.* f) impegerit *1.* g) quid *2.* h) capitula quatuor *2, 3.* i) sex *2.* k) decreverit *1*[b].

1) *492—496. Vgl. oben S. 48 und A. 6.* 2) *† 735.* 3) *I. (590—604).* 4) *Von Canter-*
35 *bury († 690).* 5) *† 802.* 6) *S. oben S. 14 A. 2.* 7) *Karls des Großen.* 8) *Zu Frankfurt 794, MG. Conc. II, 110 ff.* 9) *B. von Urgel, Vertreter des spanischen Adoptianismus. Vgl. dazu Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands II*[3. 4]*, 307 ff.; H. von Schubert, Geschichte der christlichen Kirche im Frühmittelalter S. 379 ff.* 10) *'De tenenda immobiliter scripturae veritate', Migne 121, 1083 ff. Vgl. zum folgenden Schrörs S. 128 ff.* 11) *Valence c. 5, Mansi XV, 5 f.* 12) *Vgl. oben S. 45*
40 *A. 11.* 13) *Hieronym. prolog. in lib. I. comment. in Hierem., Corp. Vindob. 59, 4. Vgl. auch Synode von Valence c. 6 (Mansi XV, 6):* Scotorumque pultes.

100.*

857. *Hinkmar erbittet im Namen der Synode von Quierzy Zustimmung und Fürsprache des Erzkaplans Hilduin beim König bezüglich der Bischofswahl Isaaks von Langres.*

Schrörs Reg. 104. *Februar 857.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 24 (MG. SS. XIII, 535): Item[1] simul cum sinodo episcoporum apud Carisiacum habita[2] scribit Hilduino, Karoli regis archicapellano[3], et pro ecclesia Lingonica, quam Vulfadus, ecclesiae Remensis alumpnus[4], contra canonica occupaverat decreta. Unde suggesserat eadem sinodus regi, ut alterum ad regendam prefatam constitueret ecclesiam, et rex iusserat, ut episcopi quaererent talem, qui posset in episcopali ministerio eidem ecclesiae proficere, eorumque vota in Ysaac, ipsius Hilduini discipulum[5], convenerant, obsecrantes huius in hoc Hilduini consensum et deprecationem ipsius pro eo apud regem.

101.*

Hinkmar an Erzbischof Remigius von Lyon betr. Ordination des Bischofs Isaak von Langres. *Frühjahr 857.*

Schrörs Reg. 105.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 515): Item[6] pro ordinatione Ysaac Lingonensis episcopi.

102.*

Hinkmar an Bischof Ebo von Grenoble betr. Ordination des Bischofs Isaak von Langres. *Frühjahr 857.*

Schrörs Reg. 106.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[7] pro ordinatione Ysaac in episcopatu Lingonensi, ut exhortetur Remigium archiepiscopum ad eandem ordinationem peragendam.

103.*

Hinkmar an den Grafen Gerard von Vienne betr. Ordination des Bischofs Isaak von Langres. *Frühjahr 857.*

Schrörs Reg. 107.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 540): Gerardo[8] comiti nobilissimo pro Ysaac Lingonicae sedis electo[9], ut per eius hortamen ordinaretur episcopus, quia Vulfadus, qui ipsam occupaverat ecclesiam, canonice non potuit ordinari[10].

---

1) *Vgl. Schrörs S. 77 und besonders S. 274f.* 2) *14. Februar 857; vgl. Neues Archiv 26, 622f., wo jedoch dieses Schreiben nicht vermerkt ist.* 3) *Vgl. oben Nr. 92 S. 42 und A. 8.* 4) *Der spätere Eb. von Bourges (866—876).* 5) *857—880.* 6) *S. oben Nr. 98 S. 44 und Nr. 100 S. 50; Schrörs S. 568 A. 43.* 7) *Vgl. oben Nr. 97 S. 44, Nr. 100 und Nr. 101 S. 50; Schrörs S. 568 A. 43.* 8) *Vgl. Schrörs S. 568 A. 43 und S. 571 A. 66; Poupardin, Le royaume de Provence sous les Carolingiens S. 14 A. 1. S. auch MG. Epist. VI, 72f. A. 6.* 9) *S. oben Nr. 100—102.* 10) *Vgl. oben Nr. 100.*

104.*

Hinkmar an Bischof Abbo von Auxerre. *nach 25. April 857.* 849—858.

Schrörs Reg. 109.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 519): Abboni Autisiodorensi[1] pro Heriboldo presule[2] defuncto, qui cuidam fratri apparens admonuit de elemosina et
5 orationibus atque oblationibus pro se offerendis.

105.*

Hinkmar an Graf Rudolf über die bedenklichen Zustände im Reiche König Karls des Kahlen. *Ende 857.*

Schrörs Reg. 108.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 540): Rodulfo[3] illustri comiti[4]
10 pro infirmitate coniugis ipsius et pro eo, quod ferebatur idem comes inter regem[5] et quosdam subiectos ipsius quaedam contraria seminare; asserens sibi quoque domnus Hincmarus, qui ab huiusmodi re valde se immunem putabat, hoc ipsum reputari; et quia de his, qui erant cum rege, talia mandata venirent, quae non convenissent; unde nihil eidem comiti scribere posset neque per alium mandare, donec simul loquerentur et de
15 talibus, quae vidissent melius ad utilitatem et honestatem senioris sui pertinere, mutuo conferrent; quantocius autem potuisset, ad regem pergeret et cum illo degens, quantumcumque valeret, certaret, ut se coram Deo corde et opere custodiret orique suo ab ipsis etiam, qui putabantur amici, custodiam imponeret; et de convocatione fidelium regis et directione ipsius animi atque discissione huius regni, sed et interfectione Britonum
20 Herispogii, Salomonis et Almarchi[6], atque de itinere reginae[7] ad regem, prout ipse mandaverat, et quia multum de rege timebat. Vgl. Ps. 140, 3.

106.*

Hinkmar an Bischof Prudentius von Troyes. *849/850—858.*

Schrörs Reg. 133.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[8] pro ecclesiis sedis
25 Remensis in ipsius episcopatu sitis, quas ille aliter tractabat, quam episcopali conveniret aequitati, ut de his et aliis, quae de ipso audiebat, simul loquerentur; exortans, ut alterutrum se instruerent et Domino mutuo commendarent*.

---

*) *Folgt:* Pro qua re librum quoque scripsisse reperitur.[9]

1) *857—859. Vgl. Schrörs S. 568 A. 46.* 2) *† 25. April 857. Der Zeitpunkt seines Amts-*
30 *antritts (824/829) ist nicht sicher bestimmbar, vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux II², 450.* 3) *Vgl. Schrörs S. 78 und S. 568 A. 45; Dümmler I², 422.* 4) *Bruder der Kaiserin Judith, Onkel Karls des Kahlen. S. auch unten Nr. 126 S. 63 Z. 36.* 5) *Karl dem Kahlen.* 6) *Richtig ist, daß der Bretonenherzog Erispoë von Salomon und Almar ermordet wurde: im November 857, woraus sich die Datierung ergibt. Vgl. Schrörs S. 568 A. 45; Dümmler I², 412 und A. 3; W. Vogel, Die Normannen und das*
35 *fränkische Reich S. 156; MG. SS. XIII, 540 A. 5.* 7) *Irmintrud.* 8) *Vgl. oben Nr. 38 S. 24.* 9) *Nämlich unten Nr. 108, vgl. S. 52 Z. 25ff. und Zeitschrift für Kirchengeschichte X, 102 (s. auch Schrörs S. 569 A. 55). Dies ist für die zeitliche Einordnung als terminus ante quem maßgeblich, eine genauere Datierung aber nicht angängig. — Zu Hinkmar und Prudentius vgl. besonders auch U. Stutz, Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens I, 283ff.*

107.*

852—858. *Hinkmar an König Ludwig den Deutschen über die Besitzungen der Reimser Kirche in Thüringen.* *852/853—858.*

Schrörs Reg. 110.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 511): Item[1] pro tuitione ac defensione rerum Remensis ecclesiae in Toringia coniacentium. 5

108.

Vorrede (a) und Anfang des Schlußworts (b) Hinkmars an König Karl den Kahlen zu der Schrift 'De ecclesiis et capellis'. *857—Frühjahr 858.*

Hss.: Leyden Universitätsbibliothek 141 S. 1—3 (a); 42—43 (b), 9.—10. Jh. (B), kollat. Perels; Florenz Bibl. Nazion. B. 3. 1122 Bl. 66 (und 65') (a); 79—79' (b), 12. Jh. (C), kollat. Perels.

Drucke: W. Gundlach, Zeitschrift für Kirchengeschichte X(1889), 93—95 (a); 128—129 (b) (aus B); Gaudenzi, Bibliotheca iuridica medii aevi II (Bononiae 1892), 9—10 (a); 19 (b) (aus C). 10

Schrörs Reg. 134.

a.

DOMINO* KAROLO REGI GLORIOSO HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS.[2]

Altercatione[a] ** commota inter canonum sacrorum diffinitiones et fratris ac coepiscopi nostri Rothadi[3] transgressiones, inter cetera[b] siquidem et de divisione parrochiae Adeloldi presbiteri[4] et quia in divisione eiusdem parrochiae a novo fundari iussit ecclesiam, 15

*) *Überschrift:* Collectio Hincmari archiepiscopi de ęcclesiis et capellis *C.*
**) *Von gleichzeitiger Hand am Rande:* Altercatio est lis vel contentio *B.*

108. a) Altercatione — etiam *(S. 53 Z. 3) fehlt C.* b) caetera *(öfter) B.* 20

1) *Vgl. oben Nr. 61 S. 34; Dobenecker, Regesta Thuringiae I, 56f. n. 254; Schrörs S. 568 A. 47. Zur Sache s. auch MG. DLD. 120. — Die zeitliche Umgrenzung erscheint durch Flodoards Reihenfolge auch nach vorwärts (vor Ludwigs Einfall in Westfranken) gesichert.* 2) *Bis zur Veröffentlichung des Gutachtens durch Gundlach a. a. O. X, 93—144 beruhte die Kenntnis davon lediglich auf dem Regest bei Flodoard, Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 508):* Item scribit ad eundem regem collectionem quandam multarum auctoritatum de ecclesiis et capellis contra dispositionem Prudentii Trecasini episcopi. *S. auch oben Nr. 106 S. 51 und A. 9. — Vgl. A. M. Gietl, Historisches Jahrbuch XV, 556ff. und zur Sache namentlich U. Stutz, Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens I, 285ff. (auch Zs. der Sav.-Stiftung, German. Abt. 20, 218 A. 1; PRE. 23, 370). Von Stutz (a. a. O. S. 285f. A. 20) ist mit Recht darauf hingewiesen worden, daß dem Gutachten eine Sammlung oder Vorarbeit vorausging (vgl. unten S. 53 Z. 1f.), die sich auf gewisse Maßnahmen Rothads bezog; sie wurde auf Wunsch Karls des Kahlen im Hinblick auf Verfügungen des Prudentius zu der die gleichgeartete Materie einheitlich behandelnden Schrift 'De ecclesiis et capellis' erweitert (vgl. unten S. 53 Z. 5ff.:* superinposuit *usw.), in der Rothads Übergriffe nur im Eingang ausdrücklich genannt sind. Allein die Art dieser Erwähnung genügt, um gegenüber einem späteren Zeitansatz (858—860) mit Gietl a. a. O. XV, 571f. an der Abfassung der Schrift vor der Märzsynode von Quierzy 858 festzuhalten. Gietls Argument, daß Hinkmar bei späterer Anfertigung die ihm günstige Entscheidung jenes Konzils angeführt haben würde, erscheint ausschlaggebend. Vgl. auch Neues Archiv 20, 493 n. 152 sowie E. Seckel, Zs. der Sav.-Stiftung, Roman. Abt. 21, 215. — Schrörs S. 569 A. 55.* 3) *Von Soissons; vgl. oben S. 7 A. 5.* 4) *S. unten Nr. 110—112 S. 55f. (auch die Identität des von Nikolaus I. Nr. 55, MG. Epist. VI, 353, und im 'Libellus proclamationis Rothadi', Migne 119, 747ff., erwähnten Priesters mit Adelold ist sehr wahrscheinlich). — Vgl. Gietl a. a. O. XV, 571f.; Stutz a. a. O. S. 285 A. 19.*

necessitas loci, cui auctore Deo deservio, exiguitatis meae sollicitudinem compulit, ut inde aliqua ex patrum constitutionibus in unum colligerem; quod devotionem vestram erga scientiam omnis boni sollicitam latere non potuit. Unde etiam[a], quia in parrochia Trecasina ex[b] hac[b] causa[b] a Prudentio episcopo[1] quaedam[c] fuere disposita, quae multis inconvenientia videbantur et ex quibus ad vos plurimorum pervenere[d] clamores, superinposuit[e] mihi venerabilis atque[f] amabilis[f] iussio vestra, quatenus et[g] ex hoc, quae in maiorum statutis pro tempore invenire[h] valerem[i], vobis in unum collecta porrigerem. Qua de re, licet hoc quibusdam valeat displicere, si[k] forte[k] sunt[k], qui magis eligunt sequi quod eis libenter libet, quam quod licenter licet, faciam quod iubetis, sciens ab apostolo commendatum, ut 'omnis anima', id[l] est omnis homo[l], 'potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo'; et[m] iterum dicit: 'Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum sive regi tamquam praecellenti[m].

857—858. Rom. 13, 1. 1. Petr. 2, 13.

Et quoniam vestra regia a[n] Deo[n] constituta[n] sublimitas sacerdotali religioni et cordis et corporis cervices[o] devote inclinat, competens* esse[p] dinoscitur[p], ut et pontificalis auctoritas regiae dignitati cum omni pietatis officio se submittat, sicut sanctus Gelasius in[q] decretali[q] epistola[q] ad Anastasium imperatorem ostendit dicens[2]: Duo sunt quippe[r], imperator auguste, quibus principaliter mundus hic regitur: auctoritas sacra pontificum et regalis potestas; in quibus tanto gravius pondus[s] est[s] sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum[t] in divino reddituri sunt examine[u] ** rationem. Hinc[v], quantum[3] ad ordinem publicae pertinet disciplinae, cognoscentes imperium tibi superna dispositione conlatum[w], legibus tuis ipsi quoque parent[x] religionis[x] [y] antistites, ne vel in rebus mundanis exclusae[z] videantur obviare sententiae; et alibi[4]: Quoniam sic Christus, memor fragilitatis humanae, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperavit, sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbia rursus intercipi, ut et Christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent[a] et pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur, quatenus spiritalis[b] actio a carnalibus distaret incursibus et ideo militans Deo minime se negotiis saecularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis praesidere videretur, qui esset negotiis saecularibus implicatus, ut et modestia utriusque ordinis curaretur[c], ne extolleretur utroque suffultus, et competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur[d]. Et sanctus Augustinus in[e] sermone VI. evangelii Iohannis dicit[e] [5]: Leguntur enim[f] leges manifestae[g], ubi praeceperunt imperatores eos, qui praeter ecclesiae catholicae[h] communionem usurpant sibi nomen Christianum nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesiae audeant possidere. Sed quid nobis, inquiunt, et imperatori? De iure humano hoc[i] agitur, et tamen apostolus

Vgl. 2. Tim. 2, 4.

---

*) *Von gleichz. Hand a. R.:* Competens id est conveniens *B.*
**) *Von gleichz. Hand a. R.:* examen id est iudicium *B.*

a) *Vgl. oben S. 52 Z. 20 Var. a.* b) de divisione rusticanarum parrochiarum *(vgl. oben S. 52 Z. 17) C.* c) *Fehlt B.* d) pervenire *B.* e) inposuit *C.* f) *Fehlt C.* g) *Fehlt C.* h) invenirem *C.* i) valere *B; fehlt C.* k) *Fehlt C.* l) id — homo *fehlt C.* m) Et — praecellenti *(Z. 12) fehlt C.* n) *Fehlt C.* o) cervicem *C.* p) est *C.* q) *Fehlt C.* r) *Fehlt C.* s) est pondus *C.* t) homini *B.* u) iudicio *C.* v) Hinc — Romanorum *(unten S. 54 Z. 6) mit Verweisungszeichen auf Bl. 65' C.* w) datum *C.* x) religionis parent *C.* y) legionis *B.* z) exclusi *B.* a) *Zweites* n *übergeschr. C.* b) spiritualis *C.* c) curaret *B.* d) notaretur *C.* e) in — dicit *fehlt C.* f) *Fehlt C.* g) manifeste *C.* h) catolicae *B.* i) hic *C.*

1) *Von Troyes; vgl. oben S. 52 A. 2, außerdem Nr. 38 S. 24 sowie besonders Nr. 106 S. 51 und A. 9.* 2) *Thiel, Epist. Romanor. pontif. gen. I, 350f.; Hinschius S. 639 (J.-K. 632).* 3) *A. a. O.* 4) *Gelas. tom. de anathematis vinculo, Thiel a. a. O. I, 568 (J.-K. 701).* 5) *Tract. VI, 25. 26, Migne 35, 1437.*

857–858. 1. Petr. 2, 17.

voluit serviri regibus, voluit honorari reges et dixit: 'Regem reveremini[a]'. Noli dicere: Quid mihi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones; et[b] in sermone VII.[1]: Iuris enim forensis est, ut qui in petitionibus mentitus[c] fuerit, non illi prosit quod inpetravit. Dixisti enim quod voluisti et cui dixisti; nescit an verum sit; dimisit te adversario tuo convincendum, ut, si[d] ante[d] iudicem convictus fueris de mendacio, ibi careas ipso beneficio rescripti, quo perduxisti rescriptum[b]. Et sacri[e f] canones[e] atque[g] decreta pontificum Romanorum[f] multoties[h] pro honore et statu ecclesiae apud reges satagere* nos debere ostendunt, sicut qui legerit invenire valebit. Et beatus Gregorius commonitorium ad Iohannem defensorem euntem in[i] Hispanias totum de legibus imperialibus ad correctionem et constitutionem ecclesiasticarum sanctionum** composuit[2]. Et Toletanum concilium in causarum diffinitione legum et canonum sententias iubet[3] exquiri. Oboediendum[k] ergo nobis est regibus pietatis cultui et religione et iure et solatio servientibus. Ceterum de hoc, unde hic sermo praestituit adoriri, exordium.

b.

Haec est ordinatio et potestas episcopi de parrochianis ecclesiis[l], et quam plura sunt alia, quae ad ordinationem et potestatem episcopi de ecclesiis pertinent, quae hic longum fuit nobis inserere quaeque ille facile potest et discere et docere[4], qui pietati[m] religionis et honestati conversationis ac custodiae caritatis et pacis vult studium sollicite adhibere. Si in his, quae diximus, cum aliis ad se pertinentibus satis non habet de potestate episcopus, ad quae intra caritatis terminos se possit extendere, requirat[n] apud metropolitanum suum vel in synodo, tantum ut divinis regulis non fiat contrarium, et accipiat, in quibus appetitum suum valeat potestative distendere.

De[o 5] his, unde iussistis, domine Karole rex gloriose[p], prout potui, iuxta[q] capacitatem sensus mei ex patrum constitutionibus, sicut ea[r] in Remorum parrochia custodimus a nostris etiam praedecessoribus conservata[s t], scribere procuravi, non quasi ex meo singulari iure generalem omnibus Domini sacerdotibus, quod[u] solius est apostolicae sedis[u], imponens observantiam, si quiddam consilii gratia aut[v] mihi visum fuerat[v] pro convenientia rationis et[w] commoditate*** plebis dicendum, caritate compellente putavi, quod sacris regulis obviare non valeat, a quibus neminem[x] deviare[x] auctoritas ipsa permittit. Expressius[y] autem vobis[z] designare[z] decrevi, quia, sicut certa relatione et inolito† usu didicimus, a tempore gloriosissimae memoriae beati Remigii, Francorum[a] apostoli[a]

---

*) *Von alter Hand a. R.:* Satago id est studeo *B.*
**) *Desgl.:* Sanctionum id est decretorum *B.*
***) *Von anderer Hand a. R.:* commoditate id est congruentia *B.*
†) *Darüber von anderer Hand:* id est naturali *B.*

a) reverimini *B.* b) et — rescriptum *(unten Z. 6) fehlt C.* c) mentitur *B.* d) sciam te *B.* e) sacrificationes *B.* f) sacri — Romanorum *doppelt C.* g) et *C.* h) multotias *B.* i) ad *C.* k) est *hinzugefügt C.* l) *Zwischen* e *und* s *1 Buchst. (wohl* s*) rad. B.* m) i *(am Ende) verb. aus* e *B.* n) q *verb. aus* p *B.* o) *Hier setzt, nach größerer Auslassung, C ein.* p) *Fehlt C.* q) iu- *auf Ras. B.* r) *So B, C;* eas *verb. Gundl.* s) *So B, C;* conservatas *verb. Gundl.* t) *Danach gleichz. übergeschr.* sunt *C.* u) quod — sedis *fehlt C.* v) aut — fuerat *fehlt C.* w) *So B, C;* aut *verb. Gundl.* x) deviare neminem *C.* y) Expssius *(von Gundl. verlesen und irrig emendiert) B.* z) designare vobis *C.* a) *Fehlt C.*

1) *Tract. VII, 11, Migne 35, 1443.* 2) *Gregor. I. Reg. XIII, 50, MG. Epist. II, 414ff. (J.-E. 1912).* 3) *Vgl. 6. Konzil von Toledo c. 11, Hinschius S. 379.* 4) *Vgl. oben S. 46 A. 7.* 5) *Vgl. Stutz, Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens I, 293.*

sanctitate[a] ac doctrina sapientiae et virtutum signis praeclari[a], in Remorum parrochia nullam conlationem episcopi ipsam circumeuntes parrochiam a presbiteris acceperunt, nisi forte cuicumque presbitero placuit benedictionis[b] gratia quantulascumque[c] eulogias episcopo praesentare. Quam piam consuetudinem et nostra exiguitas consequenter observat[1], quoniam hanc a[d] beato[d] Remigio[d] ex apostolica[e] divini[f] Pauli[g] doctrina[2] in parrochia sua constituisse et suis successoribus tradidisse veraciter credimus. 857—858.

109.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons betr. Ordination des Bischofs Hinkmar von Laon. *Anfang 858.*

Schrörs Reg. 112.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[3] pro ordinatione Hincmari[4] post obitum Parduli Laudunensis episcopi[5].

110.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons betr. dessen Erscheinen auf einer Synode. *Januar—März 858.*

Schrörs Reg. 113.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 25 (MG. SS. XIII, 538): Unde[6] et ipse domnus Hincmarus eundem presulem[7] monuerat, ut, si propter infirmitatem non valeret ipse ad sinodum[8] venire, vel missos suos, comministros videlicet ecclesiae sibi commissae, mitteret, ut res canonice diffiniri valeret.

111.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons wegen des Priesters Adelold. *nach März 858.*

Schrörs Reg. 117.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[9] pro Adeloldo presbitero[10] iuxta sententiam sinodi[11] restituendo; pro quo litteras ei miserat, quas ille[7] penitus contempnebat.

---

a) sanctitate — praeclari *fehlt B.* b) *Erstes* i *übergeschr. C.* c) *Zweites* a *verb. aus* u *C.* d) *So B, C;* beatum Remigium *verb. Gundl.* e) *Fehlt C.* f) beati *C.* g) apostoli *hinzugefügt C.*

1) *Vgl. Konzil von Meaux-Paris (845/846) c. 45, MG. Capit. II, 409, mit dem Satze:* Decet tamen presbiteros cum voluntariis eulogiis tempore congruo visitare et venerari suos episcopos. 2) *Vgl. die a. a. O. X, 129 unmittelbar anschließenden Zitate aus 1. Cor. 9.* 3) *Vgl. oben Nr. 19 S. 7, Nr. 84 S. 41. Schrörs S. 563 A. 11.* 4) *858—871. — Vgl. Schrörs S. 316, auch S. 274 A. 23.* 5) *S. oben S. 7 A. 2.* 6) *Vgl. Schrörs S. 242 und besonders S. 563 A. 11; oben Nr. 108 S. 52 Z. 15 ff.* 7) *Rothad.* 8) *Nach Quierzy (März 858), vgl. Schrörs a. a. O.* 9) *Vgl. oben Nr. 110 und A. 6; M. Gietl, Historisches Jahrbuch XV, 571 f.* 10) *S. oben Nr. 108 S. 52 Z. 17 und A. 4.* 11) *Von Quierzy (März 858). Vgl. oben Nr. 110.*

112.*

858. *Hinkmar an einige Dekane des Sprengels von Soissons wegen des Priesters Adelold.* *nach März 858.*

Schrörs Reg. 118.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 25 (MG. SS. XIII, 538): Quibusdam[1] decanis parrochiae Suessonicae pro quodam presbitero[2], qui preiudicium passus iustitiam et iudicium apud episcopum suum Rothadum non valebat obtinere[3]. Admonetque per has litteras eosdem decanos et metropolitana precipit auctoritate, ut presbiteros decaniae suae ad denominatum placitum venire commoneant, et cum eis ipsi veniant; quodsi non fecerint, sinodalem sententiam apud proxime futuram sinodum se noverint accepturos.

113.

Hinkmar schickt dem Bischof Franko von Tongern eine 'Formata' als Empfehlungsschreiben für den Kleriker Flodulf. *28. April 858.*

Hs.: Andaginensis S. Huberti monasterii, verschollen (B).

Drucke: Martène et Durand, Veterum scriptorum amplissima collectio I (Parisiis 1724) S. 157 (aus B); Gousset I, 263; Migne 126, 276; Monchamp, Bulletin de l'Académie de Belgique, Classe des Lettres 1903 S. 429.

Schrörs Reg. 114.

REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI FRANCONI ECCLESIAE TUNGRENSIS[a] EPISCOPO[4] HINCMARUS SANCTAE METROPOLIS REMORUM ECCLESIAE EPISCOPUS OPTAT PRAESENTEM ET PERPETUAM SALUTEM.

Noverit[5] dilecta caritas vestra, quia hic frater nomine Flodulfus ideo nostram accessit ad humilitatem, quia in nostro fuit loco nutritus atque educatus. Quamobrem dirigimus ad vos has litteras, ut libentius eum caritas vestra recipiat et, quia sub regimine vestro ab hinc in ante gradus accipere et Deo militare desiderat, ut sciatis eum bonis moribus praeditum, litteris sciolum atque ingenio capacem et vestro cupientem regimini esse subditum in vestraque parrochia degere et monitis atque ordinationibus vestris diebus vitae suae libenter obtemperare. Et ut haec parva epistola a vestra dilectione libentius reciperetur atque firmum[b] crederetur, sigilli nostri ex imagine beati Remigii pontificis impressione signavimus.

Omnipotens Deus vos per multa curricula annorum conservare dignetur. Amen.

Data IIII. Kal. Maii anno XIII. nostri episcopatus.

---

113 [a]) Tungrensi *Mart. et Dur.* [b]) *So Mart. et Dur., wohl statt* firmius.

1) *Vgl. oben Nr. 110 S. 55 und A. 6 und Nr. 111 S. 55.* 2) *Adelold; s. oben Nr. 108 S. 52 Z. 17 und A. 4.* 3) *Es folgt eingeschoben oben S. 55 Z. 15—18 (Nr. 110).* 4) *852/856—901/904.* 5) *Vgl. Monchamp, Cinq lettres formées adressées à Francon, évêque de Liège, Bulletin de l'Académie de Belgique 1903 S. 421 ff. — Über 'Litterae formatae' im Frühmittelalter vgl. C. Fabricius, Archiv für Urkundenforschung IX, 39.*

114.*

Hinkmar warnt König Ludwig den Deutschen vor dem Einfall ins Westreich. 858.
Sommer 858.

Schrörs Reg. 115.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 511): Item[1] de pervasione
5 regni fraterni[2], dignis et utillimis ei hoc dissuadens admonitionibus, ne id ad suam aggrediatur dampnationem.

115.

*Die (in Quierzy zur Synode versammelten) Bischöfe der Diözesen Reims und Rouen entschuldigen ihr Fernbleiben von der von König Ludwig dem Deutschen auf den 25. November 858 anberaumten Reimser Tagung. Sie geben dem Herrscher ihre Stellungnahme
10 zu seinem Einfall in Westfranken zu erkennen: innerlich zu Karl dem Kahlen haltend und Ludwigs Vorgehen verurteilend, wahren sie sich für den Fall, daß dieser sich behaupten sollte, die Rückzugslinie.* *Ende November 858.*

Hss.: Vgl. MG. Capit. II, 427; Bruchstücke auch in Paris Nouv. acq. 326, 11. Jh.; Wien 474, 11. Jh. (s. Neues Archiv 26, 623).

15 *Drucke: MG. Capit. II, 427 Nr. 297. — Vgl. Neues Archiv 26, 623f.*

Schrörs Reg. 116.

Der Text des berühmten Synodalschreibens ('Litteras dominationis vestrae'*) wird, da die Ausgabe in den Kapitularien vorliegt, hier nicht wiederholt. Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 511) gibt lediglich folgendes Regest:* Item aliam de hac eadem re[3] cum
20 ceteris regni huius episcopis ad eundem regem scribit epistolam episcopali moderatione refertam[4].

116.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons. *Ende 858.*

Schrörs Reg. 119.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[5] pro mandatis regis
25 Ludowici[6] et firmitate ab eo quaesita, quae sacerdotio non congruebat.

---

1) *Vgl. oben Nr. 107 S. 52. Schrörs S. 79 und S. 568 A. 47; Dümmler I², 430; Mühlbacher, Regesten² n. 1435b.* 2) *Karls des Kahlen.* 3) *Vorausgeht oben Nr. 114.* 4) *Hierdurch ist die Autorschaft Hinkmars belegt. Sie wird bestätigt durch den Verfasser selbst, vgl. unten Nr. 126 S. 64 Z. 32ff. Im übrigen s. Schrörs S. 80ff.; Dümmler I², 435ff.; Mühlbacher, Regesten² n. 1435 n. —
30 Für die Datierung liegt in erster Linie die November-Monatsangabe der Inskription (MG. Capit. II, 427) vor. Die Form* 'non potuimus' *betr. die Einladung nach Reims zum 25. Nov. (MG. Capit. II, 428 Z. 15) sowie der Hinweis auf das nahe bevorstehende Weihnachtsfest (MG. Capit. II, 438 Z. 26) machen wohl Ausgang November als Abfassungszeit wahrscheinlich. Laut D. L. D. Nr. 94 weilte der König noch am 7. Dezember in Attigny.* 5) *Vgl. Schrörs S. 79. 240. 563 A. 11.* 6) *Des Deutschen.*

117.*

855–859. *Hinkmar schreibt wiederholt ablehnend an König Ludwig den Deutschen betr. dessen Besuch in Reims.* *Ende 858.*

Schrörs Reg. 120.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 511): Item[1] semel ac secundo ad ipsum per se de his, quae mandaverat ab eo fieri in adventu suo Remis, ut non sicut 5 disponebat nec tali veniret tempore, quia incongruum esset et animae suae inoportunum.

118.*

Hinkmar an Bischof Theoderich von Cambrai über den Besuch König Ludwigs des Deutschen in Reims. *Ende 858.*

Schrörs Reg. 121.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[2] de adventu Lu- 10 dowici Transrenensis, quia Remis venerit, et quid egerit quidve sibi preceperit.

119.*

Hinkmar an Bischof Hinkmar von Laon. *858.*

Schrörs Reg. 122.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 22 (MG. SS. XIII, 519): Hincmaro[3] nepoti suo Laudunensi episcopo[4] in ordinationis ipsius initio, instruens et edocens eum, qualiter 15 iuxta canonicam auctoritatem commissam sibi tractare deberet ecclesiam.

120.*

Hinkmar an Bischof Immo von Noyon. *855—859.*

Schrörs Reg. 123.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[5] pro quodam presbitero, cui legem canonicam concedi monet. 20

121.*

Hinkmar an Bischof Immo von Noyon. *855—859.*

Schrörs Reg. 124.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[6] pro quadam femina, quam indebite queritur excommunicasse.

---

1) *Vgl. oben Nr. 115 S. 57. Schrörs S. 84 und S. 568 A. 47; Dümmler I², 440; Mühlbacher, Regesten² n. 1436a.* 25 2) *Vgl. oben S. 37 A. 4, Nr. 96 S. 43; im übrigen oben Nr. 117 und A. 1.* 3) *Vgl. Schrörs S. 569 A. 49.* 4) *S. oben Nr. 109 S. 55 und A. 4.* 5) *Vgl. oben Nr. 17 S. 7 und Nr. 89 S. 42; Schrörs S. 569 A. 52.* 6) *Vgl. oben Nr. 120 und A. 5.*

122.*

Hinkmar an Bischof Immo von Noyon. *855—859.* 855–859.

Schrörs Reg. 125.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[1] pro colloquio episcopali habendo[2].

123.*

5 *Mahnungen Hinkmars an Bischof Hinkmar von Laon.* *858—859.*

Schrörs Reg. 127.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 22 (MG. SS. XIII, 519): Item[3] admonens, ut provideat, ne conspirationes inter sibi subiectos adolerent, sed et, si exortae fuissent, mox rationis moderatione succiderentur, aut sibi, si necesse foret, haec intimare curaret; 10 et quando sinodum debeat celebrare. Pro quo valde laboravit multaque illi scribit, reprehendens eum et castigans[4] de levitate morum et actuum suorum admonensque, ut ad cor suum redeat et Deum tota intentione precari studeat, ut eum respiciat et intelligere sibi atque corrigere perversitatem suam donet; quia videlicet nimis sibi sapiens esse videbatur et pertinax in contentionibus, et quia leges ecclesiasticas ad suae voluntatis in- 15 tentionem flectere nitebatur et melius eas se putabat intelligere quam seniores natu[5]. Pro quo in tantum laboravit, ut etiam senioris sui regis[6] offensionem incurrisse se dicat; illum vero impudenti fronte erectaque cervice, trementibus labiis et inflammatis verbis petitionem et humilitatem suam respuentem coram multis sustinuerit. Corripitque eum, quia numquam se recognoscere de aliqua culpa, sed semper se defendere parabat; de[4] 20 habitu quoque, incessu, risu, iuramentis, impatienti locutione, ira precipiti et aliis multis.

Vgl. Is. 46, 8.

124.*

Hinkmar an Bischof Irminfrid von Beauvais. *858—859.*

Schrörs Reg. 128.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[7] pro gubernanda prudenter ecclesiae navi, quae in hoc naufragoso seculi mari inter intestina concutiebatur 25 bella[8].

1) *Vgl. oben Nr. 120 S. 58 und A. 5.* 2) *Ob hier die Spätherbstsynode von Quierzy 858 gemeint ist (vgl. Schrörs S. 569 A. 52; oben Nr. 115 S. 57), bleibt ganz ungewiß.* 3) *Vgl. oben Nr. 119 S. 58; Schrörs S. 569 A. 49.* 4) *Vgl. Schrörs S. 317 und A. 14.* 5) *Vgl. Schrörs S. 316 und A. 6.* 6) *Karls des Kahlen.* 7) *Vgl. oben Nr. 27 S. 9 und S. 2 A. 11. Schrörs S. 564 A. 19.* 8) *Schrörs* 30 *a. a. O. (s. auch S. 79) dürfte im Recht sein, wenn er dies auf den Einfall Ludwigs des Deutschen in Westfranken bezieht.*

125.

859. *Hinkmar sendet an die Priester seines Sprengels zur Verlesung bei der Messe eine Mahnung gegen die Sittenlosigkeit der Diözesanen.* *Februar 859.*

Hs.: Paris lat. 13764 Bl. 80′—85′, 9. Jh. (B), kollat. Laehr.
Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 148 (aus B); Gousset I, 271; Migne 126, 101.
Schrörs Reg. 129. 5

HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS OMNIBUS PRESBITERIS IN PARROCHIA NOSTRA CONSISTENTIBUS.[1]

Sicut vobis saepe dixi, sacerdotes medici sunt spiritales et infirmi homines sunt peccatores. Et licet nos peccatores simus, tamen dignatione Dei officium sanandi peccatores suscepimus, sicut saepe medici corpore infirmi per magisterium medicinae infirmos solent 10 sanare. Et quando usitata infirmitas venit in aliquo, usitatam faciunt medicinam. Quando autem inusitata infirmitas nascitur in infirmo, de medicinae experimento inusitatam medici faciunt medicinam. Propterea, fratres, unusquisque vestrum quotienscumque cantat missam, usque dum ista quam patimur miseria in parrochia nostra cessaverit, quoniam tales homines sunt, qui non propter salutem, sed propter consuetudinem ad ecclesiam veniunt et usque 15 ad evangelium, iuxta quod ista praedicare debueratis, in missa stare solent et recedunt statim post apostolum, id est post epistolam, hanc admonitionem nostram ab initio usque ad finem cum verbis prophetae vel apostoli legite, quia, utinam non ad iudicium nostrum dicamus, et nos Dei apostoli, id est Dei missi, sumus, ut, quoniam ipse per corporalem praesentiam eis, qui in parrochia nostra tanta mala faciunt, adnuntiare non possum, ver- 20 (Vgl. 2. Tim. 2, 9.) bum Dei per nos[a] ad illos transmissum, quod alligari quacumque infirmitate non potest, illis eorum salutem adnuntiet. Et orate pro illis et pro nobis omnibus, ut ipsi resipiscant (Vgl. 2. Tim. 2, 26.) a laqueis diaboli, a quo capti tenentur ad Dei voluntatem, et nobis Deus patientiam suf- (Vgl. Matth. 6, 13.) ferendi donet et liberet nos a malis, quae patimur propter peccata nostra, et det pacem in diebus nostris. Et admonitio nostra ad illos talis est: 25

(Vgl. 2. Cor. 5, 20.) Precor vos omnes in amore Dei, legationem eius portans per Christum, qui pro vobis crucifixus est, et per spiritum sanctum, per quem in baptismate sanctificati estis, tam qui de mea parrochia estis, quam et vos, qui de aliis parrochiis in parrochiam istam venistis et venitis, ut abstineatis vos ab istis depraedationibus et fornicationibus et aliis crimini- (Vgl. 1. Tim. 6, 9.) bus, quae mergunt eos, qui illa faciunt, in infernum, et de illis, quae in mea parrochia 30 facta habetis, confessionem puram et dignam poenitentiam faciatis. Quae mala vobis (1. Cor. 6, 9. 10.) et omnibus Christianis Paulus apostolus enumerat dicens: 'Nolite errare: neque fornicarii neque idolis servientes neque adulteri neque molles neque masculorum concubitores neque fures neque avari neque ebriosi[b] neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt', si vel in uno de istis peccatis quicumque homines vitam istam finierint. Et iterum idem 35 (Vgl. 1. Cor. 5, 11.) sanctus Paulus apostolus dicit: Si quis frater, id est si quis Christianus, nominatur et est fornicator aut avarus aut idolis serviens[c] aut maledicus aut ebriosus[d] aut rapax, cum (Rom. 1, 32.) tali homine nec cibum debet verus Christianus accipere. Et iterum dicit: 'Non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt facientibus digni sunt morte.' Quoniam sicut demonstrat

125. a) *So B;* vos *vermutet Laehr.* b) ębriosi *B.* c) servientes *B.* d) ębriosus *B.* 40

1) *Zu Nr. 125—127 vgl. Schrörs S. 87; Dümmler I², 448f. — Die Datierung der drei zusammengehörigen Briefe ergibt sich bezüglich des Jahres 859 aus Nr. 126 (unten S. 64 Z. 33), des näheren (vgl. Schrörs S. 569 A. 53) aus Nr. 127 (unten S. 66 Z. 13): Beginn der Fastenzeit (Ostern 859: 26. März); ihre Reihenfolge aus Nr. 126 (unten S. 63 Z. 32). Zu derjenigen der Hs. besteht nur ein scheinbarer Widerspruch: in ihr ist eben Nr. 125 nur als Anlage zu Nr. 126 überliefert.* 45

sanctus Iohannes apostolus: Qui alicui consentit talia mala facere, id est si in[a] eum emendare potest aut illi potest vetare, ut non faciat, aut si talem non potest corrigere et ab illius se potest communione separare et non facit, communicat et particeps est operibus illius malignis. — 859. — Vgl. 2. Ioh. 11.

5 Et ideo, fratres et filii, videte, quantae miseriae et de paganis et de aliis malis Christianis super nos veniunt et cotidie qui ista mala faciunt de isto saeculo ex maiori parte ad tormenta, quae sine fine, pro male factis, quae in parvo tempore fecerunt, mortui vadunt. Et timentes Dei iudicium retrahite vos ab ista rapina et a ceteris male factis, maxime in isto tempore[1], quando alia peccata, quae per totum annum sicut fragiles homines com-10 mittitis, paenitere et satisfacere Deo inde debetis, ut communionem corporis et sanguinis Domini in sanctissimo die redemptionis nostrae non ad iudicium, sed ad salutem accipere possitis. Quia si quis de istis peccatis plenus ad illam sanctam communionem accesserit, sine dubio suam perditionem accipiet, sicut et Iudas fecit, qui Dominum tradidit et laqueo strangulatus, quo se suspendit, medius crepuit et diffusis visceribus in 15 infernum perrexit. — Vgl. Matth. 27, 5; Act. 1, 18. — Quoniam sicut ille Dominum Iudaeis tradidit, ita iste corpus et sanguinem Christi accipiens peccatoribus suis[b] membris in condemnationem tradit. Et de hoc, quod ille passus est in anima simul et corpore, multos expectat Dominus ad poenitentiam, ut non patiantur in corpore. Omnes autem male hanc communionem accipientes patiuntur in anima et peribunt in aeternum, nisi Dei gratia fuerint liberati per poeni-20 tentiam. De istis, quae dico, potest fieri, ut diabolus humanae salutis inimicus inmittat in corda vestra, — Vgl. Matth. 13, 39. — cum auditis, quod tale periculum sit hanc sanctam communionem accipere, si ab iniquitatibus vestris vos non vultis retrahere, et dicatis: Si tale periculum est nobis, sicut iste episcopus dicit, communicare, abstinebimus nos ab illa communione, quia non retrahimus nos a mala operatione. Unde iterum audite, quibuscumque diabolus 25 ista susurrat, quoniam, sicut Dominus dixit de baptismo, quod nullus potest fieri salvus, 'nisi qui renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto', ita de hac sancta communione dixit: — Ioh. 3, 5. — 'Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.' — Ioh. 6, 54. — Et sicut dixit: 'Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit' — Marc. 16, 16. — — id est, si quod promisit in baptismate diabolo et eius[2] operibus abrenuntiando et in Deum fide, quae per 30 dilectionem est, — Vgl. Gal. 5, 6. — credendo, quod est, ut in fide et bonis operibus permaneat et, si post baptismum peccaverit, per confessionem et dignam poenitentiam illis, qui in eum peccaverunt, dimittendo et bonis operibus insistendo hoc, quod male fecit, emendet —, ita etiam de hac sancta communione dixit: 'Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo', — Ioh. 6, 57. — et: 'Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeter-35 num', — Ioh. 6, 52. — 'et ego resuscitabo eum in novissimo die.' — Ioh. 6, 55.

Propterea attendite, omnes Christiani, quia sine ista communione nec remissionem peccatorum potestis accipere nec de inferno liberari nec ad regnum Dei potestis pervenire. Et qui istam communionem cum odio et corde pleno de iniquitate, sicut dixi, et cum voluntate peccandi acceperint, iudicium et condemnationem sibi accipient. Et ideo 40 nullum consilium aliud restat ei, quicumque[3] vult salvus fieri, nisi ut ab iniquitatibus cesset et inde paeniteat et offerat Deo confessionem de praeteritis peccatis et professionem, ut in reliquum cesset a peccatis, quantum ei Deus adiutorium dederit, et bonis insistat operibus et confisus de misericordia Dei mundo corpore et pura conscientia et contrito corde accipiat communionem corporis et sanguinis Domini. — Vgl. 1. Tim. 3, 9; 2. Tim. 1, 3. Vgl. Ps. 50, 19; Ier. 23, 9. — Et tunc non erit ei in con-

45 a) *So B.* b) *Folgt Ras. von etwa 3 Buchst. B. Vgl. auch unten S. 66 Z. 28 f.*

1) *In der Fastenzeit. Vgl. unten Nr. 127 S. 66 Z. 13.* 2) *Vgl. ord. Roman. I., Migne 78, 955.* 3) *Vgl. Athanasianum, Hahn, Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln der Alten Kirche*[3] *(1897) S. 174.*

859. demnationem, sed in remissionem omnium peccatorum et in fortitudinem, ut possit resistere diabolo et ad regnum Dei pervenire. Quoniam sicut 'qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur', ita qui digne communicat, de ista communione unus spiritus est cum Domino, et in quo Deus habitat et ipse in Deo. Et in tali homine, in quo Deus habitat et qui in Deo habitat, non habebit peccatum et peccati auctor atque hortator diabolus damnabiliter locum; et si ita perseveraverit, post mortem in refrigerio erit et post resurrectionem in sanctorum angelorum consortio cum Christo sine fine regnabit.

1. Cor. 6, 16. Vgl. 1. Cor. 6, 17. Vgl. Eph. 4, 27. Vgl. Sap. 4, 7.

Et nolite sperare, quia tantum ad terrorem vestrum et non ex veritate hoc dicam. Testis est Deus, quia sicut ex ore Dei per scripturas accepi, ita et hic ad salutem et correctionem vestram scripsi. Et sciatis, quia, nisi vos correxeritis, ut ista mala dimittatis, omnes, qui in ista mea parrochia ista mala facitis, excommunicabo et presbiteris mandabo, ut nulli communionem scienter donent, qui ista mala post istam ammonitionem relectam in mea parrochia fecerit, neque illi, qui facienti voluntarie communicavit aut facienti mala consensit. Et omnibus ad communionem accedentibus presbiter quiscumque denuntiet, ut qui post istam admonitionem ab his malis non cessavit, ad communionem non accedat, sciens quia condemnationem accipiet. Et ex verbo Dei mandabo, ut nullus presbiter in mea parrochia de alia parrochia veniens illis missam cantet, qui se ab istis malis non correxerint, sicut in Christi amore vos deprecor. Et nemo despiciat dicens: 'Quid si iste episcopus talia commendaverit?' Sciat pro certo, quia, qualiscumque ego sim, Deus verax et omnipotens est, qui dixit nobis: 'Quaecumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo.' Et si aliquis dixerit: 'Ad illos dies in alteram ibo parrochiam', sciat quiscumque ille non hominis, sed Dei inlusor et suus ipse deceptor, quia si in alteram parrochiam communicare sic excommunicatus perrexerit, quoniam maius etiam iudicium coram Deo sustinebit, quia putat se illum effugere posse, qui ubique est et cuius verbo, non mea potestate secundum hominem, sed secundum divinum ministerium, illum excommunicabo.

Matth. 18, 18.

Et non irascimini, dilecti fratres et filii, quia paterna dilectione vos moneo, sed corrigite vos, attendentes comminationem Dei et ad me et ad vos factam. Ait enim Dominus unicuique, qui officium sacerdotale suscepit: 'Si adnuntiaveris iniquo iniquitatem suam et conversus fuerit ille iniquus ab impietate sua, ille vita vivet et tu animam tuam liberasti. Et si non adnuntiaveris iniquo iniquitatem suam et non fuerit conversus ille impius ab impietate sua, ipse iniquus in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram'. Quapropter, fratres et filii, attendite, quia Deus omnipotens est, qui ista dixit et ipse nos fecit et ipse nos redemit, et ante illius iudicium omnes adstabimus et ibi iudicati erimus nos sacerdotes et principes ac seniores, qui vos admonere et castigare debemus, et pro nostris ac vestris peccatis. Et vos etiam iudicati eritis non solum de peccatis, quae fecistis et non poenituistis, sed etiam de ammonitionibus et castigationibus, quas contempsistis.

Vgl. Ezech. 3, 19. 21. 20.

Deus omnipotens, qui per me ista loquitur in auribus vestris, per se haec loquatur in cordibus vestris.

Vgl. Gen. 20, 8.

126.

Hinkmar ermahnt König Karl den Kahlen — unter Beifügung des Briefes Nr. 125 —, für bessere Rechtssicherheit der Untertanen seines Reiches Sorge zu tragen. Februar 859.

Hs.: Paris lat. 13764 Bl. 73—77', 9. Jh. (B), kollat. Laehr.

Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 143 (aus B); Gousset I, 265; Migne 125, 953.

Schrörs Reg. 130.

DOMINO GLORIOSO SALUS ET VITA.[1] 859.

Scio vos dolere de istis malis, quae non solum a paganis[2], sed, quod magis timendum et dolendum est, a Christianis in regno vestro fiunt et, quod sine comparatione plus horrendum et detestandum atque reprehendendum est, in palatio vestro, quod sacrum appellari et esse debet[3], et in locis, ubi vos estis et per quae ambulatis. Non enim sine pavore cor vestrum transire potest, quod Dominus per Esaiam dicit: 'Rapina pauperis in domo vestra' 'et causa viduae non ingreditur ad eos'; et: 'A planta pedis usque ad verticem non est in eo', id est in regno isto, 'sanitas'. Et item: 'Adulterium et homicidium et rapinae inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit', id est crimen crimini se adiunxit. Et manifestum est, quia ubi talia sunt, Deus nisi ad iudicium esse non potest. Qui item per prophetam dicit ad eos, qui in medio talium erant: 'Propter quod', inquiens, 'exite de medio eorum et inmundum ne tetigeritis, et ego recipiam vos et inhabitabo inter vos et ero vobis in Deum, et vos eritis michi in filios et filias.' Nichil enim est aliud, quod isti faciunt, nisi praecursio exercitus antichristi, cuius voce dictum est: 'Non movebor a generatione in generationem sine malo', id est tanta mala faciam in uno loco, ut, antequam ad alium locum veniam, adventum meum ibi habitantes timeant, sicut et postea sentient. Unde timere vos scio, quod omnis propter hoc deprecatur ecclesia: 'Exurge, domine Deus, exaltetur manus tua', id est ad vindictam, 'ne obliviscaris pauperem populum'. Et Dominus, qui non mentitur, repromittit dicens: 'Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus', id est iam iamque in proximo vindictam exercebo. Et pro talibus et his similibus vos contristantem sciens simul cum peccatis meis et cum adflictionibus populi michi indigno commissi gemitibus vestris compatior et gemesco. Sed invenire non possum, qualiter me nimis anxium pro vestro et meo periculo et totius populi perditione atque adflictione aliter valeam consolari, nisi, quia viva voce non possum, vos litteris inde commoneam territus a pastore pastorum, qui dicit: 'Mercennarius et qui non est pastor videt lupum venientem et dimittit oves et fugit.' **Fugit[4] autem, quia vidit** iniquitatem **et tacuit**, vidit raptores et rapinas et ceteras miserias in plebe sibi commissa crassari et ab admonitione reticuit.

Is. 3, 14. Is. 1, 23. Is. 1, 6. Os. 4, 2. 2. Cor. 6, 17. 16. 18. Ps. 9, 6. Ps. 10, 12 sec. Hebr. Ps. 11, 6. Ioh. 10, 12.

Propterea, domine, quod solum ex hoc valeo, facio, id est Dei misericordiam inde peto et vos exinde commoneo et per villas, in quibus non solum homines caballarii[5], sed etiam ipsi cocciones[6] rapinas faciunt, admonitiones presbiteris, ut eas raptoribus relegant, dirigo. Quarum exemplar dominationi vestrae transmitto[7], ut secrete eum teneatis et ad aliquem diem iubeatis venire fideles vestros, dicentes, quia eis adcognitare[6] vultis, undecumque vobis placet dicere, et antequam de paramento vestro ad mansiones redeant, commonete eos secundum sapientiam vobis a Deo datam. Et habeatis avunculum vestrum Rodulfum[8], qui Deum timet et malum odit et vos ac regnum vestrum carum habet, de

Vgl. Prov. 8, 13

1) *Vgl. oben S. 60 A. 1.* 2) *Den Normannen; vgl. W. Vogel, Die Normannen und das fränkische Reich (1906) S. 165 ff.; Dümmler I², 447.* 3) sacrum palatium *ist spätantik-byzantinischen Ursprungs (vgl. Forcellini s. v.* palatium*) und begegnet in karolingischer Zeit im Frankenreich nicht selten; bei Hinkmar in 'De ordine palatii', MG. Capit. II, 518 Z. 14, 523 Z. 18. Vgl. besonders auch in dem von ihm verfaßten Synodalschreiben von Quierzy (oben Nr. 115) vom Nov. 858:* palatium vestrum debet esse sacrum et non sacrilegum, *MG. Capit. II, 431 Z. 3 f.* 4) *Vgl. Gregor. I. homil. 14 c. 2, Migne 76, 1128:* Fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium. Fugit, quia iniustitiam vidit et tacuit. 5) *Vgl. Kapitulare von Aachen (807) c. 3, MG. Capit. I, 136:* comites et vassalli nostri, qui beneficia habere videntur, et caballarii — —; *auch Edikt von Pîtres (864) c. 26, MG. Capit. II, 321:* pagenses Franci, qui caballos habent. 6) *Vgl. Du Cange s. v.* 7) *D. h. den Brief Nr. 125 in Abschrift, vgl. oben S. 60 A. 1.* 8) *Bruder der Kaiserin Judith. Vgl. auch oben Nr. 105 S. 51. Dümmler I², 422 A. 2.*

859. hoc commonitum, ut vos adiuvet, et alios tales fideles vestros, sicut scitis. Et cum mansuetudine intermiscendo, sicut nunc tempus se habet, raro et non nimis duriter comminationes, si vobis videtur, non alias minas intentando, nisi quia in hoc videbitis, qui Deo fidelis est et vos carum habet et de vobis ex regno vestro bene habere cupit, et illi mereri hoc studebitis, si vobis adiutor extiterit ad communem salvationem, ut ista mala de isto regno recedant. Et qui in talibus Dei adiutor et vester amicus ac suus non fuerit, non poteritis habere delectamentum, ut illud bonum ei faciatis, quod faceretis, si veraciter eum amicum cognovissetis. Vel isto aut alio modo, quod melius scitis, quam ego vobis possim dicere, et melius cognoscitis fidelium vestrorum qualitates quam ego, et ideo secundum quod scitis unicuique convenire, temperate sermonem. Scimus enim, quia lenis sibilus, qui equorum ferocitatem mitigat, canum sagacitatem instigat. Et ad[a] tales homines, quos modo non est vobis necesse tenere vobiscum et qui ideo cum omni prope familia sua de suis mansionibus movent, ut de alienis laboribus vivant, commendate quae vobis sunt placita et necessaria, et redeant ad domos suas vel cum paucis vobiscum stent, ut cum iustitia vivere possint, quia in solidiore regni vestri loco degitis[1], usque dum plenitudo fidelium vestrorum ubi condixeritis ad vos veniant, quando in aliquam necessitatem ire volueritis. Sed multum timeo, quia talis populus, qui sic Deum offendit et non se corrigit, nec vos nec se ipsum, quando necesse fuerit, adiuvare valebit. Et mittite homines secundum consuetudinem praedecessorum vestrorum, qui in longius pergant propter fodrarios et curam de pace accipiant. Et tales mittite, qui non sint de his, de quibus dicit apostolus: 'Qui praedicas non furandum, furaris.' (Rom. 2, 21.)

Transmitto vobis, sicut dixi[2], exemplar admonitionis nostrae, quam per villas direxi, ut, si vobis placet, post admonitionem vestram in conspectu vestro eam fidelibus vestris iubeatis relegere et praedicetis illis, quia ista verba Dei sunt et missi Dei sunt et non ea debent in se vel in suis neglegere[3]. Et sic custodite ea, quae suggero et transmitto, ut ante nichil sciant nisi per vos; quia, si scierint, potest fieri, ut non eos pleniter habeatis. Vos tamen inde debetis consilium prendere, ut iubeatis alicui, qui vestra vice cotidie eos admoneat, ut, si tales sunt, qui antea hanc admonitionem non audierant, eis cotidie, quando ad paramentum vestrum venerint, relegat, quatenus et ipsi inexcusabiles sint et vos aliquam excusationem coram Deo habere possitis, si tantum facitis, quantum per rationem potestis.

Et nolite neglegere illa capitula, quae synodus de Carisiaco[4] per Wanilonem[5] et Erchanraum[6] transmisit ad hunc Attiniacum praeterito anno Hludouuico fratri vestro[7] et me transmittente Hincmarus filius meus[8] vobis dedit, quando vobiscum in Burgundia fuit. Sed relegite illa diligenter, quia — michi credite — plus pro vobis quam pro illo facta fuerunt. Credebam enim, quod Dei misericordia vos revocare debuisset et illa admonitio vobis necessaria et utilis esse valeret.

Ceterum, domine, tria ad me pervenerunt, quae reticere vobis disposui, ne inter alia inde plus vester animus moveretur. Sed recogitavi melius esse, ut vobis illa significem, quoniam quae ad vestram notitiam non perveniunt non potestis corrigere et quan-

---

126. a) *Ergänzt Sirm.; fehlt B.*

1) *Am 12. Februar 859 hatte Karl der Kahle bei Charleville eine Begegnung mit Lothar II., vgl. Dümmler I², 446.* 2) *S. oben S. 63 Z. 32 mit A. 7.* 3) *Vgl. oben Nr. 125 S. 60 Z. 19 ff.* 4) *Synode von Quierzy, November 858, vgl. MG. Capit. II, 427 ff. S. oben Nr. 115 S. 57.* 5) *Eb. von Rouen (858—869).* 6) *B. von Châlons s. M.; vgl. oben Nr. 96 S. 43 und A. 9.* 7) *Vgl. Dümmler I², 435. — In Attigny, wo demnach Hinkmar die Briefe Nr. 125—127 schrieb, weilte im November 858 also Ludwig der Deutsche. Vgl. auch oben S. 57 A. 4.* 8) *Des Reimsers Neffe, B. von Laon; vgl. oben Nr. 109 S. 55 und A. 4.*

859.

tumcumque divinum iudicium, quia etiam in non levibus causis de ignorantia vapulavimus, si illa ignoretis, ad quem pertinet quod a subditis vestris in generali causa committitur, non potestis effugere; et sciens quae[a] vobis utile est ad sciendum, si ad vestram notitiam non pertulero, periculum sine dubitatione incurro. De his tribus, quae audivi, 5 duo credere nolui, tertium satis invitus credidi. (Vgl. Rom. 2, 3.)

Quorum primum est, quia per plurimorum ora vulgatur vos dicere, quoniam de istis rapinis atque depraedationibus nichil vos debeatis misculare: unusquisque sua defendat, ut potest. Quod licet mendacium esse cognoverim, nolui vobis abscondere, ut demonstretis opere, quod falsum est, quod aut malivoli aut dolentes diffamant rumore, quia, 10 cum regis ministerium sit se et suos, qui bene agunt, in melius semper dirigere et pravos a malis corrigere, impium est de regno sibi subiecto dona et servitia a subiectis exigere et eis, ut quae debentur et exiguntur habeant, unde reddere possint, non providere et ea, quae illi placent, iubere atque disponere et, quae Deo displicent, non prohibere et amovere. Quod ideo suggerere vestrae dominationi praesumo, quia regno patris et avi 15 vestri in multis diviso capitalia loca de regno vestro multa perdunt et vobis pro regio honore, qui vos condecet, necesse est, ut nichil imminuatur de his, quae praedecessores vestri ex eisdem locis solebant habere, et pagani ac falsi Christiani maximam partem de parte regni vestri absumptam usurpant. Et si portiuncula, in qua vestri fideles vobiscum degere debent, ita adnichilata perfuerit, nec vos nec illi ibidem poteritis conducere.

20 Alterum est, quia dictum est michi, quoniam clamatores, qui ad palatium vestrum veniunt, nullam consolationem nec etiam bonum responsum ibi accipiant. Quod similiter credere nolui, sciens vos corde retinere quod Dominus dicit: 'Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit et non exaudietur.' Et quando huiusmodi clamantes non exaudientur, demonstrat evangelium dicens: 'Venient dicentes: Domine, 25 Domine, aperi nobis; et ille respondens dicet: Amen dico vobis, nescio vos.' Nescire enim Dei, quem nichil latet, reprobare est, quia ibi iam a Deo non potest mereri quod petit, qui hic noluit audire quod iussit, et qui tempus congruae poenitentiae perdidit, frustra ante regni ianuam cum precibus venit. (Prov. 21, 13.) (Matth. 25, 11. 12.)

Tertium est, quod satis invitus credidi, quia post percepta omnia, quae ad victum 30 et potum necessaria sunt, de ecclesiis raptores aut redemptionem exigunt aut eas infringunt. Unde cum gemitu gravi dico, quid de talibus poterit esse Christianis. Paulus enim ad testimonium deducit, quae inter gravissima peccata graviora putavit, dicens: 'Qui abominaris idola, sacrilegium facis.' Et isti cum omnibus aliis accumulant sacrilegium et non abominantur idola, quia et idem sanctus Paulus dicit: 'Et avaritia, quae 35 est idolorum servitus.' (Rom. 2, 22.) (Vgl. Eph. 5, 5.)

Deus omnipotens secundum eundem apostolum det vobis 'et velle et perficere pro bona voluntate', quod vobis et nobis ac regno vobis commisso est opus. (Phil. 2, 13.)

127.

Hinkmar warnt die Geistlichen des Hofes, von ihren Leuten geübte Unbill und Gewalt zu dulden. *Februar 859.*

40 *Hs.: Paris lat. 13764 Bl. 77'—80', 9. Jh. (B), kollat. Laehr.*

Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 146 (aus B); Gousset I, 268; Migne 126, 99.

Schrörs Reg. 131.

---

a) *So B.*

859. HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS FRATRIBUS NOSTRIS PRESBITERIS, DIACONIBUS, SUBDIACONIBUS ET CETERIS CLERICIS IN PALATIO DOMNO NOSTRO REGI ET DOMNAE REGINAE AC ILLORUM FIDELIBUS ECCLESIASTICO MINISTERIO CONSULENTIBUS[1].

Audio de hominibus vestris, quia multa mala, rapinas scilicet et depraedationes et fornicationes et adulteria, in parrochia mea faciunt. (Vgl. Marc. 7, 21.) Et etiam de vobis audio, quia illis rapinis consentitis, ut videlicet qui de illis vivitis et vestros homines atque caballos exinde pascitis. (Is. 24, 2.) Unde timendum est, ne et de vobis dicat Dominus per prophetam: 'Et erit sicut populus sic sacerdos.' Sed michi non est necesse multum laborare admonendo in vobis, qui et ministerio et doctrina tales estis, ut non solum vos abstinere a malo, sed etiam alios a malo divertere et bonum facere debere admonere sciatis et debeatis. (Vgl. Ps. 33, 15.)

Tamen pro ministerio imposito ammoneo vos cum Paulo apostolo et obtestor in Christo et per Christum, qui per Paulum locutus est, ut exhibeatis vos sicut Dei ministros, ne vituperetur ministerium nostrum. (Vgl. 2. Cor. 6, 4. 3.) Et qui ieiunia paschalia inchoastis[2], ante oculos habete, quid in pascha, id est in transitu suo ex hoc mundo ad patrem, dominus Iesus tradendo corpus et sanguinem suum discipulis suis de reprobo discipulo dixit: 'Ecce manus tradentis me mecum est in mensa'; 'vae autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.' (Luc. 22, 21. Marc. 14, 21.) Hoc pascha cotidie sacerdotes immolando, diaconi ministrando, subdiaconi obsequendo et ceteri clerici amen respondendo celebratis pleno ore de rapina, pleno corde de iniquitate. An obliti estis, quod scriptum est in evangelio: 'Post buccellam introivit in Iudam satanas'? (Ioh. 13, 27.) Id est in quem introierat prius, ut Dominum traderet suadendo, tunc in eum introiit plenissime possidendo, sicut scriptum est: 'Intravit autem satanas in Iudam, qui dicitur Scarioth'; (Luc. 22, 3.) et item: 'Iam enim miserat diabolus in cor Iudae, ut traderet Dominum'; (Vgl. Ioh. 13, 2.) ac deinde dictum est: 'Post buccellam introivit in eum satanas.' (Ioh. 13, 27.) Quia cum intravit sanctus panis in plenum de iniquitate ventrem, intravit hostis antiquus, qui dicitur diabolus et satanas, in crudelem et impiam mentem. Et ad quem finem illa communicatio ei pervenit, quam ideo accepit, ut malam conscientiam mentiretur atque celaret, ipsi melius scitis. Et ille[3] enim, sicut ipsi legitis in scripturis, in exemplum Iudae filium hominis tradit — non quidem Iudaeis peccatoribus, sed tamen peccatoribus, membris videlicet suis —, qui illud inaestimabile Domini corpus violare praesumit. Et vae illi homini, qui ad mensam Domini malignus accedit, qui insidiis mente conditis, qui praecordiis rapina aut aliquo scelere pollutis mysteriorum Christi secretis participare non metuit. Vae, inquam, illi presbitero, vae illi diacono, vae illi subdiacono, vae illi clerico, vae illi homini, de quo Iesus, qui altaribus sacrosanctis inter immolandum utpote proposita consecraturus munera adesse non dubitatur, adstantibus sibi ministris caelestibus queri[a] cogitur, quod in caena discipulis de Iuda dixit: 'Ecce', inquiens, 'manus tradentis me mecum est in mensa.' (Luc. 22, 21.) Et vae illi, de quo dicit Paulus apostolus, quod quasi speciali privilegio in caena Domini, quando haec sunt tradita, legimus: 'Quicumque manducat panem hunc aut calicem Domini bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non[b] diiudicans' — id est discernens a cibis ceteris — 'corpus Domini[b]'. (Vgl. 1. Cor. 11, 27. 29.) Sed sic ad mensam Domini accedat sine reverentia et timore de peccatis suis, sicut laetus accedit, quando socius suus illum plena mensa pascit de rapinis suis. Et quod idem dicit apostolus: 'Ideo inter vos multi infirmi et inbecilles et dormiunt', id est moriuntur, 'multi': hoc monstratur in exemplo de infirmitatibus et mortibus corporalibus aliquorum, quod fit in anima in spiritalibus infirmitatibus atque mortibus omnium inreverendorum. (1. Cor. 11, 30.) Et qua fronte accedit

127. a) quaeri *B.* b) non — Domini *(Z. 39) von gleicher Hand mit dunklerer Tinte und in engerer Schrift auf Ras. B.*

1) *Vgl. oben S. 60 A. 1.* 2) *Fastenbeginn 859: 8. Februar.* 3) *Vgl. oben S. 61 Z. 15 f.*

845—860.

sacerdos immolare et diaconus ministrare ad sanctum altarium, ut pro aliorum peccatis Dominum placatum faciant, qui non solum de praeteritis suis peccatis illi [non][a] satisfaciunt, sed insuper cotidianis ac recentibus illum ad iracundiam provocant? Et cum quali fiducia aliquis homo talem intercessorem pro se ad Deum in altario ministrando transmittit, qui 5 Deum cotidie non mediocriter offendit, quando, si ad suum parem illum transmitteret, qui ipsi intercessori iratus existeret, plus illum ad iracundiam quam ad placationem excitaret? Hoc enim pascha, quod tunc Dominus in novo mysterio egit, cotidie celebratis, quotienscumque missam agitis, sicut ipse tunc omnibus episcopis et presbiteris et ceteris fidelibus celebrantibus atque adstantibus ad hoc terribile sacramentum in apostolis suis 10 dixit: 'Haec quotienscumque', inquit, 'feceritis, in meam memoriam facietis.' (Vgl. 1. Cor. 11, 25.)

Videte, quales cum Domino ad Domini passionem celebrandam acceditis, qui de talibus miseriis coinquinati estis, si tamen, ita ut audivi, vestris hominibus consentitis. Unde nisi vos correxeritis, quicumque de mea diocesi sunt, sine dubio usque ad synodum ab officio et communione privabo. Et qui de mea diocesi non sunt, de mea parrochia et 15 diocesi eos excommunicabo et ad suos episcopos, qui eos corrigant atque diiudicent, divina auctoritate redire mandabo. Quod ut necesse non sit fieri, fratres et filii, et vos ac vestros corrigite et alios admonete, quia, sicut maius peccatum vos peccantes habetis quam populus, sic maiorem gloriam apud Deum habebitis, si vos ac vestros custodieritis et alios admonueritis, scientes, quia 'qui converti facit unum peccatorem ab errore viae (Iac. 5, 20.) 20 suae', quid inde sequitur[1], quanto magis, si vobis et vestris, de quibus rationem reddetis, ad salutem consulere studueritis. Domino etiam nostro regi et amabiliores et venerabiliores eritis, et securius vos ille ecclesiis praeficere[2], quando locus evenerit, et nos vos audacius et amabilius nutu Dei et ipsius domni nostri favore ordinare valebimus.

128.*

Hinkmar an Bischof Äneas von Paris über Rothad von Soissons.

25 *Schrörs Reg. 126.* *856/857—859/860.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 519): Aeneae[3] Parisiorum[4] pro Rothado Suessonico[5], de quo quaedam inconvenientia apud regem[6] ventilata fuerant, et rex eundem Aeneam cum Immone Noviomagensi[7] ad haec discutienda dirigebat.

129.*

30 *Hinkmar an Bischof Amalrich von Como über den Diakon Egilbert.* *845—860.*

Schrörs Reg. 132.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 519): Amalrico[8] Cumensis ecclesiae presuli[9] pro Egilberto diacono, monasterii sancti Remigii monacho, quem eidem episcopo id petenti ad ordinandum et regendum committit.

35 a) *Fehlt B; zugefügt Sirm.*

1) *Nämlich:* 'salvabit animam eius a morte et operiet multitudinem peccatorum'. 2) *Anspielung auf die Anwartschaft der Palastkleriker auf Bischofssitze.* 3) *Vgl. Schrörs S. 569 A. 51.* 4) *856/857—870; vgl. Schrörs S. 274f. A. 23; Duchesne, Fastes épiscopaux II², 475; MG. Epist. VI, 87 A. 1.* 5) *Vgl. Schrörs S. 240.* 6) *Karl dem Kahlen.* 7) *S. oben S. 3 A. 6.* 8) *Vgl.* 40 *Schrörs S. 569 A. 54.* 9) *843—860.*

130.*

859—860. *Hinkmar an Abt Grimald von St. Gallen.* *859—860.*

Schrörs Reg. 135.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 24 (MG. SS. XIII, 535): Grimoldo[1] abbati[2] pro Sigeberto fideli suo, ut res eius, quae coniacebant in regno Ludowici[3], in sua dominatione et tutela commendatas susciperet; et ut regi Ludowico suadeat, ne perversorum credens consiliis in talia se ulterius immittat, qualia contra fratrem suum Karolum[4] tunc egerat[5], unde tale dedecus ipsi acciderat, quale non accidisset, si exortationibus huius domni Hincmari[6] adquiescere voluisset.

131.

Vorrede (a) und Widmungsbrief (b) Hinkmars an König Karl den Kahlen zu seiner dritten Schrift über die Prädestination. *859—860.*

Hs.: S. Remigii Remensis (B), verschollen (a und b).

Flod. Hist. Rem. eccl. III, 16 (b).

Drucke: Sirmond, Hincm. opera I, unpaginierter Anfang (a); 1 (b) (aus B); Migne 125, 55 (a); 65 (b); Sirmond, Flodoardi eccl. Remens. histor. (Parisiis 1611) S. 211' (b); MG. SS. XIII, 505 (b) (Hss.-Bezeichnung nach dieser Ausgabe).

Schrörs Reg. 136.

a.

Omnes*[7], in quorum manus hoc laboris nostri opusculum venerit, supplici devotione per caritatis viscera postulamus, ut, quoniam de ipsis scedulis notariorum ante emendationem instante domino nostro rege Karolo[8] sub celeritate illud transcribi fecimus et idcirco in locis plurimis eradi et emendari quaedam necessitas compulit, si nacta occasione aliquis aemulus recta hinc eraserit et forte prava superinduxerit aut scriptorum imperitia secus transcripserit, alienum nobis errorem non imputent. Sed collecta hic a nobis testimonia catholicorum inspicientes, quorum doctrinam sensu, ore et manu, quantum dat Dominus, sequimur, aut superseminata ab inimico zizania in medio tritici evellant et colligant aut, si tantum adhibere dignati fuerint studium, per quemcumque illis placuerit paucis literulis haec innotescendo de ecclesiae Remensis archivo, unde dubitaverint, revelare[a] procurent. Et cuius dignationi haec, quae sequuntur, transcribere complacuerit, hanc etiam postulationem conscribi quaesumus faciat. Quae ideo dicimus et precamur, quoniam et olim Nestorium Constantinopolitanum[9] et Macarium Antiochenum episcopum[10] de scripturis authenticis ac sanctorum dictis quaedam interrasisse atque corrupisse prodentibus gestis comperimus. Et sicut ipsorum, qui interfuerunt concilio[11], relatione didi-

Vgl. Matth. 13, 25.

---

*) *Überschrift Sirmonds: Hincmari archiepiscopi Remensis praefatio subsequentis operis.*

131. a) relevare *Sirm.*

1) *Vgl. Schrörs S. 86 und S. 569 A. 56; Dümmler I², 460f.* 2) *Der bekannte Erzkaplan und Kanzleichef Ludwigs des Deutschen.* 3) *Des Deutschen.* 4) *Den Kahlen.* 5) *Bezugnahme auf den unglücklichen Zug Ludwigs des Deutschen ins Westreich von 858/859.* 6) *Vgl. oben Nr. 114 S. 57.* 7) *Vgl. Schrörs S. 141ff.; Traube, MG. Poet. III, 719 n. 44; Freystedt, Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie 41, 113ff. — Zur Datierung s. Schrörs S. 141f. A. 47. — Vgl. auch oben Nr. 37 S. 12, Nr. 99 S. 44 und unten Nr. 131b S. 70 A. 9.* 8) *Des Kahlen.* 9) *† nach 439.* 10) *Auf dem 6. allgemeinen Konzil (680) wegen Monotheletismus abgesetzt.* 11) *Von Aachen (800), MG. Conc. II, 220.*

cimus, quando divae memoriae domnus Karolus[1] Felicem infelicem Orgellitanae civitatis episcopum[2] synodali decreto haereticum comprobatum atque damnatum comperit, etiam revictum invenit, quia corrupto muneribus iuniore bibliothecario Aquensis palatii librum beati Hilarii rasit[3] et, ubi scriptum erat[4], quia in Dei filio **carnis humilitas adoratur**, immisit **carnis humilitas adoptatur**. Sed et, sicut mox lector inveniet, sermonem Flori de praedestinatione[5] nuperius editum non incerto indicio credimus depravatum. 859—860.

In capite indiculorum sequentis operis sermonem Flori, quem mutuante Heriboldo quondam Autissiodorensium venerabili episcopo[6] in synodali conventu apud Bonoilum[7] transcripsimus[8] et post reversionem de tumultu Brionensi[9] quodam offerente clerico ex scrinio Ebonis, sicut ipse dixerat, venerabilis Gratianopolitani episcopi[10] accepimus[11], integrum hic ponere dignum duximus, quia et constructione et sensus veritate caute incedit, exceptis duobus locis, in quibus eum ita dixisse non credimus, sicut in eo scripto invenimus, quem de scrinio venerabilis Ebonis accepimus, cum in aliis sic catholice dixerit, sicut patebit legentibus. Maxime quia in eodem scripto, quem per manus praefati Heriboldi, sicut ad se a praedicto Floro transmissum accepimus, aliter invenerimus, quam in isto, quem postea accepimus, reperiamus. Qua de re immutatum ab aliquo suspicamur. Quae loca, antequam sermonem illum scribere adoriamur, specialiter designare curabimus. Ubi enim dicit[12]: **Sed quos praescivit et praevidit malos atque impios futuros proprio vitio, ipse eos praedestinavit ad aeternam damnationem iusto iudicio**, in illa rotula scriptum habetur, quam de Heriboldo accepimus: **Sed quia eos praescivit et praevidit malos atque impios futuros proprio vitio, praedestinavit ad aeternam damnationem, qua ipsi punirentur iusto iudicio.** Et in eo loco, ubi scriptum est[13]: **Non enim ille aliquem praedestinavit, ut malus esset, sed vere omnem malum praedestinavit, ut impunitus non esset**, invenimus in rotula, quam a praedicto Heriboldo accepimus: **Sed vere praedestinavit poenam, ut omnis malus impunitus non esset.** Quod in sequentibus ipse demonstrat dicens[14]: **Poenam eorum et praescisse, quia Deus est, et praedestinasse, quia iustus est.** Cetera catholici lectoris iudicio derelinquimus. Sed idcirco hunc sermonem ex integro ponere necessarium duximus, quia ex eo confictor in proximo subsequentium capitulorum duo capitula de praescientia et praedestinatione confuso et praepostero ordine ac sensu falsissimo in secundo capitulo studuit compilare, sicut qui hunc et illa legerit aperte intelleget.

Es folgt (Sirmond, Hincmari praefatio = Migne, Patr. lat. 125, 57—59):

Sermo Flori de praedestinatione, sicut est de Ebonis scrinio sumptus.

Omnipotens Deus — inaniloquia deserere. *Darauf:*

Explicit[15] Hincmari archiepiscopi Remensis ad omnes pene tunc temporis episcopos tam Galliae quam aliarum provinciarum suppresso nomine contra Gothescalcum[16], tunc

1) *Der Große.* 2) *Über ihn s. oben S. 49 A. 9.* 3) *Dazu vgl. Hefele-Leclercq III, 1099; Werminghoff, MG. Conc. II, 220.* 4) *Hilar. de trinitate lib. II., Migne X, 68. Vgl. auch Alkuin, Contra Felicem Urgelitanum episcopum lib. VI., Migne 101, 206:* Tu omnino perversissime dicis adoptatur, ubi beatus Hilarius ait adoratur. 5) *Migne 119, 95 ff.; s. auch unten Z. 30 ff. Vgl. Schrörs S. 119 f.; Manitius, Geschichte der latein. Literatur des Mittelalters I, 564.* 6) *Vgl. oben S. 51 A. 2.* 7) *Synode von Bonneuil (August 855). Vgl. Werminghoff, Neues Archiv 26, 621.* 8) *Daß Hinkmar den Sermo des Florus von Bischof Heribold von Auxerre erhielt, berichtet er auch in c. 6 des Werkes selbst, Migne 125, 91:* Hoc capitulum — —, quod olim in Bonoilo a venerandae memoriae Heriboldo episcopo Autisiodorense accepimus; *Migne 125, 92:* rotula a Heriboldo accepta. 9) *Über die Flucht Karls des Kahlen bei Brienne (November 858) vgl. Schrörs S. 79; Dümmler I², 432; Mühlbacher, Regesten² n. 1435 l.* 10) *S. oben S. 44 A. 2.* 11) *Vgl. auch c. 6 des Werkes, Migne 125, 92:* illa (rotula), quam ex scrinio Ebonis episcopi Gratianopolitani per quendam accepimus; *und* rotula, quam, sicut dictum est, ex scrinio Ebonis accepimus. 12) *Migne 119, 98, wo beide Fassungen abgedruckt sind.* 13) *A. a. O. 119, 99.* 14) *A. a. O.* 15) *Nach Hefele-Leclercq IV, 222 ist an dieser Stelle ein Brief Hinkmars ausgefallen. Dagegen liegt nach Schrörs S. 141 f. A. 47 nur die irrtümliche Notiz eines Abschreibers vor.* 16) *Vgl. oben S. 8 A. 3.*

859—860. temporis ab ipso Hincmaro in Altovillari monasterio retrusum, qui in Orbacensi monasterio prius monachus fuerat.

Es folgt (Sirmond a. a. O. = Migne a. a. O. 125, 59—63):

Haec capitula[1] in synodo Tullensis territorii[2] primo relecta et a quibusdam fratribus refutata, sequenti autem opere catholicorum doctrina sunt plenius confutata. Capitulorum autem quarti et quinti ab aliorum perversitate diversitas in subsequenti opusculo consequenter est vigesimo secundo et trigesimo quinto capitulis explanata.

I. Deum praescire et praescisse — immerito praestiterunt.

Es folgt (Sirmond a. a. O. = Migne a. a. O. 125, 63—64):

Haec autem quatuor capitula[3], quae sequuntur, apud Carisiacum contra Praedestinatianos constituta et post lectionem praecedentium in praefata synodo[4] relecta, in subsequenti etiam opere scripturarum atque orthodoxorum sunt testimoniis confirmata.

I. Deus omnipotens — non medetur.

Es folgt (Sirmond a. a. O. = Migne a. a. O. 125, 64—65):

Sequitur epistola[5] Prudentii Trecassinae civitatis episcopi[6], quae in processu operis sequentis saepe commemoratur et a catholicorum fide atque doctrina discordare monstratur.

Patri venerabili — conservare dignetur.

Ceterum multiplices ac tortuosas et venenatas sententias Gothescalci, cuius debita cum execratione in sequenti opere saepius facimus mentionem, sed et complicium eius agones pestiferos hic praeponere non necessarium duximus, quia, licet pestilens eorum doctrina ex aliquantis se in diversa scindat itinera, de praedestinatione tamen reproborum ad interitum et, quod Deus[7] non omnes homines vult salvos fieri, sed eos tantummodo, qui salvantur, et quia non pro omnibus passus sit, unde opusculum subsequens catholicorum doctrinam sufficienter ostendit, conspirare noscuntur. Et contra eos iam singillatim in aliis libellis[8] ante hos actis, prout Dominus dedit, laborem impendimus, sicut ei, cui libuerit vel licuerit, patere valebit.

b.

DOMNO KAROLO REGI GLORIOSO HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS UNA CUM COLLEGIS DOMINIS ET FRATRIBUS MEIS VENERANDIS EPISCOPIS, ORATORIBUS SCILICET SALUTIS[a] ATQUE PROSPERITATIS VESTRAE DEVOTIS.[9]

Nuper elapso mense Iunio per indictionem septimam anno incarnationis dominicae DCCCLVIIII. dedistis nobis quaedam capitula[10], sicut nostrae dixistis humilitati, a Remigio reverentissimo Lugdunensium archiepiscopo[11] vestrae porrecta sublimitati, iubentes, ut tempore congruo de his vobis redderemus responsum, si unanimes uno ore eorundem capitulorum sensui concordaremus an, quia vobis a[b] cana[b] patrum fide in quibusdam dis-

Vgl. Rom. 15, 6.

a) *Fehlt 1.* b) archana *1.*

1) *Die Kanones von Langres (859), vgl. Werminghoff, Neues Archiv 26, 624.* 2) *Synode von Savonnières bei Toul (859), vgl. Werminghoff, Neues Archiv 26, 625 ff.* 3) *Die vier Kapitel von Quierzy (853), vgl. oben S. 45 A. 4.* 4) *S. oben A. 2.* 5) *An Eb. Wenilo von Sens und die Bischöfe des Konzils von Sens (856), Migne 115, 1365 ff. Vgl. auch Schrörs S. 138 f.* 6) *Vgl. oben S. 24 A. 2.* 7) *Vgl. oben S. 27 Z. 6 ff. und A. 2.* 8) *S. oben Nr. 37 S. 12 und Nr. 99 S. 44.* 9) *Vgl. oben S. 68 A. 7; Flodoard III, 16 (MG. SS. XIII, 505) schickt voraus:* Item aliud edidit volumen insigne ad eundem regem contra prefatum Gothescalcum et ceteros Predestinatianos, de quo huiusmodi ad ipsum scribit epistolam. 10) *Die Kanones von Langres (859), s. auch oben A. 1.* 11) *Vgl. oben S. 44 A. 4.*

sentire videbantur, noster sensus, quem a catholico tramite non deviare credebatis, ab eis 859—860.
in aliquo dissideret, sequentes et praecepti dominici iussionem et Christianam praedecessorum vestrorum consuetudinem. Est enim et divinis legibus cautum et prisco anteriorum principum more suetum, ut, quotienscumque in catholica fide vel divina religione
5 quiddam[a] novi emerserit, a principali sententia episcoporum consultui referatur, et quod eorum iudicio scripturarum sanctarum auctoritate et ortodoxorum magistrorum doctrina atque secundum auctoritatem canonicam et decreta pontificum Romanorum Christi Dei nostri vicarii et sanctae eius[b] ecclesiae praesules credendum, sequendum et tenendum atque praedicandum decreverint, id ab omnibus corde credatur ad iustitiam, ore autem[b] con-
10 fiteatur ad salutem, sequatur ad vocationem, teneatur ad coronam, praedicetur ad lucrum. Quae siquidem capitula in conventu episcoporum habito in territorio Tullensi in villa, quae dicitur Saponarias[1], ante biduum quam vobis porrecta fuerint, sunt recitata, proferente et deponente ea[c] sinodo domno Remigio Lugdunensium archiepiscopo. Quae, sicut dixit et in epigrammate eorundem capitulorum continetur[2], in hoc ipso anno in Kalendis nihilo-
15 minus ibidem descriptis et in suburbio Lingonicae urbis ad instructionem dominici populi ipse et sibi comprovinciales[d] episcopi[3] ediderunt. Et in crastina alia quaedam capitula[4], de quibus post locuturi sumus, relecta fuere; super quibus, sicut quibusdam ex fratribus visum est, quorundam sensus est motus. Nam, ut vere et nos fateamur, nostrae conscientiae super pridem capitulis, quae, ut diximus, Remigius archiepiscopus sinodo praesentaverat,
20 recitatis, catholicorum[e] ad memoriam reducentes doctorum traditiones, non modice se concusserunt.

Unde nostrorum quidam fidei Christianae zelo succensi aliqua sinodo voluere suggerere. Sed motus nostri ab eodem venerabili archiepiscopo Remigio Lugdunensium sunt modeste compositi, eo venerabiliter perorante, ut, si quorumcumque nostrorum sensus
25 ab eisdem prolatis capitulis in aliquo dissentiendo se commoveret, ad proxime futuram sinodum catholicorum libros doctorum[f] quique deferre curemus et, sicut melius secundum catholicam et apostolicam doctrinam in commune invenerimus, de cetero omnes unanimiter teneamus. In cuius devotione coepiscoporumque[g] ipsius dioceseos, quorum etiam et ante ordinationem mentem catholicam atque doctrinam, sicut et vos non latet, cogno-
30 vimus, quantum sensui pusillitatis nostrae fidem accommodare audemus, percepimus, quia non ex[h] ipsis, ut non dicamus per ipsos, sinodo capitula ipsa fuere prolata. Quapropter, quamvis[i] blando[i] sibilo eos quidam caraxare voluerint[k] — de eo, quod sanctus Caelestinus episcopos[l] Gallicanos redarguit dicens[5]: **Quid illic, inquit, spei[m] est[m], ubi magistris tacentibus hi loquuntur? Qui, si ita est, eorum discipuli non fuerunt? Timeo, ne cohibere[n] sit hoc**
35 **tacere; timeo, ne magis ipsi[o] loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non[p] caret[p] suspicione[p] taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio faveamus errori** —, nos tamen plures, qui eorum[q] et[q] fidem[q] et doctrinam et prudentiam novimus, minus in eis ista noscentibus sententiam pro dissensione baptismi de beato

a) quoddam *1*[b]. b) *Fehlt Sirm.* c) *Fehlt 1.* d) cum ep. *1.* e) *Folgt* libros *1.* f) dic-
40 torum *1*[a]. g) -que *fehlt 1.* h) *Fehlt 1.* i) blando quamvis *2.* k) voluerunt *3, Sirm.* l) epus *2.* m) speciem *1.* n) *So 1, 2, Sirm.;* committere *3;* connivere *nach dem Coelestinbrief verb. 3*[b]. o) illi *1.* p) suspicione non caret *2, 3.* q) et fidem eorum *1.*

1) *Synode von Savonnières bei Toul (859), s. auch oben S. 70 A. 2.* 2) *Vgl. Mansi XV, 537:* Haec decreta synodica obtulerunt eidem conventui et regibus assidentibus Remigius, Agilmarus, Ebo et
45 ceteri coepiscopi eorum, qui ante quindecim dies in Andemantunno Lingonum cum rege suo Karolo congregati confirmaverunt. 3) *Synode von Langres (859), vgl. oben S. 70 A. 1.* 4) *Die vier Kapitel von Quierzy (853). Vgl. oben S. 45 A. 4.* 5) *Decr. Coelestin. c. 1, Codex canonum (1609) S. 406; Hinschius S. 556f. (J.-K. 381).*

859—860. Cipriano[1], a sancto Augustino conlaudatam saepenumero in libro secundo de baptismo positam, proposuimus. Quomodo enim, inquit[2], potuit ista res tantis altercationum nebulis involuta ad plenarii concilii luculentam illustrationem confirmationemque perduci, nisi primo diutius per orbis terrarum regiones multis hinc atque hinc disputationibus et collationibus[a] episcoporum pertractata constaret? Hoc autem facit sanitas pacis[b], ut, cum diutius aliqua obscuriora quaeruntur 5 et propter inveniendi difficultatem diversas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad verum liquidum perveniatur, vinculum permaneat unitatis, ne in parte praecisa remaneat insanabile vulnus erroris. Et ideo plerumque doctioribus minus aliquid revelatur, ut eorum patiens et humilis caritas, in qua fructus maior est, comprobetur, vel quomodo teneant[c] unitatem, cum in[d] rebus obscurioribus diversa sentiunt, vel quomodo accipiant veritatem, cum contra id, quod sentiebant, decla- 10 ratum esse cognoscunt.

Sciebant namque idem venerabiles catholici et docti viri, quia in multis regionibus ac provinciis haec pestifera erat recommota doctrina; et ideo silentium in suis provinciis imponere tam facile, sicut forte poterant, noluerunt errori, donec ad plurimorum noticiam perventa plurimorum iudicio quaestio sopiretur[e]. Quia, ut dicit sanctus Caelestinus in 15 epistola ad Nestorium[f] directa[3], omnes debent nosse quod agitur, quotiens omnium[g] causa[g] tractatur; videlicet[h] ut, cum omnium in unius propositione fuerit diffinita consultatio, cunctorum valeat ad omnes emanare[i] solutio. Haec eadem namque capitula, sicut facile reminisci potestis, ante triennium nobis in villa Rothomagensis[k] episcopii, quae Nielpha[l] dicitur, quando in excubiis contra Nortmannorum infestationem degebamus[4], sub titulo 20 quasi in Valentiana sinodo[5] conscripta fuerint anno incarnationis dominicae DCCCLV. sub Hlothario imperatore, dedistis[6], ut ad illa quae nobis viderentur catholice ex ortodoxorum magisterio responderemus, cum aliis quorumcumque[m] scriptis[7], quae hinc ad vestram noticiam pervenere. Quorum quaedam scripta recepimus[n], sed ea publicare noluimus, Eph. 4, 3. 'solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis', donec cum eis, qui vobis illa trans- 25 miserant, familiari colloqueremur sermone, et eos, si aliquo modo valeremus, ab hac prava intentione ad catholicae fidei unitatem cooperante Domino revocaremus. Sed quia partim occupationibus praepediti, partim autem in fraternis suasionibus minus quam necesse fuerat obauditi eos, quos monere disposuimus, a sua intentione revocare nequivimus: 1. Tim. 5, 24. 25. unde[o], quia, sicut dicit apostolus, 'quorundam hominum peccata manifesta sunt[p], et quae 30 aliter se habent abscondi non possunt', adeo quorundam excrevit dissensio, ut haec dissonantia ad vestram perveniret noticiam et sinodali decreto pro zelo fidei et unanimitatis amore, antequam haec nobis perscrutanda committeretis, quatuor capitula[8] episcopali diffinitione vobis de catholicorum patrum dictis colligi[q] et singulorum exigeretis manibus roborari. Postea vero et quorundam[9] ex his, qui eisdem capitulis subscripserant, et aliorum 35

---

a) conlaudationibus *1;* collaarbus *2.* b) paucis *1, 2.* c) deteneant *1a; verb.* reteneant *1b.* d) *Fehlt 1.* e) seperitur *1a;* sepiretur *1b.* f) Nectorium *1b.* g) causa omnium *2.* h) undelicet *2.* i) emanari *1, 2.* k) Rotomagensis *1.* l) Auelpha *1;* Melpha *2;* Nelpha *3;* Nielfa *Sirm.* m) cumque *1.* n) recipimus *1b.* o) inde *Sirm.* p) praecedentia ad iudicium, quosdam autem et subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt *folgt Sirm. (gemäß dem vollständigen Bibeltext).* q) collegi *2.* 40

1) *† 258.* 2) *Augustin. de baptismo contra Donatistas lib. II, Corp. Vindob. 51, 179f.* 3) *E. Schwartz, Acta concilior. oecumenic. I, 2 S. 12; Migne 50, 483 (J.-K. 374).* 4) *Vgl. W. Vogel, Die Normannen und das fränkische Reich S. 154.* 5) *Vgl. oben S. 45 A. 1.* 6) *Vgl. oben S. 45 A. 3.* 7) *Nämlich die Schrift des Ebo von Grenoble 'De tenenda immobiliter scripturae veritate' (vgl. oben S. 49 A. 10) und die 19 Kapitel des Johannes Scottus (vgl. oben S. 45 A. 11). S. auch Hefele-Leclercq IV, 208.* 8) *Von Quierzy (853). Vgl. oben S. 71 A. 4.* 9) *Dies gilt besonders für B. Prudentius von Troyes, der 853 die Artikel von Quierzy unterzeichnete und dann 856 seine Gegenkapitel verfaßte. Vgl. dazu Schrörs S. 139 A. 34.* 45

etiam in tantum est accumulata vecordia, ut necesse foret, et iussionis vestrae instantia et executionis nostrae oboedientia, hinc eorum, quos praemisimus, scriptis et propositionibus litterali officio respondere. 859—860.

Inter quae et his capitulis, quae nobis nuper dedistis, pro nostri ingenioli capacitate, 5 sub dubietate tamen, respondimus[1]; quia non credidimus, ut fratres et[a] coepiscopi nostri contra regulas ecclesiasticas adversum nos talia debuissent conscribere, praesertim cum non ignorarent dominicis institutionibus et legibus sancto spiritu promulgatis praefixum esse, qualiter, si in saepe fatis capitulis fidei obloqueremur, nos compellare et tunc sinodali iudicio nos nostrasque sententias a sua debuissent communione explodere. Nunc vero, quia 10 certi sumus, cuius compositioni debemus de saepe nominatis quaestionibus respondere, servatis relationum absolutionibus, contra eos, quibus a vestra dominatione pro imposito nobis ministerio iussi sumus reddere rationem, contra haec tantum capitula, quantum ex nobis est, 'cum omnibus pacem habentes' ex sanctarum scripturarum auctoritate et catholicorum patrum sententiis simpliciter respondere curabimus; ut, cui forte omnia illa 15 legere non licuerit vel non libuerit, hic compendiosas pro tempore capitulorum responsiones inveniat, quas furatis horulis a diversis occupationum distensionibus, qui cogitationum ferias non habemus[2], sicut de sententiis sanctorum patrum accepimus, ne torpore vel inoboedientia a vestra denotaremur Christiana devotione, committere scedulis tumultuario sermone studuimus. Quoniam in praefatis relationibus provocati[b] multiplicibus 20 multiplicium illationibus multipliciter multiplicibusque collationibus, non sine, sicut scimus et confitemur, lectoris taedio, sensu sed tamen catholico, in tribus libris lacinioso sermone respondere sategimus. Sed in hoc maxime benigno lectori nos satisfacere autumamus, quia singulorum singulas semper ponentes sententias singulariter ad obiecta et resistentia fidei respondere studuimus. Et vel in hoc solo devotum quemque lectorem 25 nobis conciliari confidimus, quia, cum ex sua mente nostrum laborem perpenderit, nos apud se excusatos habebit. Rom. 12, 18.

Quis vero sit istorum capitulorum[3] compositor, cui quasi a novo cogimur respondere, ipse se prodet, cum necessario urgebitur[c] ad lucem veritatis venire[d]; quia operator[e] tenebrosorum operum, inter quae ab apostolo et hereses describuntur, 'odit lucem et non venit 30 ad lucem, ut non arguantur opera eius', omnis vero, qui bona agit, inter quae bona ab apostolo et fides connumeratur, 'venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta'. Sed et ille quicumque est, si ad lucem venerit et veritati ex corde consenserit, esse filius lucis poterit. Si autem et pertinaciter contradixerit veritati, ipse[f] infidelitate sua et contentionis suae vecordia heretici sibi nomen imponet; quia non statim[g] hereticum, 35 quod ignoranter a fide sentitur diversum, si non fiat pertinaci contentione hereticum. Vgl. 1. Cor. 11, 19. Ioh. 3, 20. Ioh. 3, 21.

---

a) *Fehlt 1*[a]. b) provocatio *1.* c) urgebatur *1*[a]*;* arguebattur *verb. zu* arguetur *1*[b]. d) pondere *1.* e) cooperator *1.* f) *Folgt* in *2.* g) *Folgt* est *Sirm.*

1) *Von diesem Werk ist nur der an Karl den Kahlen gerichtete Begleitbrief (oben Nr. 99 S. 44 ff.) erhalten.* 2) *Entsprechend Hinkmar in 'De divortio Lotharii', Migne 125, 746:* et horulis, quas 40 a multiplicibus et diversissimis occupationibus nostris extorquemus potius quam mutuamus, qui cogitationum ferias non habemus. *Vgl. Simplicius an Acacius von Konstantinopel, E. Schwartz, Publizistische Sammlungen zum acacianischen Schisma (1934) S. 3; Thiel, Epistolae Romanor. pontif. gen. I, 213 (J.-K. 589). Auch Sixtus III. an Johannes von Antiochia, Migne 50, 609 (J.-K. 392):* Cogitationum ferias nesciverunt. *Vgl. ferner Hieronymus bei Damasus, Corp. Vindob. 54, 265:* furtivis 45 noctium operis. 3) *Nämlich der Kapitel von Langres (859), die nur eine Wiederholung der Kanones von Valence (855) sind.*

132.

860. *Hinkmar an Bischof Adventius von Metz: entschuldigt sein Fernbleiben von der bevorstehenden Synode.* ***26. Januar 860.***

Hs.: Paris lat. 2866 Bl. 23—24, 9. Jh. (B), kollat. Perels.

Drucke: Cordesius (1615) S. 325 (aus B); Sirmond, Hincm. opera I, 584; Migne 125, 646.

Schrörs Reg. 137. 5

HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS DILECTO AC FIDO FRATRI ET VENERABILI EPISCOPO ADVENTIO[1] PLURIMAM IN SALVATORE SALUTEM.[2]

De mihi inpraemeditata isto in tempore quaestione[a] [3], de qua iam talia ac tanta audieram, ut de ea modo nil me auditurum putaverim, plurima heri[b] [4], quantum[c] mea[c] permisit infirmitas, mutua sermocinatione locuti tandem, sicut melius et rationabilius nobis visum fuerat, finem eidem causae, ut synodo generali servetur, posuimus. Sed sicut iam vesperi parum vos pro tempore tetigi, unde nunc expressius vestram fidissimam commonendo benigne satagere deprecor caritatem, quoniam secundum iussionem dominorum et vocationem consacerdotum ipse infirmitate detentus ad conventum vestrum ire non valeo aut vice mea quenquam[d] coepiscoporum more canonico regulari conlatione instructum et prosequentibus litteris commendatum mittere nequeo, quia instantia missionis et brevitas temporis non permittit, ut dominos et coepiscopos meos in talibus consulam, sine quorum consultu, ut melius ipsi nostis, nihil nisi quantum ad parrochiam propriam pertinet agere a venerandis regulis[5] mihi permittitur, contra quas non sine ultionis periculo quiddam praesumitur, timeo, ne domnus rex putet meam debitam servitutem se ab obsequio suo velle suspendere et venerandi episcopi suspicentur, si quid secundum sacras regulas diffinierint, cupere quod mihi non convenit retractare.

Unde vestra dilectio, quae meam devotionem ore ad os conloquens didicit, sicut de vestra bonitate confido, sine scrupulo aliquo me faciat excusatum, quia, sicut salubrius sensi, sapientiae[e] vestrae exposui, et tantillus[f] homuntio in re tam[g] maxima et personis eminentissimis, de qua a tantis viris talia acta sunt et ex qua tanti ac tales consulti sunt, sine plurimorum conlatione, consultu sive consensu et antequam de huiusmodi scripturarum auctoritates et patrum decreta revolvam, ita sententiam finitivam depromere vel

---

132. a) questione *B.* b) *Zwischen* h *und* e *1 Buchst. rad. B.* c) quantūea *B.* d) *So B.* 30
e) *Verb. B.* f) *Verb. B.* g) *Übergeschrieben B.*

1) *Von Metz (858—875).* 2) *Über den Anlaß des Schreibens vgl. die von Hinkmar in der Schrift 'De divortio Lotharii' vorausgeschickten Bemerkungen (Migne 125, 645f.), namentlich den unmittelbar vorhergehenden Passus:* Ego autem ut infirmus lecto decumbens, postquam melius habere coepi, propter quaedam tunc mihi in mentem venientia, quoniam religiosus Adventius mihi non dixerat, quare vocarer ad synodum, et ego multipliciter de quaestione inpacta feminae cum eo locutus fueram, suspicans, ut praedixi, quod haec ipsa quaestio causa vocationis posset existere, fore melius cogitavi, ut litteras ei de pridiana conlocutione nostra dirigerem. Quarum exemplar quisque volet hic potest relegere. — *Flodoards Regest (III, 23, MG. SS. XIII, 528):* Adventio Metensium presuli super quadam fidei quaestione, de qua fuerat interrogatus ab ipso, *bezieht sich in der Tat, wie Schrörs S. 569 dartut, offenbar auf diesen Brief, obwohl es sich darin nicht um eine Glaubensfrage handelt. S. auch unten Z. 9* quaestione *sowie Hinkmars vorher wiedergegebene Einführung. — Vgl. Schrörs S. 183f. 569f.* 3) *Der Ehescheidung König Lothars II.* 4) *D. h. am 25. Januar 860, vgl. Migne 125, 645:* Adventius autem venerabilis episcopus et filius meus Hincmarus Laudunensis episcopus gratia visitationis octavo Kalendas Februarias ad me Remis venerunt. *Hierdurch ist die Datierung des Briefes sichergestellt.* 5) *Vgl. Decr. Annicii c. 2, Hinschius S. 121 (J.-K. † § 57). S. auch im Synodalschreiben von Quierzy 858 (Hinkmar, oben Nr. 115) MG. Capit. II, 428 Z. 19ff.*

consensum non audeo adhibere, uti, quicquid a vobis diffinitum regulariter fuerit vel melius 860.
ac rationabilius quam mihi visum sit a Deo placito conventu vestro fuerit terminatum, priusquam id audiam, laudare vel retractare non debeo. Quapropter in calce huius nostrae exiguitatis schedulae non mea, sed magni Leonis verba ad Rusticum Narbonensem epi-
5 scopum ponere dignum duco[1]: Ut in his, inquid, quae vel dubia fuerint vel obscura, id noverimus sequendum, quod nec praeceptis evangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum.

Peto denique vestram amabilem caritatem, ut pro excusatione mea in vestro sancto concilio verbis vestrae prudentiae iungatis huius diplomatis lectionem[2].

133.

10 *Fragment eines Briefes Hinkmars an Bischof Adventius von Metz: über dessen geplante Romreise.* *26. Januar—15. Februar 860.*

Hs.: Paris lat. 2866 Bl. 24—24', 9. Jh. (B), kollat. Perels.

Drucke: Cordesius (1615) S. 326 (aus B); Sirmond, Hincm. opera I, 585; Migne 125, 647.

Schrörs Reg. 138.

15 HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS DILECTO FRATRI ET VENERABILI EPISCOPO ADVENTIO[3] PLURIMAM IN SALVATORE SALUTEM[4].

Ceterum*, licet mihi nihil inde significassetis, conicio legationem vestram[5], in qua vobis, sicut Deo gratias prudentia vestra vos docet, satis caute et provide est necesse incedere, quia talis est causa et in tam eminentissimis personis et in huiusmodi ordine, quae
20 ab omnibus erit ut necesse cognosci, ita etiam ponderari; quoniam, ut Caelestinus scribit[6], universalis ecclesia quacumque novitate pulsatur. Est enim inter regem regum et regem terrenum in lege prima[7] primo homini in paradiso data et a Deo et homine in evangelio roborata, Vgl. Gen. 2, 24; Matth. 19, 5. est etiam de causa nobis hactenus inaudita, ex qua subtiliter necesse erit auctoritates sacras revolvere et leges Christianas interrogare, pontificalem auctoritatem in sui examinatione
25 sincero et cauto gressu incedere et quemque Christianum a recto itinere non deviare.

Oportebit vos siquidem apostolico talia intimare, quae ex corde et ore veraciter prolata, sicut scio quoniam facietis, divinis oculis debeant apparere, et, ut nemo aliter postea valeat invenire, de nullorum consensu sive episcoporum vel quorumlibet laicorum pro cuiuscumque obtentus intentione apostolicae sedi suggerere, nisi de quorum scitis
30 tractatu causam constare, ita nihilominus quae iniuncta sunt exequi, ut, quantum fieri poterit, seniorem vestrum[8] non possitis offendere et praecipue quod egeritis sacris regulis non debeat obviare vel, quod absit, divinae aequitati atque iustitiae contraire.

---

*) *Vorausgeht:* Et post quaedam praeposita ex negotio, pro quo missum suum direxerat *(Adventius) (B).*

35 1) *Codex canonum (1609) S. 454; Hinschius S. 616 (J.-K. 544).* 2) *Vgl. Schrörs S. 187 und A. 49.* 3) *S. oben S. 74 A. 1.* 4) *Hinkmar setzt in 'De divortio' vor den Brief die Bemerkung:* Processu denique temporis isdem domnus Adventius ad me missum suum direxerat, per quem ei has iterum litteras destinavi *(Migne 125, 647). — Flodoards Regest (III, 23, MG. SS. XIII, 528):* Item de itinere, quod idem Adventius Romam petiturus debebat incipere. *— Vgl. Schrörs S. 187 und A. 50 sowie S. 570,*
40 *insbesondere auch zur Datierung (vor der zweiten Aachener Synode).* 5) *Nach Rom; vgl. unten Z. 26 ff. Schrörs a. a. O.* 6) *Ad episcopos Galliae c. 2, Codex canonum (1609) S. 408; Hinschius S. 557 (J.-K. 381).* 7) *Dem Gesetz der Ehe.* 8) *Lothar II.*

860. **Haec, licet ex superfluo, sapientiae vestrae scribo, quia carum vos habeo et mihi dignati estis promittere, quod fidei vestrae me cum securitate possem committere, et a me voluistis exigere, ut devotionem meam vobis studerem rependere*.**

134.

Hinkmars Vorrede zu seiner Schrift über die Ehescheidung König Lothars II. *860.*

Hs.: Paris lat. 2866 Bl. 5—10, 9. Jh. (B), kollat. Ertl. — Die Hs. Paris lat. 12 445 Bl. 185—187' enthält einen 'Tractatus anonymi de coniugio et viduis', der engste Verwandtschaft mit den Responsionen zu Interrogatio IV und V des Gutachtens zeigt. M. Conrat (Neues Archiv 35, 770 ff.) hält ihn für dessen Vorlage. Da hier nur die Praefatio wiederzugeben ist, bleibt dieser Codex außer Betracht. 5

Drucke: Cordesius (1615) S. 293 (aus B); Sirmond, Hincm. opera I, 561; Migne 125, 623.

Schrörs Reg. 139. 10

DOMINIS REGIBUS GLORIOSIS ET VENERANDIS CONSACERDOTIBUS NOSTRIS AC CUNCTIS IN SINU CATHOLICAE ECCLESIAE COLLOCATIS HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS UNA CUM COLLEGIS DOMINIS ET FRATRIBUS MEIS REMORUM DIOCESEOS VENERANDIS EPISCOPIS[1].

De omnibus dubiis vel obscuris[2], quae ad rectae fidei tenorem vel pietatis dogmata 15 pertinent, sancta Romana ecclesia ut omnium ecclesiarum mater et magistra, nutrix ac doctrix est consulenda et eius salubria monita sunt tenenda, maxime ab his, qui in illis regionibus habitant, in quibus divina gratia per eius praedicationem omnes in fide genuit et catholico lacte nutrivit, quos ad vitam praeordinavit[a] aeternam. Unde quoniam, sicut beatus Innocentius ad Decentium Egubinum scribit[3] episcopum, manifestum est in omnem 20 Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias nisi eos, quos venerabilis Petrus aut eius successores constituerint sacerdotes, oportet ergo eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne, dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur amittere. Sed et quia beatus Caelestinus eiusdem primae sedis episcopus ad Venerium et ceteros[b] Gallicanos dicit[4] epi- 25 scopos, quia universalis ecclesia quacumque novitate pulsatur; et ad Nestorium Constantinopolitanum scribens decernit[5], quod omnes debeant nosse quod agitur, quotiens omnium causa tractatur, ad omnes vox nostrae humilitatis emittitur, quia, licet de rege et regina, viro sci- Vgl. Gen. 2, 24. licet et uxore, qui secundum sacram auctoritatem iam non sunt duo, sed una caro, tractetur, Vgl. Eph. 5, 32. de causa omnium generaliter agitur, quae sacramentum magnum a divino apostolo in 30 Christo et in ecclesia appellatur, in quibus salus universorum consistere creditur. De Act. 4, 12. Christo enim Petrus apostolus protestatur, quia 'non est aliud nomen sub caelo datum Vgl. Gen. 7, 21—23. hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri'; et, sicut in diluvio omnes perierunt, quos non

*) *Nachbemerkung Hinkmars:* Alias autem litteras nec sedis (*so statt* sedi) apostolicae nec cuiquam episcoporum hactenus pro hac causa transmisi *B.* 35

134. a) *Über* p̄ *offenes* a *übergeschr. B.* b) caeteros *(häufig) B.*

1) *Über Hinkmars Gutachten vgl. besonders: Sdralek, Hinkmars von Rheims kanonistisches Gutachten über die Ehescheidung des Königs Lothar II. (1881); Schrörs S. 188 ff.; auch Dümmler II², 14 ff.; Parisot, Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens (1898) S. 173 ff.; Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands II³·⁴, 563; Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius (1920) S. 62 f. — Zur* 40 *Datierung namentlich Schrörs S. 189 A. 4; Dümmler II², 15 A. 1.* 2) *Vgl. oben S. 75 Z. 5.* 3) *Codex canonum (1609) S. 331; Hinschius S. 527 (J.-K. 311).* 4) *C. 2, Codex canonum (1609) S. 408; Hinschius S. 557 (J.-K. 381).* 5) *E. Schwartz, Acta concilior. oecumenic. I, 2 S. 12; Migne 50, 483 (J.-K. 374).*

arca continuit, ita nemo salvari potest, qui fide recta et bonis operibus in unitate sanctae ecclesiae non permanserit. 860.

Sed et hac spiritali ratione praelata de tam eminentissimi nominis dignitate et talibus personis[1] causa non exigua ventilatur, ut reges terrae et omnes populi, principes et omnes 5 iudices terrae, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus in hac intendere debeant, et iudicii veritatem et sacerdotalem consensum et regiae mansuetudinis, patientiae et dilectionis studium erga honorem suum. Unde scriptum est: 'Honor regis iudicium diligit'; et: 'Iustitia firmatur thronus eius'; et item: 'Iustitia et iudicium praeparatio sedis tuae'. Et licet sint aliae virtutes, sine quibus ad regnum non pervenitur aeternum, tamen sine 10 his tribus, quas posuimus, tyrannus fieri potest, regnum autem salubriter nemo potest obtinere terrenum: id est sine mansuetudine, quia 'mansueti hereditabunt terram'; sine patientia, quia 'melior est patiens viro forte, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium'; et: 'In patientia vestra possidebitis animas vestras'; sine vera dilectione, de qua dictum est: 'Qui diligitis Dominum, odite malum', quoniam 'qui diligit iniquitatem, 15 odit animam suam'. Et item in psalmo scriptum est: 'Intende, prospere procede et regna: propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam', quia veritatem exsequens[a] mansuetudinem cum iustitia conservabit, ut nec zelum rectitudinis in mansuetudinis pondere derelinquat nec rursum pondus mansuetudinis rectitudinis zelo perturbet; quoniam, ut Sapientia dicit: 'Rex, qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo'; et 20 item: 'Rex, qui iudicat pauperes in veritate, thronus eius in aeternum fundabitur'.

Ps. 98, 4. Prov. 25, 5. Ps. 88, 15. Ps. 36, 11. Prov. 16, 32. Luc. 21, 19. Ps. 96, 10. Ps. 10, 6. Ps. 44, 5. Prov. 20, 8. Prov. 29, 14.

Ex sacerdotalis vero consensus atque discriminis parte Domino dicitur: 'Misericordia tua ante oculos meos est, et conplacui in veritate tua. Non sedi cum concilio vanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi ecclesiam malignantium et cum impiis non sedebo. Lavabo inter innocentes manus meas et circumdabo altare tuum, Domine, ut 25 audiam vocem laudis tuae et enarrem universa mirabilia tua'. Sed, ut sanctus dicit[2] Gregorius, video alios, quibus per locum magisterii exortandi sunt officia arguendique commissa, quia vident aliquid inlicitum admitti et tamen, dum quorundam potentum offendere gratiam metuunt, arguere non praesumunt. Quisquis iste est, quid aliud facit, nisi videt lupum venientem et fugit? Fugit, quia tacuit; tacuit, quia dispecta aeterna gratia temporalem gloriam plus amavit. Et[b] se[b] 30 ante potentis faciem intra sui se latebras silentii abscondit et sicut persecutioni publicae, sic occulte[c] locum dedit timori. Bene de talibus dicitur: 'Dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei'. Quisquis igitur talis est, si haec districte iudicantur, et persecutio publica defuit et tamen tacendo Christum negavit.

Ps. 25, 3—7. Vgl. Ioh. 10, 12. Ioh. 12, 43.

Iudicibus autem praecipitur: 'Si vere utique iustitiam loquimini, recta iudicate, 35 filii hominum', ut, cum quisque mortalium iudicium dederit publicum, si verum loquitur, verum et iudicet nec ponat blanditiis sermonum muscipulam deceptionis, per quam occulte interimat innocentes, attendens quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Et 'si oculus' — id est intentio cordis — 'simplex fuerit, totum corpus' — id est omnis actio — 'lucida erit'; si autem ipsa intentio tenebrosa fuerit, iam tenebrae, quae in actione erunt, 40 ut modum, ita et nomen tenebrarum pene excedunt. Et sanctus Gregorius dicit[3]: Video namque nonnullos[d] ita personam potentis accipere, ut requisiti ab eo pro favore eius non dubitent in causa proximi verum negare. Et quis est veritas nisi ille, qui dixit: 'Ego sum via et veritas et vita?' Neque enim baptista Iohannes de confessione Christi, sed de iustitiae veritate requisitus occubuit: sed quia Christus est veritas, ad mortem usque idcirco pro Christo, quia videlicet pro veritate, pervenit.

Ps. 57, 2. Vgl. 1. Reg. 16, 7. Matth. 6, 22; Luc. 11, 34. Ioh. 14, 6.

45 a) *So B.* b) *So B.* c) occultę *B.* d) *Verb. aus* nonnullus *B.*

1) *Vgl. oben S. 75 Z. 19.* 2) *Moral. XXIX, 7, 17, Migne 76, 486.* 3) *Moral. XXIX, 7, 16, Migne 76, 485 f.*

860. Et beatus Baeda[1]: Multi hodie Iudae scelus, quod dominum ac magistrum Deumque suum pecunia vendiderit, velut inmane et nefarium exhorrent nec tamen cavent. Nam cum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, profecto quia veritatem pro pecunia negant, dominum pecunia vendunt. Ipse enim dixit: 'Ego sum veritas'. Cum societatem fraternitatis aliqua discordiae peste commaculant, Dominum produnt, quia 'Deus caritas est'; qui, etiamsi nullus pecuniam det, Dominum triginta argenteis vendunt, quia principis saeculi imaginem, id est exemplo[a] hostis antiqui, neglecta conditoris ad quam creati sunt imagine sumunt. Ille etiam Dominum vendit, qui eius amore ac timore neglecto terrena et caduca, immo etiam criminosa, plus amare et curare convincitur.

Ioh. 14, 6. — 1. Ioh. 4, 8.

Cum haec ita se habeant, necesse est et ecclesiasticis et publicae rei iudicibus, ut ita sub oculis superni iudicis in quacumque causa et de quacumque persona decernant iudicium, quatenus non sit in eodem iudicio aliquid fermenti malitiae, doli, placiditatis, simulationis sive cupiditatis vel spes cuiuslibet adquisitionis, sed totum azima sinceritatis et veritatis, id est iudicium iustitiae, aequitas veritatis, puritas veritatis, ne, quod absit, maledictionem iudices incurramus, quae generaliter a nobis ipsis et a cuncta inprecatur ecclesia in dicto prophetae: 'Muta fiant labia dolosa'; et: 'In corde et corde locuti sunt. Disperdat Dominus universa labia dolosa', quae aliud dicunt et aliud corde abscondunt, a quibus interdum constat quod dicitur, sed alio sensu interpretantur quod dicunt, quam teste conscientia sentiunt. Et sanctus Hieronimus in commento Mathei dicit[2]: Falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intellegit, quo dicuntur. Et de quibus iterum scriptum est: 'Labor labiorum ipsorum operiet eos', quando 'operientur sicut diploide[b] confusione sua', id est ponentur 'sicut clibanus ignis in tempore vultus' Dei, videlicet ut interius et exterius[c] ardeant in saeculo iam venturo. Qui aliter ante conspectum illius, cui cogitatio hominis confitetur, liberi iudices esse non possumus, nisi ex corde et ore vera dicamus: vere, quia tunc iuste iudicemus, et hoc etiam cum timore et tremore, ne forte ignorantia delinquamus; quoniam cum sit dictum: 'In quo iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis'; et: 'Si non reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro et novit omnia'. Et ideo in his etiam, quae apud homines certa sunt, securi esse non possumus, scientes, ut Paulus dicit, quia Dominus est, qui nos iudicat, qui saepe iudicio humano iustificamur.

Vgl. 1. Cor. 5, 8. — Ps. 30, 19. — Ps. 11, 3. 4. — Ps. 139, 10. — Ps. 108, 29. — Ps. 20, 10. — Vgl. 2. Cor. 7, 15; Eph. 6, 5. — Matth. 7, 2. — 1. Ioh. 3, 20. 21. — Vgl. 1. Cor. 4, 4.

Quapropter regibus scribimus, ut quos Deus ideo in tam excellentissimo loco posuit, ut a subiectis omnibus valeant conspici[3] et ad speculi vicem haberi, quatenus pravis et rectis vel terrori esse debeant vel amori, illa satagant[d] facere, de quibus nemo subiectorum eos iuste valeat reprehendere[e], et ea studeant summopere devitare, quae in subiectos pro ministerio sibi a Deo imposito necesse erit corrigere, ne audiant a redarguente se apostolo: 'Existimas ergo, o homo, qui iudicas de his, qui talia agunt, et facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei?' Et iterum scriptum est: 'Iudicium durissimum in his, qui praesunt, fiet'. Et sanctus spiritus per beatos viros Benedictum et Cyprianum confirmat, quia unusquisque rex de omnibus iudiciis suis aequissimo iudici Deo rationem[4] reddet in die iudicii, et pro tantis rationem reddet, quantos sub cura sua habuerit, sine dubio addita et animae suae. Et, sicut[5] in throno hominum primus constitutus est, nisi se et sibi commissos bene rexerit, quantum cum Dei adiutorio praevaluerit, omnes quoscumque peccatores sub se in praesenti saeculo habuit, supra se modo plagali in illa futura paena[f] habebit.

Rom. 2, 3. — Sap. 6, 6.

a) *So B.* b) *Verb. aus* deploide *B.* c) *Verb. aus* extereus *B.* d) *Verb. Sirm.;* satagunt *B.* e) repħendere *B.* f) *Von späterer Hand verb. zu* poena *B.*

1) *In Lucae evang. expos. l. VI c. 22, Migne 92, 593.* 2) *26, 61, l. IV, Migne 26, 201.* 3) *Vgl. Bonizon. Lib. de vita Christiana II, 47 ed. Perels S. 57 Z. 18 und A. 1.* 4) *Vgl. Reg. s. Bened. c. 2.* 5) *Vgl. Ps.-Cyprian. de duodecim abusivis saeculi, Corp. Vindob. III, 3 S. 167.*

Ad consacerdotes autem nostros ac per hoc ad nos ipsos sermo noster dirigitur, ut 860.
ea doceamus, quae Dominus docuit, ea praedicemus, quae ipsi obnixius[a] conservemus.
Quia, sicut scriptum est: 'Interroga sacerdotes legem' meam, ita nihilominus a Domino Agg. 2, 12.
dictum est: 'Tu audiens nuntiabis eis ex me'; audiens autem vel inspiratione superna vel Ezech. 33, 7.
5 lectione divina, de quibus scriptum est: 'Audiam, quid loquatur in me dominus Deus'; Ps. 84, 9.
et: 'Scrutamini scripturas'; et: 'Lex Domini inreprehensibilis convertens animas; testi- Ioh. 5, 39. Ps. 18, 8.
monium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis'. Quod vero subsequitur: 'Nun- Ezech. 33, 7.
tiabis eis ex me', 'ex me', inquit, non 'ex te', quia non adolatorie neque mobiliter pro
voluntate humana, sed sincere atque constanter, quae a Deo sive sacra scriptura sive sanc-
10 torum magistrorum doctrina didicit praedicator, debet auditoribus[b] suis proponere et,
sicut de nobis, utinam non ad iudicium nostrum, dicitur auditoribus: 'Interroga patres Deut. 32, 7.
tuos, et adnuntiabunt tibi; maiores tuos, et dicent tibi', et per nos eisdem praecipiendo
suggeritur: 'Venite, filii, audite me; timorem Domini docebo vos', ita et alibi dicendo Ps. 33, 12.
contra nos queritur: 'Ipsi pastores ignoraverunt intellegentiam', quia intellectus bonus Is. 56, 11.
15 omnibus facientibus eum; et: 'Tenentes', inquit, 'legem nescierunt me', quoniam qui fide Ier. 2, 8.
et operibus, vita et moribus, verbo atque exemplo commissis non praedicant, licet nomine
tenus colant, secundum veritatem Dominum nesciunt, iuxta quod scriptum est: 'Qui 1. Cor. 14, 38.
ignorat, ignorabitur', videlicet reprobabitur. Quocirca non est, unde securi, nisi de miseri-
cordia Dei, esse possimus. De quorum manibus tantorum sanguis in die magni iudicii
20 exigetur, quanti sine nostra commonitione[c] in suis iniquitatibus pereunt, dicente Do-
mino ad unumquemque episcopum, quia, si non adnuntiaveris iniquo iniquitatem suam Vgl. Ezech. 3, 19.
et ille iniquus non fuerit conversus a via sua prava, 'ipse iniquus in iniquitate sua morietur, Ezech. 3, 18.
sanguinem autem eius de manu tua requiram'. Timendum est etiam, ne dicatur ab inspectore
conscientiarum, quanto magis operum, nobis: 'Clavem scientiae tulistis, ipsi non introistis' Luc. 11, 52.
25 et alios, qui introire poterant, licet verbo admonuissetis, opere destruxistis. Et sciendum est
et cum timore ac tremore maximo continue recolendum, quia, sicut spiritalius ac proinde Vgl. 2. Cor. 7, 15; Eph. 6, 5.
maius, tanto est periculosius episcopale quam regium ministerium, quanto[1] et pro ipsis
regibus rationem reddituri sumus regi regum et pastori pastorum in die tremendi examinis.

Ad cunctos etiam in sinu catholicae ecclesiae collocatos hinc loqui decrevimus, ut
30 et ipsi talia committere caveant et, quantum ex ipsis est, agentibus non consentiant et
per adolationem non faveant. De qualibus mirabilis dicit apostolus, 'quoniam qui talia Gal. 5, 21.
agunt, regnum Dei non consequentur'; et item: 'Qui talia agunt, digni sunt morte, non Rom. 1, 32.
solum qui faciunt illa, sed etiam qui consentiunt facientibus'. Quae idcirco in hac scedula
35 enumerare omisimus, ne aliis dominis et consacerdotibus nostris, qui illa sufficienter sciunt
et melius ac congruentius nobis suis auditoribus exponere sapiunt, fecisse iniuriam videa-
mur, praesertim cum frequenti apostolica lectione cunctis ecclesiam visitantibus incul-
centur.

Haec nostra eorsum praemissa tendit locutio, quia nuper ad nos quidam ex eccle-
40 siastico, quidam vero ex laicali ordine et pro officii sui loco ac pro religionis merito nec-
non et pro devotionis atque nobilitatis suae cultu non contempnendae[d] personae quen-
dam libellum, cuius hic textum subiunximus, cum propositis quaestionibus direxerunt[2],
petentes humiliter per dominum nostrum Iesum Christum, qui dixit: 'Videte, ne con- Matth. 18, 10.
tempnatis unum ex his pusillis'; et: 'Omni petenti te tribue'; et: 'Volentem mutuari a Luc. 6, 30. Matth. 5, 42.
45 te ne avertaris'; et: 'Ne dicas amico tuo: Vade et revertere, et cras dabo tibi, cum statim Prov. 3, 28.

---

a) *Verb. aus* obnoxius *B.* b) *Erstes* i *übergeschr. B.* c) *Verb. aus* commotione *B.* d) *Von späterer Hand* p *zwischen* m *und* n *getilgt (häufig) B.*

1) *Vgl. Gelas. I. ad Anastas. imperat., Hinschius S. 639 (J.-K. 632).* 2) *Vgl. Schrörs S. 188.*

860.

Vgl. 1. Pet. 3,15. possis dare'; et per beatum Petrum ecclesiae suae iussit rectoribus, ut parati sint ad satisfactionem omni poscenti se rationem reddere. Quoniam 'qui abscondit frumenta', id est sacri eloquii documenta, 'maledicitur in populis, benedictio autem Domini super caput vendentium'; quia docens ea, quae Domino docente didicit, maiorem docendi gratiam et ipse merebitur ab auditoribus, pretium fidei et confessionis recipiens, ut illorum 5 petitionibus[a] nullatenus neglegeremus neque dissimularemus aut sub aliqua excusatione differremus[b], sed quantotius tacitis eorum nominibus, a quibus haec proposita fuerant quibusque de propositis rescriberemus, quae ex his secundum scripturarum auctoritatem et catholicorum patrum doctrinam nobis Dominus dederit, per singula, sicut proposuerant, respondere breviter studeremus. De quibus scribere nihil vellemus, sed vel sapientium 10 doctrinam audire vel quae sentimus verbo tantum enuntiare. Et si erat scribendum, forte possemus congruentius dicendi ordinem texere, si talium ac tantorum adiurationem voluissemus aut valuissemus neglegere.

(Prov. 11, 26.)

Unde legentes haec, quae de sanctis scripturis et patrum traditionibus eorum propositionibus rescribemus, non nos de responsionum ordine inordinato succenseant et, si 15 ad talia, quae ad hanc rationem fortassis non pertinent, eorum tracti quaestionibus derivamus[c], non nos pro superfluitate refugiant neque nostrae sinceritatis responsionem quisquam ad iniuriam sui retorqueat[d]; quoniam nos dicti dominici memores: 'Non accipias personam in iudicio' et item dicentes sanctos apostolos, quorum, licet indigni, vices agimus, pro modulo nostro imitantes — 'non enim', inquiunt, 'possumus quae audivimus 20 et vidimus non loqui' — de quibus interrogati sumus non nostra, sed vel scripturae divinae vel eorum dicta, per quos Dominus locutus est et a quibus illa didicimus, prout permisit brevitas temporis et occurrit memoriae, propositis quaestionibus, immo quaerentium propositionibus, praemittentes quae interrogaverant, solutionibus sine adolatione respondere curavimus. Et idcirco generaliter ad omnes scripsimus, quia ad omnium ordi- 25 num personas causam pertinere cognovimus et eos prodere, qui nobis proposita transmiserunt, prohibiti cum adiuratione praescripta sumus. Det autem Dominus in os nostrum sermonem directum et bene sonantem, ut possimus ad ea, de quibus interrogati sumus, convenienter collecta proferre verba eorum, quibus Dominus dicit: 'Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis'. Det etiam gratia domini nostri 30 Iesu Christi, 'qui vult omnes homines salvos fieri' et neminem vult perire, ut placeant per nostrae humilitatis servitutem dicta sanctorum excerpta in conspectu audientium ea, quibus generaliter Deus dicit: 'Qui est ex Deo, verba Dei audit', quique discipulis suis dixit: 'Qui vos audit, me audit'; et removeat ab omnium audientium interiore cordis auditu obaudiendi duritiam, qui iussit removere a sepulchro Lazari lapidem; et auferat 35 inoboediendi vecordiam, qui olim promiserat per prophetam: 'Auferam a vobis cor lapideum et dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri et faciam, ut in praeceptis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis et operemini', ne eis, quod absit, contempnentibus sanctorum suorum consilia, quibus dixerat: 'Qui vos spernit, me spernit', quod est valde terribile dicat: 'Propterea vos non auditis', id est non oboeditis, 'quia 40 ex Deo non estis'.

(Vgl. Deut. 1, 17. — Act. 4, 20. — Matth. 10, 20. — 1. Tim. 2, 4. Vgl. Matth. 18, 14. — Ioh. 8, 47. — Luc. 10, 16. — Vgl. Ioh. 11, 39. — Ezech. 36, 26, 27. — Luc. 10, 16. — Ioh. 8, 47.)

Et nemo nos execret impudicos[e] de huiusmodi impudicitiis[e], quas verecundae aures erubescendo refugiunt, sermocinantes, quia timore Christi, quem in se locutum fuisse veraciter dixit, Paulus inter alia de talibus disputavit[f], illa, quae ex interrogatis sentire poterimus, nequaquam tacere audebimus, terrente nos eo atque dicente: 'Qui me eru- 45

(Vgl. Eph. 5, 21. Vgl. 2. Cor. 13, 3. — Vgl. 1. Cor. 7. — Luc. 9, 26.)

---

a) *So B; vielleicht statt* petitiones. b) *Erstes* r *übergeschr. B.* c) *Verb. aus* derivamus *B.* d) *Verb., wohl aus* retorqueant *B.* e) im- *verb. B.* f) *Konstruktion fehlerhaft; sinngemäß wohl etwa* disputans.

buerit et meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. 860.

Nemo etiam debet exacerbari audiens turpitudines infirmitatum, quas venenata diabolicae malignitatis calliditas humanae infligit fragilitati, sciens se secundum apostolum circumdatum esse infirmitate et considerans se ipsum, ne forte et ipse temptetur. Neque debet metuere, beato dicente Gregorio in regula pastorali[1], ut, dum aliena temptamenta condescendendo cognoscit, eisdem temptationibus etiam ipse pulsetur, quia et haec eadem, per quam populi multitudo in lutere iubente Domino per Moysen facto diluitur, aqua procul dubio inquinatur. Nam dum sordes diluentium suscipit, quasi suae munditiae serenitatem perdit. Sed haec nequaquam pastori timenda sunt, quia Deo subtiliter cuncta pensante tanto facilius a sua eripitur, quanto misericordius ex aliena temptatione fatigatur. Et tanto alienarum infirmitatum inpuritates et patienter audire et infirmis medicinali consilio, prout cuique expedire viderit, debet modis omnibus subvenire, quanto Deum, ut ipse per prophetam dicit, sustinendo laborare in nostris iniquitatibus et occulta dedecora nostra et ipsarum etiam cogitationum inmunditias conspicere et misericorditer portare diutina expectatione ignorare non potest. Unde sanctus Augustinus in libro quarto contra Iulianum dicit[2]: Nos certe, si eos, in quos nobis potestas est, ante oculos nostros perpetrare scelera permittamus, rei cum ipsis erimus. Quam vero innumerabilia ille permittit fieri ante oculos suos, quae utique si noluisset nulla ratione permitteret? Et tamen iustus et bonus est et, quod post patientiam[a] dat locum paenitentiae, nolens aliquem perire. Quod cur fiat, sanctus demonstrat[3] Gregorius exponens scripturae testimonium: 'Altissimus est enim patiens redditor', quoniam et patitur mala nostra et reddit. Nam quos diu ut convertantur tolerat, non conversos durius dampnat[b].

Vgl. Hebr. 5, 2. — Vgl. Ier. 6, 11. — Eccli. 5, 4.

135.

Hinkmar erstattet auf Anfrage Erzbischof Gunthars von Köln einer Synode ein eherechtliches Gutachten betr. Engeltrud, Gemahlin des Grafen Boso: es habe deren Rückgabe an ihren Gatten zu erfolgen. *Herbst 860.*

Hs.: Paris lat. 2866 Bl. 120—124', 9. Jh. (B), kollat. Laehr.

Drucke: Cordesius (1615) S. 495 (aus B); Sirmond, Hincm. opera II, 669 (ex veteri codice biblioth. Thuanae = B); Labbe-Cossart VIII, 1920; Mansi XV, 589; Migne 126, 154.

Schrörs Reg. 140.

HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS SACRO CONVENTUI[4].

Quidam beato Ambrosio[5] quaedam proposuit, ad quorum solutionem in crastina illum ad ecclesiam invitavit, unde sermonem adoriens 'ad solvendum', inquit, 'debitum creditori meo adveni'. Sed et ego de mihi proposita heri[6] quaestione, cuius solutionem nunc adfero, tunc domno Guntario[7] pro tribus causis respondere non potui, videlicet quia ad

a) *Zwischen* pati *und* entiam *Zwischenraum von etwa 2 Buchst. B.* b) *Später verb. zu* damnat *B.*

1) *II, 5, Migne 77, 34.* 2) *Augustin. contra Iulian. l. V c. 4, Migne 44, 791 f.* 3) *Homil. in evang. XIII, 5, Migne 76, 1126.* 4) *Es ist wohl mit Sicherheit anzunehmen, daß die Synode von Tusey (22. Oktober—7. November 860, vgl. Neues Archiv 26, 627 ff.) Empfängerin dieses Schreibens war. S. zu demselben: Sdralek, Hinkmars von Rheims kanonistisches Gutachten S. 188 ff.; Schrörs S. 206 ff.; Dümmler II², 16 ff.* 5) *Vgl. Ambros. lib. de incarnationis dominicae sacramento c. 1, Migne XVI, 853.* 6) *Für die zeitliche Bestimmung vgl. Schrörs S. 209 und A. 16, auch Sdralek a. a. O. S. 199; Parisot, Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens S. 170.* 7) *Eb. von Köln (850—863).*

860. revertendum iam iamque commovebamur et, quoniam plures viri sapientes in conventu consistunt, quorum quidam certant proponere, quidam autem absolvere, interdum necessitate compulsus tanta velocitate cogor verba confundere potius quam proferre, antequam alius mihi sententiam ab ipsis labiis rapiat, ut nec bucca efferre sufficiat, quod vel Prov. 30, 33. convulsa memoria subministrat. Sed et, sicut scriptum est: 'Qui fortiter premit ubera, 5 exprimit butirum, et qui vehementer emulget, elicit sanguinem', timui, ne, si inconsulte ac praepropere responderem, in carnalem intellectum deciderem, quia occupatum ad alia cor meum me dereliquerat et lumen intellegentiunculae serenum mihi vel mecum Vgl. Ezech. 3, 2. non erat. Quapropter distuli, donec si forte secundum prophetam mitteretur manus, quae me cibaret intellectus volumine; quae videlicet totiens mittitur, quotiens quae ante ne- 10 sciebamus divina nobis gratia revelantur[a] [1].

Qua de re propositionem domni Guntarii praeferamus et solutionem ex largitione divinae gratiae pro[2] captu nostrae intellegentiae referamus. Si, inquit, femina Bosonis[3] ad nos venerit et publice confessa fuerit dicens: 'Mea culpa virum meum adulteravi; quapropter timore mortis perterrita ad vos confugi, qui Dei estis vicarius, ut me et Deo sal- 15 vetis et a morte corporali, quae mihi imminet ex parte mariti mei, me liberetis': utrum debeam illi publicam paenitentiam[b] imponere, quam aut in parrochia mea, in quam confugit, seiuncta a[c] viro suo peragat, aut eam eidem viro suo sub tali conditione reddere debeam, ut nullomodo eam interficiat, sed post paenitentiam illam in coniugio habeat; quam si interfecerit, sciat se ecclesiastica dampnatione[d] plectendum, quoniam nefas est 20 quenquam[e] in publica paenitentia positum a quocumque interfici?

Respondemus: Feminam illam in tua vel alterius cuiusque parrochia natam, baptizatam, nutritam, adultam, facultatum hereditate ditatam Boso ex alia non modo parrochia, verum ex alia provintia natus et per omnia incrementa in perfectum virum perductus sub alterius episcopi cura degens secundum legem divinam et humanam[4] apud 25 eos, quorum[5] intererat, obtinuit, desponsavit, dotavit, publicis nuptiis honoravit et sibi in coniugii copula sociavit et unum corpus unamque carnem secum effecit, sicut scriptum Matth. 19, 5. 6. est: 'Erunt duo in carne una; iam non sunt duo, sed una caro'; et: 'Quod Deus iunxit[f], Vgl. 1. Cor. 7, 5. homo non separet'; nisi forte perpetuo ex consensu propter continentiam, unde tanto coniuncti sunt amplius quanto et spiritalius, aut ad tempus, ut vacent orationi et rever- 30 Vgl. Matth. 5, 32. tantur iterum in id ipsum, ne temptentur a satana propter incontinentiam, aut causa for- Vgl. 1. Cor. 7, 11. nicationis, qua separati aut sic, id est innupti et separati, maneant aut mutuo reconcilientur. Quomodo poteris inferiorem partem corporis hominis illius, qui sub alterius Vgl. 1. Cor. 7, 5. providentia degit, separare et tenere sub paenitentia, quae nec orationi continenter sine 1. Cor. 7, 4. consensu partis superioris vacare potest? 'Mulier enim non habet potestatem corporis 35 1. Cor. 7, 3. sui, sed vir; et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier'. 'Uxori vir debitum red- Vgl. 1. Cor. 7, 5. dere debet, et uxor viro', ut non temptentur a satana propter incontinentiam. Quod qui

135. a) revelatur *B.* b) *Von späterer Hand verb. zu* poenitentiam *(häufig) B.* c) *Übergeschr. B.* d) *Von späterer Hand* p *zwischen* m *und* n *getilgt (häufig) B.* e) *Verb. aus* quequam *B.* f) *Davor Rasur von 1—2 Buchst. B.* 40

1) *Vgl. zu diesem Satz Gregor. I. in Ezechiel. homil. 10, 5, Migne 76, 887.* 2) *Vgl. Konzil von Orléans (533), MG. Conc. I, 62 Z. 3.* 3) *Über den italienischen Grafen Boso und seine Gattin, die Gräfin Engeltrud — nach Hinkmar, De divort. quaest. 5, Migne 125, 754, eine Verwandte König Lothars II. —, vgl. Dümmler II², 16f. und S. 17 A. 2; Parisot a. a. O. S. 165ff.; Poupardin, Le royaume de Provence sous les Carolingiens S. 297ff.* 4) *Zu Hinkmars Auffassung hinsichtlich der rechtlichen Erfordernisse* 45 *der Eheschließung vgl. (auch gegenüber Schrörs) besonders J. Freisen, Geschichte des canonischen Eherechts² (1893) S. 158ff., aber auch etwa R. von Scherer, Handbuch des Kirchenrechtes II, 169. — S. unten Nr. 136 S. 87ff.* 5) quorum — separet *(Z. 29) fast entsprechend unten Nr. 136 S. 92 Z. 29ff., gleichfalls unter Verwertung einer Dekretale Leos I. (s. unten S. 93 Z. 14 und A. 4).*

860.

eorum non fecerit, nisi ex consensu propter Deum dimiserit, parem suum, immo partem corporis sui mechari[a] facit. Si tu huic feminae paenitentiam posueris, quae pars est corporis viri diocesis alterius, sine consensu rectoris et viri, contra regulas ecclesiasticas facis et docente Leone papa[1] honoris communione privaris. Et item: Si huic feminae lege pae-
5 nitentiae manum imponis, et illa membrum caput suum — caput enim mulieris vir — in alteram provintiam secuta fuerit sub providentia alterius praesulis, quis curam de eius accipiet paenitentia? Quis, ut reconcilietur secundum canones, ad eius adtendet[b] lacrimas et confessionem, quam non audivit? Quis ei manum ad reconciliationem imponet sacris regulis decernentibus[2], ut nemo episcoporum sub manu positum alterius sacer-
10 dotis ad reconciliationem suscipiat neque reconciliatum sine litteris vel consensu reconciliatoris recipiat? Et quomodo partem corporis, immo hominem alterius episcopi et parrochiae iudicabis, quin paenitentiali iudicio condempnabis[c], cum scriptum sit, quod sanctus Gregorius hinc in suis decretis exposuit[3]: Si transieris per messem amici tui, fricans confricabis spicas manibus tuis et manducabis, falcem autem non mittas sive falce[d]
15 non metas; id est homines parrochiae alterius verbo praedicationis et exemplo operis — ita tamen, ut non conculces simpliciorem fratrem tuum, ne incidas in ruinam et laqueum, vanam scilicet gloriam diaboli — in corpus Christi, quae est ecclesia, festina traicere, falcem autem iudicii non permitteris mittere vel falce iudicii metere, id est incidere sive abscidere.

Vgl. Deut. 23, 25. Vgl. Luc. 6, 1. Vgl. 1. Tim. 3, 7; 6, 9; auch Is. 8, 14.

20 Et quoniam, sicut ipse Boso dicit, eidem mulieri, quae caro sua est, nullum crimen inpingit, sed non modicam neglegentiam, quia ab eius se subtraxit servitio et, quantum ex ipsa est, illum mechari fecit, contra auctoritatem atque iustitiam eum dimittens et in aliis regnis circiter per triennium inmorans[4], contumax mandatis illius adeo extitit, ut nec compellata per tanta temporum spatia ad eum redierit, pro domni apostolici iussione[5]
25 illi paratus est indulgere, restat, ut rex[6], in cuius regno degit, secundum conscriptionem cyrographi regum nostrorum[7] eam ad viri sui praesentiam adduci faciat, et tu episcopus, in cuius parrochia inmoratur, quia hoc non est regis, sicut sanctus Gregorius de[8] his, qui ad ecclesiam confugiunt, praecipit[9], si exposcit necessitas, securitatem de[10] aequitate sibi servanda apud virum eius expetas et obtineas, et post hoc missus rei publicae viro uxorem
30 fuga lapsam restituat. Qui vir, si sacramentum fregerit et[e] apostolicis monitis[11] inoboediens extiterit, episcopus, ad cuius curam pertinet, canonicum iudicium in illum proinde

---

a) *Von späterer Hand verb. zu* moechari *(häufig) B.* b) *Von späterer Hand verb. zu* attendet *B.* c) *Von späterer Hand* p *zwischen* m *und* n *getilgt (häufig) B.* d) falcem *B.* e) *Verb. aus* e *B.*

1) *Vgl. die freilich nur entfernt anklingende Stelle Codex canonum S. 437 c. 5; Hinschius S. 615*
35 *(J.-K. 402).* 2) *Vgl. can. apostol. 13, Codex canonum, unpagin. Anfang; Hinschius S. 28; Konzil von Nicäa c. 5, Codex Canonum S. 3; Hinschius S. 258. — S. auch Hinschius, Kirchenrecht IV, 758.* 3) *Vgl. Gregor. I. Reg. XI, 56a, MG. Epist. II, 337 (J.-E. 1843), unter Anführung von Deuter. 23, 25.* 4) *Vgl. Brief Nikolaus' I. Nr. 18, MG. Epist. VI, 286 c. 4 (J.-E. 2750):* Bosone proprio viro relicto ecce iam per VII circiter annos hac atque illac vagabunda discurrit *(863). — Schrörs S. 206 A. 2; Dümmler*
40 *II², 17 A. 1.* 5) *Über die Stellungnahme des Papsttums — schon Benedikts III., dann besonders Nikolaus' I. — in der Ehesache Bosos und Engeltruds vgl. MG. Epist. VI, 267f. Nr. 1. 2 (J.-E. 2684. 2685), mit der Vorbemerkung:* Dum idem celebraretur concilium in villa Tusiaco, he epistolae apostolicae directe sunt causa Bosonis et uxoris eius *(Epist. VI, 267 Z. 27ff.); Epist. VI, 285f. Nr. 18 (J.-E. 2750) und namentlich auch Epist. VI, 341f. Nr. 53 (J.-E. 2886).* 6) *Lothar II. (855—869).*
45 7) *Vgl. die Beschlüsse von Koblenz (860) cc. 4. 5, MG. Capit. II, 155, beruhend auf denen von Meersen (851) cc. 4. 5, MG. Capit. II, 73. S. auch Hinkmar, De divort. quaest. 5, Migne 125, 754.* 8) *Cod. Justin. I, 12.* 9) *Vgl. Gregor. I. Reg. VIII, 20, MG. Epist. II, 22 (J.-E. 1508); Reg. X, 17, MG. Epist. II, 252 (J.-E. 1786).* 10) *Vgl. Hinkmar, De divort. interr. 22, Migne 125, 743; quaest. 5, Migne 125, 755.* 11) *S. oben A. 5.*

860. exerat. Si autem mulier confessa vel legaliter de adulterio convicta incolomis evaserit, lege ecclesiastica[1] paenitentiae illam isdem episcopus subigat, quia et mundanis legibus[2] cautum atque usitatum esse dinoscitur, ut mala, quae perpetrantur, in illis locis emendentur, in quibus perpetrata fuisse legaliter comprobantur. Praeter haec nihil mihi videtur agendum, nisi aut domni apostolici monita[3] exequamur aut iudicium incurramus. 5

De sacramento autem, quoniam quasi ad pietatem confugit ecclesiasticam, quia tuum, id est episcopale poposcit auxilium, quod ex inpunitate in membrorum vel vitae, si ita qualitas facti exegerit[a], legali privatione requiris, super id, quod sanctus decrevit[4] Gregorius pro eis etiam, qui ad sacraria sacra confugerint, requirendum, videlicet de aequitate servanda, subtiliter debes perpendere, ne videaris vel dicaris non solum ecclesiae, verum et 10 totius mundi statum et ordinem atque vigorem velle confundere atque destruere et apostolicae atque apostolicorum virorum[b] doctrinae obsistere, qui non solum leges a Christianis regibus promulgatas observaverunt et observantes tradiderunt, verum etiam promulgandas expetierunt[5], sicut in Cartaginensis atque Africani concilii ceterorumque conciliorum canonibus[6] et in decretis apostolicae sedis multotiens reperitur[c]. Unde et sanctus Gre- 15 gorius commonitoria ad Iohannem defensorem[7] et ad alios etiam ex integro de legalibus edictis condiderat et sanctus Gelasius ad imperatorem Anastasium scripsit[8]: Si enim, inquiens, quantum ad ordinem publicae pertinet disciplinae, cognoscentes imperium tibi superna dispositione conlatum, legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistites, ne vel in rebus mundanis exclusae videantur obviare sententiae, quo, oro, te decet affectu eis et convenit oboedire, qui prae- 20 rogandis venerabilibus sunt attributi mysteriis? Et sanctus Leo ad Turbium Asturiensem[d] episcopum scribens[9]: Merito, inquit, patres nostri, sub quorum temporibus haeresis haec nefanda prorupit, per totum mundum instanter egerunt, ut impius furor ab universa ecclesia pelleretur[e]; quando etiam mundi principes ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, ut auctorem[f] eius cum plerisque discipulis legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim omnem curam honestatis 25 auferri, omnem coniugiorum copulam dissociari simulque divinum ius humanumque subverti, si huiusmodi hominibus usquam vivere cum tali professione licuisset. Profuit diu ista districtio ecclesiasticae lenitati, quae etsi sacerdotali contenta[g] iudicio cruentas refugit ultiones, severis tamen Christianorum principum constitutionibus adiuvatur, dum ad spiritale nonnumquam recurrunt remedium, qui timent corporale iudicium. Ex quo autem multas provintias hostilis occupavit irruptio et exe- 30 cutionem legum tempestates interclusere bellorum, ex quo inter sacerdotes Dei difficiles commeatus et rari coeperunt esse conventus, invenit ob[h] publicam perturbationem secreta perfidia libertatem et ad multarum mentium subversionem his malis est incitata, quibus debuit esse correcta.

Lege librum XVI. legis Romanae[10], lege decreta Damasi, percurre Leonis epistolas[11]

---

a) *Verb. aus* exigerit *B.* b) *Erstes* r *auf Rasur B.* c) *Vor* p *ein Buchst. rad. B.* d) Asturiencem *B.* e) -retur *auf Rasur B.* f) em *auf Rasur B.* g) continentia *B.* h) hoc *B.* 35

1) *Vgl. Hinschius, Kirchenrecht IV, 758.* 2) *Vgl. Kapitulare von Meersen (851) c. 5 (= Kapitulare von Koblenz (860) c. 5), unten S. 87 Z. 29 f.* 3) *S. oben S. 83 A. 5; auch Z. 30.* 4) *Vgl. oben S. 83 A. 9 und 10. Gregor I. spricht an der einen Stelle (X, 17) davon, daß den in die Kirche Geflohenen* sacramento *versprochen würde:* de servanda lege et iustitia. 5) *Vgl. Hinkmar, De divort. interr. 5, Migne 125, 652.* 6) *Vgl. conc. African. c. 25—30, Codex canonum (1609) S. 226 ff. (= Migne 67, 201 f. c. 58—63); diese Kanones enthalten Bitten an die Kaiser, gewisse Mißstände gesetzlich zu beseitigen.* 7) *Reg. XIII, 50, MG. Epist. II, 414 ff. (J.-E. 1912). Dieses Schreiben enthält beinahe ausschließlich Exzerpte aus der kaiserlichen Gesetzgebung. Es wird von Hinkmar in ähnlichem Zusammenhange in 'De divort.' interr. 5 angeführt (Migne 125, 652); vgl. auch oben Nr. 108 S. 54 Z. 8 ff.* 8) *Thiel, Epist. Romanor. pontif. gen. I, 351; Hinschius S. 639 (J.-K. 632).* 9) *Hinschius S. 592 (J.-K. 412).* 10) *Gemeint Codex Theodosian. lib. 16. Vgl. außer Schrörs S. 413 f. A. 122 besonders M. Conrat, Neues Archiv 24, 351 und A. 5.* 11) *Damasus und Leo I. in entsprechendem Zusammenhange von Hinkmar in 'De divort.' interr. 5, Migne 125, 652, zitiert.* 40 45

860.

et ceterorum pontificum de diversis conciliis ad imperatores transmissas[a], revolve augustorum edicta de haereticis ad petitionem pontificum promulgata, scrutare caesarum nostrorum capitula et invenies, quantum profuerit atque prosit[1] legum severitas non solum ecclesiasticae lenitati, verum totius Christianitatis optandae paci et colendae tranquillitati. 5 Sapientia namque, videlicet Christus Dei virtus et Dei sapientia, dicit: 'Per me reges regnant, et conditores legum iusta decernunt'; et apostolus: 'Lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum'. Unde Ambrosius[2]: Mandatum legem intellegi evangelicus sermo testatur; ait enim: 'Si vis venire ad vitam, serva mandata'. Et item apostolus: 'Lex propter transgressiones posita est'; et: 'Lex non est posita iustis, sed iniustis et non subditis, 10 impiis et peccatoribus, sceleratis, contaminatis, patricidis et matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, et si quid aliud sanae doctrinae adversatur'. Et item[3]: 'Nam qui principantur, non sunt timori bonis operibus, sed malis'. Unde Ambrosius: Principes hos reges dicit, qui propter corrigendam vitam et prohibenda adversa creantur, Dei habentes imaginem, ut sub uno sint ceteri. Et item apostolus: 'Vis autem non timere 15 potestatem? Bonum facito et habebis laudem ex illa'. Hinc idem doctor: Laus et a potestate tunc surgit, cum quis innocens invenitur. 'Dei enim minister est tibi in bono'. Manifestum est ideo rectores datos, ne malum fiat. 'Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat', hoc est, ideo comminatur, ut, si fuerit contemptus[b], vindicet. 'Dei enim minister est, vindex in ira in[c] eum[c], qui male agit'. Quoniam futurum iudicium Deus statuit et nullum perire vult, huic saeculo rectores 20 ordinavit, ut[d] terrore interposito hominibus velut pedagogi sint erudientes illos, quid servent, ne in paenam incidant futuri iudicii. 'Ideoque subditi estote non solum propter iram', id[4] est ultionem praesentem[4], 'sed etiam propter conscientiam'. Recte dicit subiectos debere esse non solum propter iram, id est ultionem praesentem — parit enim vindictam[e] —, sed propter futurum iudicium, quia, si hic evaserint, illic eos paena expectat, ubi accusante ipsa conscientia punientur.

Prov. 8, 15. Rom. 7, 12. Vgl. Matth. 19, 17. Gal. 3, 19. 1. Tim. 1, 9. 10. Vgl. Rom. 13, 3. Rom. 13, 3. Rom. 13, 4. Ebenda. Ebenda. Rom. 13, 5.

25 Et sanctus Cyprianus in nono abusionis gradu dicit[5], quia regem non iniquum, sed correctorem iniquorum[f] esse oportet. Et item ibi inter cetera[6]: Debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere[g], parricidas et periurantes non sinere vivere, filios suos non sinere impie[h] agere. Et beatus Iohannes Crisosthomus in omelia XVI. Matthei[i] evangelistae[7]: 'Audistis', inquit Dominus, 'quia dictum est antiquis: Oculum pro oculo, dentem pro dente'. Non enim, ut nobis 30 vicissim effoderemus oculos, sanxit hanc legem, sed ut metu, quo ab alio istud timemus pati, ipsi quoque tale quippiam caveremus admittere, ut et qui ipso voluntatis bono nollent a crudelitate desinere, saltem[k] metu cogerentur oculis parcere[l] proximorum. Si vero illud crudele dicitur, et homicidam et adulterum coerceri[m] crudele dicatur. Sed insipientium omnino ista verba sunt et extremo furore dementium. Ego enim adeo metuo dicere haec esse crudelia, ut his contraria[n] etiam iniqua 35 perdoceam, quod certe communis quoque ratio deprehendit. Tu enim dicis, quia oculum pro oculo iussit auferri, idcirco crudelis; ego autem refero, quia, nisi praecepisset istud, tunc vere apud plurimos talis fuisset, qualem tu eum falso esse conquereris[o]. Denique sermone fingamus omnem legem esse dissolutam nec quemquam pro huiuscemodi factis formidare supplicium, sed cunctis prorsus malignis

Matth. 5, 38.

a) transmisas *B.* b) contentus *B.* c) *Von späterer Hand am Rande nachgetr. B.* d) *Fehlt B.* 40 e) *Verb. aus* vindicta *B.* f) *Verb. aus* inquorum *B.* g) *Danach Zwischenraum von einer halben Zeile (Rasur) B.* h) impię *B.* i) *Verb. aus* Mathei *B.* k) *Verb. aus* saltim *B.* l) *Verb. aus* parce *B.* m) h *zwischen* o *und* e *rad. (häufig) B.* n) *Verb. aus* contrari *B.* o) conquireris *B.*

1) *S. oben S. 84 Z. 27 f.* 2) *Comment. in epist. ad Roman. VII, 12, Migne XVII, 115 f.* 3) *Das Folgende (bis* punientur, *unten Z. 24) nach Ambros. comment. in epist. ad Roman. XIII, 3—5,* 45 *Migne XVII, 171 f.* 4) id — praesentem *hier wohl versehentlich vorweggenommen: s. unten Z. 23.* 5) *Ps.-Cyprian. de duodecim abusivis saeculi c. 9, Corp. Vindob. III, 3 S. 166.* 6) *A. a. O.* 7) *Vgl. Migne, Patr. graec. 57, 245 ff. — Die von Hinkmar benutzte lateinische Übersetzung ist nicht ermittelt.*

860. licere uti moribus suis et adulteris et homicidis[a] et furibus et periuris et parricidis: nonne sub hac licentia omnia pariter una confusio iniquitatis involveret? Nonne mille sceleribus et caedibus urbes, fora, domus, maria totusque omnino mundus fuisset impletus? Nam si legibus certe dominantibus et vigente comminatione atque terrore vix tamen voluntates cohibentur malignae, si etiam hoc praesidium defuisset, quanam posset malitia ratione frenari? Aut quae non[b] in vitam hominum pestis 5 irrueret? Nec tamen solum istud crudele est, permittere scilicet malis agere quae velint, sed aliud quoque isto certe nihil minus, id est laesum et inmerito adflictum neglegere atque despicere? Dic enim mihi, si quis feros homines ac semper malignos in unum colligens gladiis armaret totamque circumire civitatem iuberet atque obvios sibi quosque confodere, quid tandem hoc esset[c] inmanius? At si alius eos quidem, qui ab illo armati essent, ligaret violenterque constringeret, eos vero, qui 10 interimendi erant, ab iniquis illis manibus liberaret, quid e regione isto inveniretur humanius? Haec igitur etiam ad legum[d] transfer exempla. Quae enim oculum pro oculo effodere praecepit, timorem quasi carnificum peccatoribus inmittens, illius similis invenitur, qui illos, quos dixi, cohibuit armatos. Qui vero nullam omnino paenam decrevit nocenti, sed armasse tibi iniquitatem videtur eumque imitatum fuisse, qui sceleratos illos gladiis instruxit hincque totius civitatis inmisit exitium, videsne, 15 quemadmodum non solum nullius crudelitatis, verum etiam maximae pietatis sunt illa praecepta? Et in epistolis beati Gregorii idem competenti ultione plectendis maleficis et iniquis saepenumero qui legere voluerit invenire valebit.

Unde, frater carissime, collige, quia contra haec agere aut exigere non solum est pietatis iura confundere, verum et sacerdotali innocentiae ac puritati detractionis molestias 20 (Rom. 1, 32.) inportare et derogationis blasphemias inrogare. Dicent enim maliloqui: Paulus dicit: 'Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus digni sunt morte', iste iniquos coer- (Ps. 49, 16—18.) ceri non sinit. Unde et Dominus per psalmistam tali sicut iste est sacerdoti: 'Quare', inquit, 'tu enarras iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, currebas cum fure et cum adulteris portionem tuam ponebas'. Non 25 enim foveret malos[e], si bonum diligeret, sed diligens hominem et odiens vitium, quod (Vgl. Prov. 8, 15.) suum est, ageret et, quod a Deo per conditores legum iusta decernentes decretum est, non oppugnaret. Et iniquae[f] mulieres ac perversi homines inquient: Faciamus quod volumus et adeamus ecclesiam vel episcopum et erimus inpuniti. Hinc namque vituperabitur ministerium nostrum et erimus contemptibiles, ut videlicet legalem iustitiam iniustis a 30 Domino positam contempnentes, quia unaquaeque[g] lex iusta crimen non habet, ne sit iniusta, et tamen criminosum punit, ut vere sit iusta. Et e regione quidam iactabunt: (Vgl. Eccle. 7, 17. Vgl. Matth. 5, 7. Iac. 2, 13. Ebenda.) Scriptura dicit: 'Ne sis multum iustus'. 'Beati quoque misericordes'; et: 'Iudicium illi sine misericordia, qui non facit misericordiam'; et: 'Superexaltet iudicium misericordia'; (Ioh. 8, 11.) et Dominus adulterae: 'Nec ego te condempnabo. Vade et amplius noli peccare'. Et tu, 35 (Vgl. Luc. 1, 78; Col. 3, 12.) sacerdos, cui misericordiam nisi misero debes inpendere, et illi claudis non miserendo misericordiae viscera, qui in eum liber es a punitione? Quam utriusque partis derogationem erga sacris mysteriis servientes provide atque discrete cavens beatus[1] Gregorius ad Leontium exconsulem scribit[2]: Debet, inquiens, gloria vestra meminisse, quia numquam meas epistolas pro commendatione alicuius accepit, nisi ut protectionem vestram favente iustitia praestaretis. Quia 40 turpe[3] est defendere quod prius non constiterit iustum esse. Ego quidem homines propter iustitiam diligo, non autem iustitiam propter homines postpono. Et[4] ad Romanum defensorem[h] [5]: Patrocinia

a) *Verb. aus* homicidii *B.* b) *Übergeschr. B.* c) *Verb. aus* esse *B.* d) u *verb. B.* e) ma- *auf Ras.; folgt Ras. von etwa 4—5 Buchst. B.* f) iniqua *B.* g) *Verb. aus* unaquaque *B.* h) -so- *auf Ras. B.*

1) *Das Folgende (bis* postpono, *unten Z. 42) ebenso verbunden bei Hinkmar in 'De divort.' interr. 22, Migne 125, 739.* 2) *Reg. XI, 4, MG. Epist. II, 262f. (J.-E. 1794).* 3) *A. a. O., Epist. II, 263f.* 4) *Das Folgende (bis* rationem, *unten S. 87 Z. 10) wörtlich aus Hinkmar, De divort. interr. 22, Migne 125, 740.* 5) *Gregor. I. Reg. IX, 79, MG. Epist. II, 95 (J.-E. 1604).* 45

ecclesiastica, sive meam suscipiatis scripturam, etiam et minime fuerint directa, sub tanto moderamine debeatis inpendere, quatenus, si qui furtis[a] publicis inplicati sunt, a nobis non videantur iniuste defendi, ne opinionem male agentium ex indiscretae[b] defensionis ausu in nos ullo modo transferamus, sed quantum decet ecclesiam admonendo, verbum intercessionis adhibendo quibus valetis succurrite, ut et illis opem feratis et opinionem sanctae ecclesiae non inquinetis. Sed[1] et de his, qui ad septa ecclesiae et etiam ad ipsa sacraria confugerint sanctuarii, ad Iohannem[2] episcopum Caralitanae civitatis scribit[3]: Si, inquiens, de quibus est quaestio[c], ad ecclesiam fortasse refugerint, ita debet causa disponi, ut nec ipsi violentiam patiantur nec hi, qui dicuntur oppressi, dampna sustineant. Curae ergo vestrae sit, ut eis sacramento ab his, quorum interest, de servanda lege et iustitia promittant et per omnia commoneantur exire atque suorum actuum reddere rationem. — 860.

Haec, domni[d] et fratres, rogatus vobis audientibus a suprascripto venerabili consacerdote nostro sapientiae vestrae deposui. Quae si illi ad interrogationem suam non videntur sufficere, plura hinc poterit in sanctorum paginis legere et a nostra mediocritate in solutionibus quaestionum, de quibus ab aliis interrogatus sum, vicesimae secundae[4] et vicesimae octavae[5] latius invenire.

Quoniam quidem supra[6] cyrographi regum nostrorum memoriam feci, quae de his ibidem constituta sunt, hic subnectere procuravi[7]: Et quia per vagos et tyrannica[e] consuetudine inreverentes homines pax et quies[8] regni perturbari solet, volumus, ut, ad quemcumque nostrum talis venerit, ut[f] de his, quae[f] egit, rationem et iustitiam subterfugere possit, nemo ex nobis illum[g] ad aliud recipiat vel retineat, nisi ut ad rectam rationem et debitam emendationem perducatur. Et si rationem rectam subterfugerit, omnes in commune, in cuius regnum venerit, illum persequamur, donec aut ad rationem perducatur aut de regno deleatur. Similiter et de eo agendum est, qui pro aliquo capitali et publico crimine a quolibet episcopo corripitur vel excommunicatur aut ante excommunicationem crimen faciens regnum et regis regimen mutat, ne debitam paenitentiam suscipiat aut susceptam legitime peragat, interdum etiam incestam propinquam suam aut sanctimonialem vel raptam sive adulteram, quam illic ei non licebat habere, fugiens secum ducit. Hic talis, cum episcopus, ad cuius curam pertinebit, nobis[h] notum[h] fecerit, diligenter perquiratur, ne morandi vel latendi locum in regno alicuius nostrum inveniat et Dei ac nostros fideles suo morbo inficiat, sed a nobis vel per ministros rei publicae constringatur et, ut simul cum diabolica praeda, quam secum duxit, ad episcopum suum redeat et de quocumque crimine publico debitam paenitentiam suscipiat aut susceptam legitime peragere compellatur.

136.

Hinkmar erstattet den Erzbischöfen Rudolf von Bourges und Frotar von Bordeaux und dem ganzen aquitanischen Episkopat im Anschluß an die Beratungen der Synode von Tusey (Okt.—Nov. 860) ein Rechtsgutachten über die Eheangelegenheit des Grafen Stephan von Auvergne. *Ende 860.*

Hss.: Berlin Phill. 1769 Bl. 39—58', 9. Jh. (B), kollat. Ertl; Schlettstadt 99 Bl. 196'—205', 11. Jh. (C), unvollständig, vgl. unten S. 100 Var. m, kollat. Laehr; Florenz Bibl. Nazion. B. 3. 1122 Bl. 85'—93,

---

a) *Verb. aus* furti *B.* b) *Nachgetr. B.* c) questio *B.* d) *Von späterer Hand verb. zu* domini *B.* e) -ca *übergeschr. B.* f) ut—quae *übergeschr. B.* g) *Übergeschr. B.* h) *Auf Ras. B.*

1) *S. oben S. 86 A. 4.* 2) *Richtig:* Ianuarium. 3) *Reg. X, 17, MG. Epist. II, 252 (J.-E. 1786).* 4) *De divort. interr. 22, Migne 125, 738 ff.* 5) *De divort. quaest. 5, Migne 125, 754 ff.; bei Durchzählung der bis Nr. 23 reichenden 'interrogationes' wäre es in der Tat die 28. Frage.* 6) *Vgl. oben S. 83 Z. 25 f.* 7) *Kapitulare von Meersen 851 cc. 4—5, MG. Capit. II, 73.* 8) *So in c. 4 von Meersen 851, a. a. O.; dagegen in dem abgeleiteten c. 4 von Koblenz 860, MG. Capit. II, 155:* tranquillitas.

860. *12. Jh. (D), mit einigen Lücken, kollat. Perels; Fleury verschollen; Paris lat. 10 402 Bl. 155 ff., 17. Jh., am Rande eine Kollation; dazu die Bemerkung: 'Contuli cum cod. Floriac.' (s. oben Z. 1), vgl. Hampe, Neues Archiv 23, 635.*

*Kanonessammlungen: Ivon. Decr. VIII, 194; Ivon. Pan. VI, 117; Decr. Grat. c. 4 C. 33 q. 1 (*Si per sortiarias — reconciliari nequibunt, *vgl. unten S. 105 Z. 8 f.—20).*

Drucke: Sirmond, Conc. Gall. III, 173 (nunc primum in lucem edita ex codice Floriacensi — vgl. oben Z. 1 f. — et aliis; Varianten berücksichtigt); Sirmond, Hincm. opera II, 647; Labbe-Cossart VIII, 716; Mansi XV, 571; Migne 126, 132.

Schrörs Reg. 142.

HINCMARUS NOMINE[a] NON[a] MERITO[a] REMORUM EPISCOPUS AC[b] PLEBIS DEI FAMULUS REVERENTISSIMO[b c] BITURIGENSIUM[c d] ARCHIEPISCOPO ET[e] CARISSIMO FRATRI RODULFO[e 1] ET FROTARIO AMABILI[f] FRATRI ET HONORABILI[f] BURDEGALENSIUM ARCHIEPISCOPO[2] CUM OMNIBUS PROVINTIARUM[g] VESTRARUM[g] EPISCOPIS VENERABILIBUS[h] PLURIMAM OPTAT[i] IN[i k] SALVATORE[i k] SALUTEM[k 3].

Nuper synodo[1] episcoporum XIIII provintiarum, Lugdunensium videlicet, Rotomagensium, Turonensium, Senonum[m], Viennensium, Arelatensium, Vesontionensium, Mogontinensium[n], Agrippiniensium[o], Trevirorum, Remorum, Biturigensium, Burdegalensium, Narbonensium apud Tusiacum villam Tullensis parrochiae[p] anno incarnationis dominicae DCCCLX.[q] indictione[r] VIIII. mense Novembrio habitae[r s 4] delatae sunt litterae querelam Regimundi[t] comitis[5] adversus Stephanum[u 6] deponentes[v], quia videlicet isdem Regimundus[w] filiam suam praefato Stephano legaliter ad coniugii copulam dederit, sed ipse[x] non[x] illa[x] utatur[x] ut coniuge, eo quod, ut fatetur, cum aliqua eiusdem puellae propinqua quondam carnali commertio se miscuerit, sed cum qua vel quam proxima adfinitate coniuncta, indicare non velit[y]. Hic litterarum sensus, si[z] rite remetior, quarum verba non teneo[z], constitit[a] in synodo recitatus. Unde licet talis accusatio[b] non mereretur synodale[c] optinere responsum — quia nemo quemquam per scripturam absens potest regulariter accusare et, si legaliter filiam suam alteri nuptum[d] tradidit, eam a sua potestate emisit[e], pro qua ex hoc negotio, quod forte utrum ita[f] an non[g] sit latere poterat aut aliter quam sit[h] dictum[h] interpretari, illum, cui eam tradidit, canonice accusare non potest[i]; qua de re accusationem sive interpellationem adversus maritum suum, si necessitas postulat, uxor debet conserere, consilium autem pater debet pro illa exinde quaerere vel correctionem viri eius suadendo vel suggerendo modis quibus potuerit agere[k] et[k] ipse[k] satis —, sed quoniam haec ratio per tres circiter annos a plurimis ventilatur et ambo viri nobiles et inlustres et iuxta saeculi dignitatem potentes, si inter se hinc[l] diutius dissident, maximum scandalum in ecclesia et detrimentum in regno ob hoc accidere poterit et quia isdem Stephanus ibidem in domni[m] regis[7] erat obsequio, visum est synodo, ut eum accersiret et, quid de his diceret, per ipsum rescire curaret. Vocato autem ut haec relata fuere, post quaedam suae responsionis obloquia petiit, ut tan-

136. a) *Fehlt D.* b) ac—reverentissimo *fehlt D.* c) *Umgestellt C.* d) Bituricensium *D, Sirm.;* Bituriensium *C. Davor:* Rodulfo *D.* e) et — Rodulfo *fehlt D.* f) amabili — honorabili *fehlt D;* amabili *fehlt Sirm.* g) vestrarum provintiarum *D.* h) *Fehlt D.* i) *Fehlt D.* k) *Umgestellt C.* l) *Davor:* in *D.* m) *Fehlt C.* n) Magocinensium *C.* o) Agrippinensium *D.* p) provintię *D.* q) DCĈCLX̂ *D.* r) indictione — habitae *fehlt D.* s) habita *Sirm.* t) Ragimundi *D.* u) *Aus* Stephano *verb. C.* v) depromentes *Sirm.* w) Ragimundus *D.* x) ille non utatur illa *D.* y) vult *D.* z) si — teneo *fehlt D.* a) constat *C.* b) excusatio *C.* c) synodalem *B;* synodaliter *Sirm.* d) nuptam *C.* e) dimisit *Sirm.* f) *Übergeschr. C.* g) *Fehlt C.* h) dictum sit *D.* i) poterat *Sirm.* k) et ipse agere *C, Sirm.* l) *Fehlt D.* m) *Fehlt D.*

1) *840/841—866, vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux II², 31.* 2) *860—876, vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux II², 62.* 3) *Vgl. Schrörs S. 211 ff.; Dümmler II², 98.* 4) *Vgl. Werminghoff, Neues Archiv 26, 627 f.* 5) *Ob dieser Regimund mit dem bekannten Grafen von Toulouse gleichen Namens identisch ist, bleibt unsicher.* 6) *Graf von Auvergne († 864).* 7) *Karls des Kahlen.*

tummodo cum episcopis sibi loqui liceret. Et recedentibus aliis quae sibi visa fuerunt episcopis intimavit. Cui inter cetera dixerunt episcopi, quia de talibus, ex quibus Regimundi [a] locutae sunt litterae[b] et quae per omnium pene ora in regnis plurimis ventilantur[c], ei non[d] secretum dare consilium neque privatum decernere possent iudicium. Quapropter 5 et ipse, quod hinc apud se erat, in omnium dixit velle venire notitiam et necessarium optinere consilium et salubre sibi decerni iudicium: vellet tamen prius, ut synodus patienter eius audiret sententiam et tunc demum sibi donaret consilium et promulgaret iudicium[1]. 860.

Et ut personam illius inducamus loquentem: 'Ut[e] adsolet', inquiens Stephanus[e], 'in fragili iuventutis aetate cum quadam femina iuvene mihi convenit. Sed et quando 10 tempus mihi advenit, ut more[f] praedecessorum[f] meorum[f] legitimum coniugium peterem, una cum consensu parentum et amicorum meorum ipsius Regimundi[g] ut[h] nobilis[h] viri[h] filiam meis natalibus competentem apud eum in coniugem legaliter petii et optentam legaliter desponsavi. In me autem reversus et[i] sciens, quid[k] fecerim, ad confessorem meum perrexi et consilium eius quaesivi: ut, quoniam iuvenis femina, cum qua carnali com- 15 mercio mixtus[l] fueram, propinqua istius puellae extitit, et audieram, quod a[m] quarto genu et in reliquum pertinentes[n] sibi copulari[o] valerent[2], utrum cum hac desponsata[p] mihi[p] puella[p] sub paenitentia occulte manens sine mea et ipsius aeterna dampnatione in conubio illam mihi potuissem coniungere. Qui ostendit mihi librum, quem[q], ut spero, canones[3] appellavit[q], et legit coram me, quoniam, quamdiu potest adfinitatis propinquitas computari, 20 mihi nec cuiquam Christiano cum cognata sua vel quam cognatus habuit vel cum duabus cognatis salubriter liceret coniungi[r] et, quamdiu in tali incestu maneremus, nec ego nec illa fructuosam paenitentiam agere possemus neque talis incestus nisi separatione nostra ab invicem sanari valeret. Interea accidit discordia inter domnum regem seniorem meum et meam iuventutem, in tantum, ut in illo regno solide non possem[s] subsistere. Propterea 25 ex utraque parte constrictus nec frangere desponsalia[t] potui nec eandem sponsam meam in coniugem ducere ausus fui, ne cum discordia senioris mei etiam ipsius Regimundi[u] et[v] nobilium parentum eius[v] accumularetur discordia et sic aut de regno funditus pellerer aut, si in regno manere vellem, occumberem. Et idcirco per duo placita subterfugi, ne[w] sponsam meam in coniugem ducerem. Tandem autem necessitate compulsus, quia causa 30 mihi de vita instabat, dotavi eam et publicis nuptiis honoratam accepi. Sed ne illam, quae sana[x] adhuc[x] erat, mecum perderem et mihi cumulatius perditionem adquirerem, intactam hactenus conservare disposui. Et quoniam ita se rationis veritas per omnia habeat et non dolo neque odio sive[y] despectu[z] alicuius aut amore feminae alterius, nisi sicut vobis modo Deo teste narravi, haec[a] egerim, qualicumque modo vobis placet, per me ipsum 35 et[b] per[b] parentes atque amicos seu fideles meos hoc vobis verum esse sacramento vel alio

Vgl. Luc. 15, 17.

---

a) Ragimundi *D.* b) lite *C.* c) *Verb. aus* ventilatur *C;* ventilentur *Sirm.* d) nec *D.* e) Inquit Stephanus: Ut adsolet *D.* f) praedecessorum meorum more *D.* g) Ragimundi *D.* h) *Von gleichz. Hand a. R., darüber von anderer Hand:* ut nobilissimi viri *C; fehlt D.* i) *Fehlt C.* k) quod *C.* l) commixtus *C.* m) et *C.* n) pertinens *B.* o) non *hinzugefügt C, Sirm.* p) puella mihi 40 desponsata *D.* q) quem — appellavit *fehlt; statt dessen:* canonum *D.* r) coniungere *C.* s) posse *B.* t) sponsalia *D.* u) Ragimundi *D.* v) et — eius *fehlt D.* w) nec *B.* x) adhuc sana *C, Sirm.;* adhuc *von gleicher Hand übergeschr. D.* y) sui ue *C.* z) dispectu *B.* a) hoc *Sirm.* b) per quod *C.*

1) *Zu der in der eherechtlichen Literatur vielfach erörterten, aber keineswegs einheitlich beurteilten Wertung der Stellungnahme Hinkmars in den einschlägigen Fragen vgl. die Hinweise oben S. 82 A. 4.* 45 2) *Vgl. unten S. 96 Z. 3 ff.; zur Sache Schrörs S. 211 f. A. 24; Freisen, Geschichte des canonischen Eherechts² S. 415.* 3) *Vgl. zu Z. 19 Bonifatius-Briefe Nr. 26, MG. Epist. sel. I, 45 (Gregor. II., J.-E. 2174); zu Z. 20 Decr. Gregor. II. c. 9, Codex canonum (1609) S. 611; Hinschius S. 754; zu Z. 22 f. Konzil von Agde (506) c. 61, Hinschius S. 336 = Konzil von Epaon (517) c. 30, MG. Conc. I, 26.*

860. quolibet conveniente modo demonstro[a] et, si vultis ac[b] quaeritis[b], quantoscumque servos meos decernitis[c], inde in iudicium mitto et, quale[d] consilium mihi inde secundum Deum ad meam salutem et secundum saeculum ad competentem honorem et ad pacificationem Regimundi[e] et ad salvamentum et honorem ipsius puellae dederitis, paratus sum in omnibus quibus valuero oboedire'. 5

Auditum autem eum synodus iussit secedere. Et dicentibus singulis, prout cuique visum fuit, decretum est[f], ut vos, conprovintiales[g] archiepiscopi, cum coepiscopis vestris in regni illius convenienti loco et tempore synodum condicatis et placitum[h] fiat, ubi princeps[1] cum primoribus terrae intersit — ne[i], quod absit, ex utraque parte cum parentum et amicorum auxilio inlustres isti[k] viri[k] convenientes operante diabolo seditiosus valeat exoriri 10 tumultus[i] — et hanc causam rex cum viris nobilibus inter viros nobiles pacificare procuret, vos autem episcopali auctoritate et canonica diffinitione eam dirimere et ad debitum atque[l] salubrem terminum studeatis perducere. Revocato autem Stephano condicio ista illi proposita et ab eo est gratissime acceptata[m]. Huius autem[n] rei modum[o] et ordinem diffinitionis[p], quoniam[q] pusillitas[r] intellegentiunculae meae, quid exinde sentiret, iussa 15 synodo suggerere[s] studuit, communi consensu sanctae unanimitati complacuit, ut ea litteris commendaret et[t] sapientiae vestrae, sicut tunc fuerunt in concilio acceptata, transmitteret. Et[t] idcirco non quasi nescientibus haec, quae sequuntur, vobis necessaria nec[u] ut arrogans mihi auctoritatem specialis scientiae vel iactans diffinitionis audaciam, sed ut ecclesiae ac vester omnium videlicet servorum Domini servus et plebis dominicae fa- 20 mulus, quamquam non ut debui, tamen ut potui, devotionis oboedientia colligere et collecta[q] vobis transmittere procuravi[v]. In quibus nihil[w] de civili iudicio, cuius cognitores non debemus esse episcopi[x], ponere, sed quae ecclesiasticae[y] diffinitioni noscuntur competere, quantum[z] occurrit[z] memoriae[z], breviter[a] studui[a] adnotare[a].

Ordinem[b] iudicii de nondum sponte confessis vel aperte convictis[2], quoniam aliter 25 nemo, ut Leo papa decernit[3], potest regulariter iudicari, sanctus Gregorius in commonitorio ad Iohannem defensorem demonstrat dicens[4]: Primum ut iudicium ordinabiliter fiat, quatenus sint alii accusatores et alii testes; deinde ut causarum qualitas, si digna exilio vel condemnatione sit, exploretur et praesente eo, qui accusatur, sub iureiurando contra eum testimonium proferatur et scriptis actuum inseratur et accusatus licentiam respondendi et defen- 30 dendi se habeat. Sed et de personis accusantium et testificantium subtiliter est quaerendum, cuius conditionis cuiusve opinionis aut ne inopes sint[c] aut ne forte aliquas[d] contra accusatum inimicitias habeant, et utrum testimonium ex auditu dixerint aut certe specialiter se scire testati sint[e], et ut scriptis iudicata partibus praesentibus sententia recitetur, et sic omnia sollemniter roborentur.

a) demonstrabo *Sirm.* b) *Fehlt D.* c) *Fehlt D.* d) qualem *B.* e) Ragimundi *D.* 35 f) autem est *C.* g) cumprovinciales *C.* h) placidum *C.* i) ne — tumultus *(Z. 11) fehlt D.* k) viri isti *C.* l) et ad *C.* m) accepta *Sirm.* n) *Fehlt D.* o) nodum *C.* p) *Von gleicher Hand übergeschr.:* canonicę *D.* q) quoniam — collecta *(unten Z. 22) fehlt; statt dessen:* in sinodo recitatum et acceptatum et litteris commendatum *D.* r) pusillita *C.* s) suggere *C.* t) et — acceptata, transmitteret. Et *von gleichz. Hand a. R. C.* u) *Fehlt C.* v) curavi *D.* w) *Fehlt D.* x) nichil *hier eingefügt D.* y) eccalasticę *C.* z) *Fehlt D.* a) studui et breviter adnotare. *D.* b) *A. R. rot von and. Hand:* cap. I. De ordine iudicii *B; Überschrift:* Incipit rei gestę diffinitio et iudicium *D.* c) *Verb. statt* sunt *D.* d) aliquis *B.* e) sunt *D.*

1) *Vgl. auch unten S. 106 Z. 27; S. 107 Z. 6.* 2) *Vgl. auch Hinkmar, De divort. interr. 5, Migne 125, 653 D. 655 C sowie Synode von Verberie (853), MG. Capit. II, 422 Z. 32f.;* sponte confessi 45 *auch in dem hier zitierten Schreiben Gregors I., MG. Epist. II, 411 Z. 1 (J.-E. 1912).* 3) *Hier wie unten S. 91 Z. 22 wird anscheinend bereits auf den später (s. unten S. 92 Z. 8 ff.) im Wortlaut angeführten Brief Leos I. Bezug genommen, dessen Heranziehung Schrörs S. 220 A. 71 mit Recht „sehr verfehlt" nennt.* 4) *Reg. XIII, 47, MG Epist. II, 411 (J.-E. 1912).*

De[a] manifesta autem et nota plurimis causa vel quae ita confitetur[b] ut ista, si tamen ita[c] et[c] puella[c] dixerit, ut Stephanus profitetur, quia saepe inter masculos audimus et feminas, quia quod alter dicit, alter saepenumero denegat: non sunt quaerendi testes, ut sanctus Ambrosius in[d] epistola ad Corinthios[e] dicit[1], de fornicatore[f] exponens[f] sententiam[f] apostoli[d]: Iudicis, inquit[g], non est sine accusatore damnare, quia et Dominus Iudam, cum fur esset, quia non est accusatus, minime abiecit, cognito opere isto pellendum illum fuisse de coetu fraternitatis; omnes enim crimen eius sciebant et non arguebant. Publice enim novercam suam loco uxoris habebat. In qua re neque testibus opus erat neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen. Et[h] paulo post[2]: Absens facie, praesens autem auctoritate spiritus, qui nusquam abest, iam iudicavi ut praesens eum, qui hoc admisit[h].

860. — Vgl. 1. Cor. 5, 3.

Quapropter[i] necesse est, ut Stephanus puellam adducat ad synodum et pater ipsius puellae veniat et interrogetur puella, si verum est, quod Stephanus dicit se illam hactenus servasse intactam. Et quoniam[k] de altera femina audivimus, quia volens liberari a coniuge persuasa super se aliqua, quae non erant[l], ut fertur, iam[m] dixerit[k], debita ei libertas tribuatur et periculum indicetur, ne persuasa pro veritate mendacium fateatur[n]. Et si dixerit ita ut Stephanus, tunc, si necesse fuerit, credulitas rationi et auctoritati conveniens sacramento[o] exinde suscipiatur vel per convenientem personam satisfactio, si ita necessitas exigit, iudicio expetatur[p], quia non pro dolo neque pro alia qualibet causa Stephanus se a carnali copula puellae huius subtraxerit nisi pro ea, quam[q] ipse synodo indicavit, videlicet[r] quia cum puellae sibi desponsatae consanguinea et carnis cognatione propinqua carnaliter concubuerit[r].

Hoc enim sanctus Leo papa[3] et beatus[s] Gregorius[4] in re dubia[t] a presbitero vel a quolibet tam viro quam femina nobili vel ignobili per[u] sacramentum fieri manifeste[v] decernunt, sicut qui legere voluerit invenire valebit; inter[w] cetera dicente beato iuniore[x] Gregorio[w] in epistola per[y] Denualdum presbyterum directa[y] ad Bonifacium[z] Mogontinum[z] episcopum[5]: In causa, inquiens[a], in qua certi non fuerint[b] testes, qui criminis inlati approbent veritatem, iusiurandum erit in medio, et illum testem proferat[c] accusatus de innocentiae suae puritate, cui 'nuda et aperta sunt omnia', habeatque conscientiae suae testem[c], quem habebit et iudicem. Quae sacramenti purgatio et in ecclesiasticis et in exteris legibus[d] usitatissima et de[e] fidei veritate etiam a primis saeculis esse constat exorta. Iudicium autem nonnisi pro pacis caritatis-

Hebr. 4, 13.

a) *Von and. Hand a. R.:* De manifesta et nota plurimis causa *B; hier und sonst wiederholt Umstellungszeichen, die jedoch für den ordentlichen Text bedeutungslos erscheinen C.* b) constat *D.* c) et *(übergeschr.)* puella ita *D.* d) *statt* in — apostoli *(Z. 5) nur:* dicit *D.* e) Chorinthios *B.* f) fornicatione sententiam exponens *C.* g) inquam *C; fehlt D.* h) Et — admisit *(Z. 10) fehlt D.* i) *A. R. rot:* II *(s. oben S. 90 Z. 41 f. Var. b) B.* k) quoniam — dixerit *(Z. 14) fehlt D. S. unten Var. n.* l) erunt *C.* m) ita *C.* n) *Hier folgt (vgl. oben Z. 13 f. und Var. k):* De altera enim femina audivimus, quia volens liberari a coniuge persuasa super se aliqua, quę non erant, iam dixerit *D.* o) sacramentum *D.* p) expiatur *C.* q) quae *B.* r) videlicet — concubuerit *(Z. 21) fehlt D.* s) sanctus *D.* t) *A. R. von and. Hand:* de re dubia *B.* u) *Fehlt D.* v) *Fehlt D.* w) Sed et iunior Gregorius *C.* x) *Fehlt B, D.* y) per — directa *fehlt D.* z) Augustinum Anglorum *B, D.* a) *Fehlt D.* b) fuerunt *C.* c) proferat — testem *(unten Z. 28) auf dem unteren R. von gleichz. Hand nachgetr. C.* d) legionibus *C.* e) *Fehlt C.*

1) *Ambros. comment. in epist. I. ad Cor. 5, 2, Migne 17, 219.* 2) *Comment. in epist. I. ad Cor. 5, 3—5, Migne 17, 219.* 3) *Vgl. oben S. 90 A. 3.* 4) *S. unten Z. 24 ff.* 5) *Vgl. Bonifatius-Briefe Nr. 26, MG. Epist. sel. I, 45 und A. 4 (J.-E. 2174). Die Lesart* criminis inlati *statt* crimini inlato, *allein in der Hs. Berlin Phill. 1741 Reimser Provenienz, 9. Jh., überliefert, legt besonders engen Zusammenhang des Hinkmartextes mit ihr nahe. S. auch Tangl, Neues Archiv 41, 72. 87. — Die gleiche Stelle wird von Hinkmar, De divort. interr. 6, Migne 125, 660 herangezogen, woher auch unten Z. 29 f. übernommen ist.*

860. que concordia inter coaequales fieri solet; fit autem a subiectis ad satisfactionem maiorum. Quod in hac causa nisi ex placito fiat, non potest ex auctoritate requiri.

Hinc[a] autem cognita veritate, quoniam dictum est nobis requiri a Stephano, ut feminam designet ex nomine et certam propinquitatis adfinitatem demonstret, pro cuius concubitu huic puellae se non valet salubriter carnali copula commiscere: quia contra rationem et auctoritatem ecclesiasticam et Christianae devotionis morem ab eo quaeritur, si[b] forte ab aliquo[c] quaeritur[b], quae[d] ex hoc apostolica decrevit auctoritas et catholica tenet ecclesia, hic ponere dignum duximus[1]: Leo universis episcopis per[e] Campaniam, Samnium[f] et Picenum atque[g] provincias[h] universas[h] salutem[e]. Magna indignatione commoveor et dolore multo[i] contristor, quod quosdam ex vobis comperi apostolicae traditionis[k] oblitos et studio sui erroris irretitos[l]. Et post aliquanta[2]: De paenitentia[m] scilicet[n], quae a fidelibus postulatur, ne de singulorum peccatorum genere libello[o] scripta professio publicetur,[p] conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quae propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen, quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea qui[q] paenitentiam poscunt non timeant publicare, removeatur inprobabilis consuetudo, ne multi a paenitentiae remediis arceantur, dum aut erubescunt aut metuunt inimicis[r] suis[r] sua facta reserari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quae primum Deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis paenitentium precator[s] accedat[t]. Tunc enim plures ad paenitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis[u].

Et quoniam, qualiter[3] debeat iniri coniugium[v], et vetus et nova lex edocet, Domino per[w] Moysen[w] praecipiente et evangelio demonstrante: 'Cum[x] esset', inquit[y], 'desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam convenirent', id est antequam nuptiali celebratione convenirent, sicut in nuptiis celebratis idem[z] ostendit — quas sua praesentia sanctificare et miraculo ibidem patrato[a] inlustrare dignatus est —, sed et sanctus Euaristus[4], quartus a beato Petro Romanae sedis episcopus, scribit[b] et sanctus Siricius[c][5] et beatus Leo[6] atque ceteri quique doctores ostendunt, quae omnia hic ponere propter pluralitatem[d] et longitudinem devitamus: tantum dicere necessarium duximus, quia inter[7] ingenuos et inter aequales legitima fiunt[e] coniugia, cum a parentibus, quorum[8] interest, petita et legaliter desponsata[f], dotata et publicis nuptiis honorata femina[g] coniugii copulae sociatur et ex duobus unum corpus unaque caro efficitur, sicut scriptum est: 'Erunt duo in carne una; iam non duo, sed una sunt caro'; et: 'Quod Deus iunxit, homo non separet'. De qua coniunctione magnus[h] Leo papa ad[i] Rusticum[k] Narbonensem scribit episcopum[i][9]: Non omnis, inquiens[l], mulier viro iuncta uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem foedera inter ingenuos sunt legitima et inter aequales[m]. Et paulo

Matth. 1, 18. — Matth. 19, 5. 6.

a) *A. R. rot:* III *(s. o. S. 90 Z. 41 f. Var. b) B.* b) si — quaeritur *fehlt D.* c) eo *Sirm.* d) quid *D.* e) per — salutem *fehlt D.* f) samū *C.* g) per *hinzugefügt C.* h) universas provincias *Sirm.* i) multu *C.* k) *Verb. aus* traditioni *B.* l) interritos *B, C;* intentos *Sirm.* m) *A. R. von and. Hand:* De penitentia *B.* n) *Fehlt D.* o) *Verb. aus* libella *D.* p) cum reatus *hinzugefügt Sirm.* q) quę *C.* r) suis inimicis *D.* s) peccator *C.* t) accedit *Sirm.* u) poenitentis *C, Sirm.* v) *A. R. rot:* IIII. Qualiter debeat iniri coniugium *von and. Hand B.* w) *Fehlt D.* x) Et cum *C.* y) *Fehlt C.* z) ipse *D.* a) *Erstes* a *verb. aus* r *B;* patrono *C.* b) *Fehlt Sirm.* c) Syricius *B;* Siritius *D.* d) pluritatem *D.* e) fuunt *C.* f) et *hinzugefügt Sirm.* g) feminae *B.* h) *Fehlt D.* i) ad — episcopum *fehlt; statt dessen:* dicit *D.* k) *Fehlt Sirm.* l) *Fehlt D.* m) *A. R. von and. Hand:* Inter aequales *B.*

1) *Hinschius S. 629 c. 1 (J.-K. 545).* 2) *Ebenda S. 629 f. c. 2.* 3) *Vgl. Hinkmar, De divort. interr. 4, Migne 125, 648 f., wo die Zitate aus Euaristus, Siricius und Leo I. (vgl. unten Z. 25 ff.) im Wortlaut folgen.* 4) *Hinschius S. 87 f. c. 2 (J.-K. † § 20).* 5) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 316 c. 4; Hinschius S. 521 c. 4 (J.-K. 255).* 6) *Codex canonum (1609) S. 456 c. 18; Hinschius S. 616 f. c. 4 (J.-K. 544).* 7) *Vgl. Leo I. a. a. O. S. auch unten Z. 34 und S. 95 Z. 20.* 8) *Vgl. oben Nr. 135 S. 82 Z. 26—29.* 9) *Vgl. oben A. 6.*

post[1]: Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit[a], ut praeter sexuum coniunctionem haberet in se Christi et ecclesiae sacramentum, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysterium. Et nos e regione hinc etiam ostendere possumus, quia non omnes nuptiae coniugalem copulam faciunt, quas non sequitur com- 5 mixtio sexuum[b], sicut nec semper illius est filius omnis[c] heres, cuius esse noscitur heres. Nec habent nuptiae in se Christi et ecclesiae sacramentum, sicut beatus Augustinus dicit[2], si[d] se[d] nuptialiter non utuntur, id est, si eas non subsequitur[e] commixtio sexuum. Nec pertinere poterit illa mulier ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexuum, sicut dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale 10 non fuisse mysterium. Quod ita esse praefatus Leo demonstrat dicens[3]: Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut praeter sexuum coniunctionem haberet in se Christi et ecclesiae sacramentum. Et item[f] idem[f] [4]: Igitur, inquiens[g], qui filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam coniugato dederit, nisi forte illa mulier et ingenua facta et legitime dotata et publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viris 15 iunctae carent culpa, si mulieres, quae a viris habebantur, in matrimonio non fuerunt. Quibus sententiis evidenter ostendit, quia tunc est vera legitimi coniugii copula, quando inter ingenuos et inter aequales[h] fit et paterno arbitrio viro mulier ingenua[i], legitime dotata et publicis nuptiis honestata sexuum commixtione coniungitur[k]. Et tunc habent nuptiae in se Christi et ecclesiae sacramentum et tunc pertinere noscitur mulier illa ad matri- 20 monium, in qua et sexuum commixtio et nuptiale docetur fuisse mysterium.

860.

De[l] quo mysterio Paulus apostolus ad Ephesios dicit: 'Qui suam uxorem diligit, se ipsum diligit. Nemo enim umquam[m] carnem[m] suam[m] odio habuit, sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius et de[n] ossibus eius. Propter hcc relinquet homo patrem et matrem suam et adhaerebit uxori suae; et 25 erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in ecclesia'. Hinc sanctus Ambrosius[5] mysterii sacramentum grande in unitate viri ac[o] feminae esse significat. Nec hoc tantum prodit[p], sed aliam causam, quae non discordet a memorato mysterio, flagitat, quam scit ad profectum humani generis pertinere, hoc est ecclesiae et salvatoris, ut, sicut relictis parentibus homo uxori suae adheret, ita et relicto omni errore ecclesia adhereat et subiciatur 30 capiti suo, quod est Christus. Quoniam una natura[q] in viro et femina est, idcirco vir quasi se ipsum ita[r] mulierem diligere commonetur. Naturali ratione mulier portio corporis viri est, ac per hoc vir in muliere se ipsum diligit; quo modo si fornicetur[s] in se ipsum peccat, quia duo in carne una sunt. Non ergo personae substantiam dividunt, ut per personas numerus[t] fiat naturae, sed sunt in unitate naturae. Et sanctus Augustinus in primo[u] libro de nuptiis 35 et concupiscentia dicit[6]: Sane[v] non tantum fecunditas[w], cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius vinculum fides est[v], verum etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis, unde dicit[x] apostolus: 'Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit ec-

Eph. 5, 28—32.

Eph. 5, 25.

---

a) t *auf Ras. B.* b) *A. R. von and. Hand:* commixtio sexuum *B.* c) et *hinzugefügt Sirm.* d) *Fehlt B, C;* se *fehlt D.* e) sequitur *C.* f) idem item *C.* g) *Fehlt D.* h) *A. R. von and. Hand:* Inter 40 ingenuos et aequales *B.* i) iuncta *Sirm.* k) *Auf Ras. B.* l) De—nuptias *(unten S. 95 Z. 9) ausgelassen D.* m) suam carnem umquam *C.* n) *Fehlt C.* o) et *C.* p) perdit *C.* q) *Auf Ras. B.* r) et *Sirm.* s) fornicator *C.* t) *Doppelt, das zweitemal getilgt B.* u) *Fehlt Sirm.* v) *Umgestellt statt* Nec tantum — — fides est, sane non tantum — — prole est *C;* Sane — ecclesia *(unten S. 94 Z. 4) am Schluß des Ganzen (hinter* Finit, *vgl. unten S. 106 Z. 19 Var. v) nachgetragen D.* w) foecun- 45 ditas *stets B.* x) *Übergeschr. D.*

1) *Codex canonum a. a. O.; Hinschius S. 617 c. 4 (J.-K. 544).* 2) *Auch hier wie im folgenden scheint vielmehr Leo I. verwertet, vgl. oben Z. 1ff. sowie unten Z. 10ff.* 3) *Vgl. oben A. 1.* 4) *Codex canonum (1609) S. 456 c. 18; Hinschius S. 617 c. 4 (J.-K. 544).* 5) *Comment. in epist. ad Ephes. V, 31. 32, Migne 17, 421.* 6) *I, 11, Corp. Vindob. 42, 222f.*

860. clesiam'. Huius procul dubio sacramenti res est, ut mas[a] et femina conubio copulati, quamdiu vivant, inseparabiliter[b] coniuncti perseverent, nec liceat excepta causa fornicationis a[c] coniuge[c] coniugem dirimi. Hoc enim[d] custoditur in Christo et in[e] ecclesia, ut vivens cum vivente in aeternum nullo divortio separetur in civitate Dei[f] nostri in monte sancto eius, hoc[g] est[g] in[g] ecclesia catholica[h]. Et sanctus Gregorius in epistola ad Teoctistam patriciam dicit[1]: Per se enim veritas dicit: 'Quod Deus[i] iunxit, homo non separet'. Quae etiam ait: 'Non licet dimittere uxorem excepta causa fornicationis'. Scimus[k] quia scriptum est: 'Erunt duo in carne una'. Si igitur vir et uxor una caro sunt et religionis causa vir dimittit uxorem vel mulier virum in hoc mundo remanentem vel fortasse ad inlicita migrantem, quae est ista conversio, in qua una eademque caro et[l] ex parte transit ad continentiam et ex parte manet in pollutione? Si vero utrisque conveniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat[m] accusare, quando[n] certum est, quia omnipotens Deus[o], qui minora concessit, maiora non prohibuit[n]? Et post aliquanta[2]: Si vero continentiam, quam vir appetit, uxor non sequitur, aut quam uxor appetit, vir recusat, dividi coniugium non licet. Quia scriptum est: 'Mulier sui[p] corporis[p] potestatem non habet, sed vir; similiter vir non habet potestatem corporis[q] sui[q], sed mulier'. Et in epistola ad Adrianum Panormi[r] notarium[r][3]: Nam, inquit, excepta fornicationis causa virum uxorem relinquere divina lex nulla ratione concedit, quia, postquam copulatione coniugii viri atque mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte converti et ex parte in saeculo remanere.

Matth. 19, 6. — Matth. 5, 32. — Matth. 19, 5. — 1. Cor. 7, 4.

Et sanctus Augustinus in libro de bono coniugii[4]: Ad hoc enim nuptiae sunt, ut illa concupiscentia redacta ad legitimum vinculum[s] non deformis et[t] dissoluta fluitaret, habens de se ipsa inrefrenabilem carnis infirmitatem, de nuptiis autem indissolubilem fidei societatem, de se ipsa progressum inmoderate coeundi, de nuptiis modum caste procreandi. Debent[5] ergo sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem liberorum procreandorum causa, quae prima est humani generis in ista mortalitate societas, verum etiam infirmitatis invicem excipiendae ad inlicitos concubitus evitandos mutuam quodammodo servitutem, ut et, si alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu, continere non possit. Ad hoc enim uxor non habet potestatem[u] corporis sui, sed vir[v]. Similiter[w] et vir non habet[u] [w] potestatem corporis sui, sed[v] mulier, ut et, quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis et incontinentiae causa expetit, vel ille de matrimonio vel illa de marito non sibi alterutrum negent, ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas temptante[x] satana propter incontinentiam vel amborum vel cuiusquam eorum. Et item in eodem libro[6]: Generationis itaque causa fieri nuptias apostolus ita testis est: 'Volo', inquit, 'iuniores nubere'; et quasi ei diceretur: Ut quid[y]? continuo subiecit: 'Filios procreare, matres familias esse', ad fidem castitatis illud pertinet[z]: 'Uxor autem non habet potestatem corporis sui, sed vir; similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier'. Ad sacramenti sanctitatem et illud: 'Uxorem a viro non discedere; quodsi discesserit, manere innuptam aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem ne dimittat'. Haec omnia bona sunt, propter quae nuptiae bonum[a] sunt, proles, fides, sacramentum. Et in libro de nuptiis et[b] concupiscentia[7]: In nuptiis tamen bona nuptialia[c] diligantur: proles, fides, sacra-

Vgl. 1. Cor. 7, 4. — 1. Tim. 5, 14. — 1. Cor. 7, 4. — 1. Cor. 7, 10. 11.

---

a) masculus *verb. aus* masculos *C.* b) *A. R. von and. Hand:* Inseparati *B.* c) *Doppelt, das zweitemal getilgt B.* d) *Fehlt D.* e) *Fehlt D.* f) Domini *Sirm.* g) id est *D.* h) *Fehlt D.* i) Dominus *Sirm.* k) enim *eingefügt Sirm.* l) *Fehlt C, Sirm.* m) *Verb. aus* audet *B.* n) quando—prohibuit *(Z. 12) fehlt C.* o) Dominus *Sirm.* p) corporis sui *C.* q) sui corporis *C.* r) Panormitanum *C, Sirm.* s) *Auf Ras. B.* t) non *hinzugefügt C.* u) potestatem — habet *(Z. 26) von gleichz. Hand a. R. C.* v) vir — sed *fehlt Sirm.* w) non habet similiter et vir *C.* x) temptantes a *B.* y) quit *C.* z) pertinere *Sirm.* a) bonae *C, Sirm.* b) de *hinzugefügt Sirm.* c) nuptibilia *Sirm.*

1) *Reg. XI, 27, MG. Epist. II, 294 (J.-E. 1817).* 2) *Ebenda, Epist. II, 295.* 3) *Reg. XI, 30, MG. Epist. II, 301 (J.-E. 1820).* 4) *Augustin. de bono coniugali V (5), Corp. Vindob. 41, 194.* 5) *Ebenda VI (6), Corp. Vindob. 41, 195.* 6) *Ebenda XXIIII (32), Corp. Vindob. 41, 227.* 7) *I, 19, Corp. Vindob. 42, 231f.*

mentum. Sed[a] proles, non ut nascantur tantum, verum etiam ut renascantur. Nascitur namque[b] 860. ad poenam, nisi renascatur ad vitam. Fides autem, non qualem habent inter se etiam infideles zelantes carnem. Quis enim vir quamlibet impius vult adulteram uxorem? Aut quae mulier quamlibet impia vult adulterum virum? Hoc enim[c] in conubio bonum naturale est quidem, carnale tamen, sed mem-
5 brum Christiani coniugis adultero coniugi debet timere, non sibi, et a Christo sperare fidei[d] praemium quodlibet coniugi. Sacramentum vero, quod nec separati et adulterati amittunt, coniuges concorditer casteque custodiant. Solum est enim, quod etiam sterile coniugium tenet iura pietatis, iam spe fecunditatis amissa, propter quam fuerat copulatum. Haec bona nuptialia laudet in nuptiis, qui laudare vult nuptias. Et[e] in Genesi ad litteram[1]: Quod bonum habent nuptiae et quod bonae sunt
10 nuptiae, peccatum esse numquam potest. Hoc autem tripertitum est: fides, proles, sacramentum. In fide attenditur, ne praeter vinculum coniugale cum altera vel[f] altero concumbatur[g]; in prole, ut amanter suscipiatur, benigne nutriatur, religiose educetur; in sacramento, ut coniugium non separetur[h] et dimissus aut dimissa nec causa prolis alteri coniungatur. Haec est tamquam regula nuptiarum[i], qua vel naturae decoratur fecunditas vel incontinentiae regitur pravitas.

15 Nunc cum[k] his, quae sancti doctores dicunt de nuptiis, conferamus Stephani nuptias, non habentes amorem prolis, sed necessitatem vitandi exilii sive mortis; non habentes servandae coniugalis castitatis fidem, sed incurrendi incestus mortiferi non parvipendendum timorem; non habentes incorporationis unitate Christi et ecclesiae sacramentum, sed superducentes turpitudini velamentum, totumque, quod in eis est actum, figmentum
20 simulationis fuit, non veritas. Quae nuptiae, licet inter ingenuos et inter aequales[2] paterno arbitrio desponsatione[l] atque dotatione[m] praecedente fuerint[n] celebratae, etiamsi[o] sexuum commixtio eas subsequeretur, legitimam coniugii copulam optinere non possent nec ratum coniugium stabilire valerent, quin potius irrita omnia fierent: quoniam non sine separatione propter incestus crimen, quod habere non potest Christi et ecclesiae sacra-
25 mentum, vulnera, quae concumbentes inflicta susciperent, medicamento paenitentiae in eis sanari[p] valerent, sicut[q] subsequentes orthodoxorum et ecclesiae magistrorum sententiae demonstrabunt[q]. Quapropter tales non mysticae neque legales in oculis Dei[r] sunt nuptiae. Quia si per Stephani et puellae non ante Deum legaliter ductae, sed magis abductae, coitum carnalis commixtionis ex his duobus unum corpus[s] efficeretur, non secun-
30 dum nuptiale bonum, sed secundum incestale malum, propter incestum Stephani unum corpus efficerent, sicut scriptum est: 'Qui adheret meretrici, unum corpus efficitur'. Et 1. Cor. 6, 16. sic puella ab incestu sana per coitum iuncta Stephano incestuosi caro fieret et Stephanus illi iunctus, sicut antea fornicator, ita et post coniunctionem illius, quoniam cum propinqua eius concubuit, quod nondum erat, incestuosus existeret. Et propterea saniore
35 consilio et puellae sanitati, quae necdum[t] infirmata[u] erat[u], intactam eam servans providit et se, ne gravius offenderet, cautius secundum Deum[v] iuxta[w] quod res coniacuit custodivit. Quia, sicut sacri[x] canones dicunt[3], tale conubium vel potius adulterium sine separatione sanari non poterat, si carnaliter miscerentur. Unde ibidem scriptum est[4]: De incestis coniunctionibus nihil prorsus veniae reservamus, nisi cum adulterium separatione sana-

40 a) ut *eingefügt C.* b) autem *C.* c) non *B; fehlt C.* d) fides *Sirm.* e) Augustinus *(vgl. oben S. 93 Z. 40 f. Var. l) D.* f) cum *zugefügt D.* g) concubatur *C; a. R. von and. Hand:* Coniugium tripertitum *B.* h) reparetur *C.* i) i *übergeschr. D.* k) enim *B, C; fehlt D.* l) desponsationem *Sirm.* m) dotationem *Sirm.* n) fuerunt *Sirm.* o) iam *hinzugefügt Sirm.* p) non *eingefügt Sirm.* q) sicut — demonstrabunt *(Z. 27) fehlt D.* r) Domini *B.* s) unum *danach getilgt C.* t) dū ñ eo *C.*
45 u) peccaverat *D.* v) Dominum *C.* w) iuxtaque *C.* x) *Übergeschr. D.*

1) *Augustin. de Genesi ad litteram IX, 7, Corp. Vindob. 28 p. 1 S. 275 f.* 2) *Vgl. oben S. 92 Z. 34.* 3) *S. unten Z. 39 und A. 4.* 4) *Konzil von Agde (506) c. 61, Hinschius S. 336 = Konzil von Epaon (517) c. 30, MG. Conc. I, 26.*

860. verint. Incestuosos[a] vero nullo coniugii nomine[b] deputandos, quos etiam designare funestum est. Et sanctus[c] Gregorius in[d] epistola ad Felicem Siciliensem episcopum, qui[e] audierat perverse interpretari[f], quod beatus Gregorius Augustino Anglorum episcopo consilium secundum indulgentiam de paganis a quarto genu et in reliquum, ne fidem[g] refugerent, dederat[1] quodque ipsi venerando papae suggesserat, ad eundem Felicem rescribens dicit[d] [2]: Progeniem, inquiens[h], suam unumquemque[i] de his, qui fideliter edocti et iam firma radice plantati stant inconvulsi, usque ad septimam observare[k] decernimus[k] generationem, et quamdiu se cognoscunt[l] adfinitate propinquos, ad huiusmodi copulae non accedere societatem. Nec eam, quam aliquis ex propria consanguinitate[m] coniugem habuit vel aliqua inlicita pollutione maculavit, in coniugium ducere ulli profecto Christianorum licet vel licebit, quia incestuosus est talis coitus et abominabilis Deo[n] et cunctis[o] fidelibus; incestuosos vero nullo coniugii nomine deputandos a sanctis patribus dudum legimus constitutum. Nec[3] hoc quoque in hac sollicitudinis parte relinquimus, quod omnes[p] incestuosi a liminibus sanctae ecclesiae sunt[q] separandi, usquequo per satisfactionem precibus sacerdotum eidem sanctae ecclesiae[q] catholicae reconcilientur. Et in edicto canonico ante corpus beati Petri prolato[4]: Si quis de propria cognatione vel quam[r] cognatus habuit duxerit uxorem, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit[s]. Et[t] non dubium est huic anathematismo nuptias[u] Stephani subiacere debuisse, si cum ista concumberet, qui cum[v] cognata eius se[v] concubuisse fatetur. Et item in canonibus scriptum est[5]: De his, qui se incesti pollutione commaculant, placuit, ut, quousque in ipso detestando et inlicito carnis contubernio perseverant, usque ad missam tantum caticuminorum in ecclesia admittantur; cum quibus etiam nec cibum sumere ullum Christianorum, sicut apostolus iussit, oportet. (Vgl. 1.Cor. 5, 11.)

Et hinc[w] plura ex canonibus potuissemus congerere, si incestu intercidente, quod Stephanus devitavit, se et uxorem suam propter hoc necesse fuisset disiungere. Nunc[x] autem, ne nuptiali[y] simulationi[y] superaddatur incestus, quoniam oportet eos et coram divinis et coram humanis oculis legaliter ac rationabiliter disiungi, qui inlegaliter[z] in divina iustitia[a] visi[b] fuere coniuncti, talia sanctorum patrum[c] donemus testimonia, quae ad agendam causam sint manifestissime pertinentia. Sanctus Ambrosius in epistola ad Corinthios dicit[6]: Non est enim frater aut soror servituti subiectus in huiusmodi[d], hoc est, non debetur[e] reverentia[f] coniugii ei, qui horruit auctorem[g] coniugii. Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei[h] devotione est. Et sanctus Hieronimus in tertio libro commenti epistolae Pauli ad Ephesios[7]: Quomodo itaque Christo subiecta est ecclesia, sic subiecta sit uxor viro suo[i]. Quem enim habet principatum et subiectionem Christus et ecclesia, huic[k] eidem ordini maritus et uxor adstringitur. Sed videndum, ut quomodo in Christo et in ecclesia sancta[l] coniunctio[l] est, ita et in viro et muliere sancta sit copula. Sicut autem non omnis congregatio hereticorum Christi ecclesia dici

---

a) *A. R. von and. Hand:* De incestis coniunctionibus *B.* b) censemus *eingefügt Sirm.* c) beatus *D.* d) in — dicit *(unten Z. 5) fehlt D.* e) *So B, C;* quem *Sirm.* f) interp̄tari *B.* g) a fide *Sirm.* h) *Fehlt D.* i) unamquemque *C.* k) decernimus observare *C.* l) c̄noscunt *C;* agnoscunt *Sirm.* m) *A. R. von and. Hand:* De consanguinitate bona regula *B.* n) Domino *Sirm.* o) *Von gleicher Hand über (nicht getilgtem)* hominibus *übergeschr. D.* p) homines *Sirm.* q) sunt — ecclesiae *(Z. 14) fehlt D.* r) de *(getilgt)* qua *C.* s) *Fehlt C.* t) *Fehlt D.* u) nuptia *C.* v) se cum cognata eius *Sirm.* w) hic *C.* x) *A. R. rot:* V; *schwarz:* optima ratio *B.* y) simulationi nuptiali *D.* z) non legaliter *Sirm.* a) *Fehlt C.* b) nisi *C.* c) *Fehlt B, D.* d) eiusmodi *B, C, Sirm.* e) debere *B;* deberi *C;* debet *Sirm.* f) reverentiam *Sirm.* g) auctoritatem *C.* h) Domini *Sirm.* i) *Fehlt C.* k) huius *C.* l) coniunctio sancta *D.*

1) *Vgl. Reg. XI, 56a, MG. Epist. II, 335 c. 5 (J.-E. 1843). — S. auch Ioh. diac. vit. Gregor., Migne 75, 101f.* 2) *Decreta Gregorii, Hinschius S. 751 (J.-E. † § 1334).* 3) *Ebenda S. 752.* 4) *Decr. Gregor. II. c. 9, Codex canonum (1609) S. 611; Hinschius S. 754.* 5) *Konzil von Lerida c. 4, Hinschius S. 347.* 6) *Comment. in epist. I. ad Cor. c. 7, Migne 17, 231.* 7) *Comment. in epist. ad Ephes. III, 5, Migne 26, 530f.*

potest nec caput eorum Christus est, sic non omne matrimonium, quod in[a] viro suo secundum Christi praecepta non[b] iungitur[b], rite coniugium appellari potest, sed magis adulterium. De quibus ita sacri diffiniunt canones[1]: Sane quibus coniunctio inlicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem. Et[c] in synodo apud Liptinas[d] habita[2], cui sub Karlomanno[e] principe Georgius episcopus[3] et Iohannes sacellarius ac sanctus Bonifacius[f] ex praecepto Zachariae apostolici[g4] praesederunt, legitur[h5], ut, si vir mulieri desponsatae, dotatae ac publicis nuptiis ductae[i] secundum apostolum debitum coniugale non potuerit reddere et hoc aut amborum confessione aut certa qualibet approbatione fuerit manifestum, ut separentur et mulier, si se continere nequiverit, alteri viro legaliter nubat. Videlicet[k], quia secundum diffinitionem sancti Leonis papae et traditionem doctorum superius demonstratam[6] dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua coniunctione sexuum non[l] docetur[l] Christi et ecclesiae sacramentum, hoc est nuptiale fuisse mysterium.

860. — Vgl. 1. Cor. 7, 3.

Multo magis autem huiusmodi, de quo agitur, separato[m] coniugio aliam legaliter adire licebit copulam, cui[n] concubitum non contradixit inpotentia carnis, sed reverentia mentis. In copula vero coniugali, in qua desponsatione[o], dotatione et nuptiarum sacramento, corporis scilicet unitate, Christi et ecclesiae docetur fuisse mysterium, nisi morte corporis intercedente coniugii non poterit solutio fieri[p], sicut evangelica et apostolica testatur auctoritas et omnium catholicorum doctorum chorus. Et beatus Augustinus in libro de adulterinis coniugiis dicit[7]: Quoniam vel[q] si[q] pro intolerabili ac[r] diuturna[r] infirmitate[r] concubitum vir exercere aut femina sustinere nequiverit, nec etiam pro sterilitate[s] seu[t] religionis continentia aut[u] pro alia qualibet excepta[v] fornicationis causa vir et uxor legaliter et carnali commixtione coniuncti separari[w] valebunt. Quapropter hanc legem a Domino audientes discipuli dixerunt: 'Si haec causa ita[x] cum uxore habetur, non expedit nubere'. Non tamen pro hoc Dominus suam mutavit sententiam. Unde[y] et Leo ad Nicetam Aquileiensem[z] episcopum scripsit[8], ut, si per bellicam cladem et gravissimos hostilitatis incursus ita quaedam fuerint divisa coniugia, ut abductis in captivitatem viris feminae eorum remanserint destitutae, quae viros proprios aut interemptos putaverint aut numquam a dominatione hostium crediderint liberandos, in aliorum coniugium[a] amplexus solitudine cogente transierint, quia scriptum[b] est: A Domino[b]

Matth. 19, 10.

a) non *Sirm.* b) coniungitur *Sirm.* c) *A. R. von and. Hand:* Hic aliud addatur *B.* d) Laptinas *D.* e) Karolomanno *C;* Karrolanno *D.* f) Bonefacius *D.* g) papae *Sirm.* h) praecipitur *D.* i) dictę *C.* k) *A. R. von and. Hand:* quae mulier legitime separatur *B.* l) *Fehlt B.* m) *Fehlt C.* n) qui *C.* o) atque *eingefügt C.* p) *A. R. von and. Hand:* quae non possunt separari *B.* q) si vel *Sirm.* r) infirmitate ac diuturna *D.* s) sterelitate *B.* t) pro *eingefügt C.* u) nec *übergeschr. D.* v) exceptis *C.* w) separare *C.* x) *Fehlt C.* y) Unde — decrevit *(unten S. 98 Z. 6) fehlt D.* z) Aquilegiensem *C.* a) coniugum *C, Sirm.* b) a Domino scriptum est *Sirm.*

1) *Konzil von Agde (506) c. 61, Hinschius S. 336 = Konzil von Epaon (517) c. 30, MG. Conc. I, 26.* 2) *Synode von Estinnes (743), vgl. MG. Conc. II, 5f. und besonders Werminghoff, Neues Archiv 32, 227ff., der in Verfolg bereits von Ölsner, Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin S. 473 (s. auch Maaßen, Neues Archiv XVIII, 299f.), gemachter Beobachtungen nachwies, daß für den nachfolgenden Passus keineswegs jenes Konzil, sondern vielmehr die Kapitulariensammlung des Benedictus Levita I, 3. 6; II, 55. 91, MG. LL. II, 2 S. 46f.; 76. 78 (vgl. Seckel, Neues Archiv 31, 64; 34, 330. 348f.) die Quelle bildete, und zwar unter Hineinziehung einer vorher (vgl. oben S. 93 Z. 14) zitierten Stelle aus Leo I. — Vgl. auch Tangl, Neues Archiv 41, 76; Perels, Neues Archiv 48, 156 A. 7.* 3) *Von Ostia. Vgl. auch das Synodalschreiben von Quierzy (858), MG. Capit. II, 433 (s. oben Nr. 115 S. 57) sowie das Dekret von Compiègne cc. 14. 16. 20, MG. Capit. I, 38f.* 4) *741—752.* 5) *S. oben A. 2.* 6) *Vgl. oben S. 93 und A. 1.* 7) *Nicht ermittelt. Vgl. das sinnverwandte, mit* nec pro ipsa etiam sterilitate *beginnende Zitat bei Hinkmar, De divort. interr. 5, Migne 125, 655; aber auch dieses findet sich in dem vom Autor genannten 'Liber de bono coniugali' des Augustinus (XV (17), Corp. Vindob. 41, 209f.) keineswegs im vollen Wortlaut.* 8) *Codex canonum (1609) S. 473 c. 42; Hinschius S. 621 c. 1 (J.-K. 536).*

860.
Matth. 19, 6. iungitur mulier viro; et: 'Quod Deus iunxit homo non separet', si reversi vel captae[a] reversae fuerint coniuges, legitima foedera nuptiarum redintegranda perdocuit. Nec[1] tamen tamquam pervasorem quemquam iudicari, qui personam[b] eius mariti vel uxoris, qui vel quae iam[c] non aestimabatur[d], adsumpsit; sed inculpabile[2] iudicandum quod necessitas intulit et restituendum quod fides poposcit. Mulieres[3] autem vel viros posteriorum virorum vel uxorum delectatione captos 5 et ad priorum coniugum amorem redire nolentes communione[e] privari[e] decrevit[f].

Et[g] quia ecclesiasticae[h] regulae de his etiam diffinitionis sententiam proferunt, qui sponsaliorum[i] fidem infringunt, videtur nobis non secundum auctoritatem promendo, sed consilium, si[k] forte ita[l] vobis[l] visum fuerit[k], dando, ut, quia Stephanus, si sponsaliorum fidem fregisset, secundum legem civilem multam eorundem sponsaliorum iudicaretur[m] 10 componere[4], et ipsa puella post desponsalia[n] dotem acceptam, quam de se ipsa, si carnaliter iungerentur[o], mercari debuerat, ut eandem dotem habere non debeat, non ipsa, sed Stephanus, ut videtur, commisit, habeat loco[p] multae sponsaliorum dotem a Stephano
1. Cor. 7, 39. sibi datam et cum eadem dote patri restituatur et 'nubat' parentum consilio 'cui vult, tantum in Domino', sitque pax inter parentes eius et Stephanum. 15

Et[q] [r] ne quis argute his, quae posuimus, volens resistere dicat: 'Si dos manebit et desponsalia atque celebratae[s] nuptiae non negantur, quomodo[t] esse poterit, ut et Stephanus maritus et illa uxor non maneant? Aut quomodo ille alteri feminae et illa alteri viro se sine adulterio coniungere poterunt? Praesertim cum idem[u] sanctus Augustinus in praefato libro de bono coniugii[v] dicat[5]: Si fiat ordinatio cleri ad plebem congregandam, etiamsi 20 plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis sacramentum ordinationis. Et si aliqua culpa quisquam ab officio[w] removeatur, sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad iudicium permanente, sic et in istis desponsatione, dotatione et nuptiis permanentibus coniugale vinculum permanebit et alteri nemo eorum, nisi[x] cuiuslibet ex eis morte intercedente, sine adulterio se poterit iungere': audiat, si quis haec[y] fuerit conatus opponere, 25 quia[r] de[z] dotalicio puellae habendo nonnisi propter pacificationem parentum eius et Stephani loco multae fractorum sponsaliorum diximus. Quam multam si dissoluto dotalicio puellae parentes exigere maluerint[a] aut utraque indulgere vel utraque reposcere ipsi viderint, et legibus civilibus[b] [6] eorumque[c] pacificationi exinde conveniat. Nos[d] autem, quod ad nos pertinet, astute forte quaerenti respondemus, quoniam hanc comparationem 30 de ordinandis positam beatus Augustinus non de imaginaria viri et uxoris coniunctione, sed de incorporata per sexuum commixtionem copulatione posuit, sicut in proxime praecedentibus infit[e]: Sequentur[f], inquiens[7], agnum pueri cantantes canticum novum, sicut in apo-
Vgl. Apoc. 14, 4. calypsi scriptum est, qui cum mulieribus se non contaminaverunt, nec ob aliud, nisi quia virgines permanserunt. Nec ideo se arbitrentur meliores esse primis patribus sanctis, qui nuptiis, ut ita dicam, 35

---

a) raptae *Sirm.* b) persona *C.* c) *Fehlt C.* d) extimabatur *C.* e) privari communione *C.* f) *Vgl. oben S. 97 Z. 34 Var. y.* g) *A. R. rot:* VI *B.* h) ęcclasticę *D.* i) sponsalitiorum *stets Sirm.* k) si — fuerit *fehlt D.* l) vobis ita *Sirm.* m) iudicatur *C.* n) desponsalitia *stets Sirm.* o) *Zweites* n *nachgetr. C;* iungeretur *Sirm.* p) locum *C.* q) *A. R.:* VII *B;* Ut *C.* r) Et — quia *(unten Z. 26) fehlt D.* s) caelebratae *B.* t) ille *eingefügt C.* u) eidem *B.* v) coniugali *C.* w) suo 40 *eingefügt Sirm.* x) non *C.* y) hoc *C.* z) hęc de *D.* a) *Verb. aus* maluerunt *B.* b) quilibet *C.* c) eorundemque *Sirm.* d) Nos — cognoscat *(unten S. 99 Z. 33) ausgelassen D.* e) *A. R. von and. Hand:* Quid beatus Augustinus de coniugio *B.* f) Sequntur *(so!) C.*

1) *Codex canonum (1609) S. 473 f. c. 43; Hinschius S. 621 c. 2.* 2) *Ebenda S. 474 c. 44; Hinschius S. 621 c. 3.* 3) *Vgl. ebenda S. 474 c. 45; Hinschius S. 621 c. 4.* 4) *Vgl. Konzil von* 45 *Meaux (845) c. 68, MG. Capit. II, 414:* — — sponso legaliter multa componat. — *Die von Hinkmar erwähnte weltliche Rechtsquelle ist nicht festgestellt.* 5) *De bono coniugali XXIIII (32), Corp. Vindob. 41, 227.* 6) *S. oben Z. 10.* 7) *De bono coniugali XXIII (31), Corp. Vindob. 41, 226.*

nuptialiter usi sunt. Earum quippe usus ita[a] se[a] habet, ut, si quid in eis per carnis commixtionem[b], quod excedit generandi necessitatem, quamvis venialiter factum fuerit[c], contaminatio sit. Et post paululum[1]: Bonum igitur nuptiarum per omnes gentes atque omnes[d] homines in causa generandi est et in fide castitatis. Quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate sacramenti, per quam nefas est etiam repudio discedentem alteri nubere, dum vir[e] eius vivit, nec saltem[f] ipsa causa pariendi, quae cum sola sit, qua nuptiae fiunt, nec ea re non subsequente, propter quam fiunt, solvitur vinculum nuptiale nisi coniugis morte. Et statim de ordinatione cleri ad plebem supposuit, sub quo sensu in libro de nuptiis et concupiscentia dicit[2]: Ita manet etiam inter viventes quiddam coniugale, quod nec separatio[g] nec[h] cum altero copulatio[i] possit auferre. Manet autem ad noxam criminis, non ad vinculum foederis; sicut apostatae anima, quae de coniugio Christi recedens etiam fide perdita sacramentum fidei non amisit, quod lavacro[k] regenerationis accepit[l]. Redderetur enim procul dubio redeunti, si amisisset[m] abscedens. Et in praecedentibus ipsius libri dicit de sacramento nuptiarum: Propterea, inquiens[3], sacramentum nuptiarum temporis nostri sic ad unum virum et unam[n] uxorem redactum est, ut ecclesiae dispensatorem non liceat ordinari nisi unius uxoris virum. Quod acutius intellexerunt, qui nec eum, qui caticuminus vel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. De sacramento enim agitur, non de peccato. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur[o]. Sed qui dixit: 'Si acceperis uxorem, non peccasti, et si nupserit virgo, non peccat'; et: 'Quod vult faciat, non peccat, si nubat', satis declaravit nuptias nullum esse peccatum. Propter sacramenti autem sanctitatem, sicut femina, etiamsi caticumina fuerit vitiata, non[p] potest[p] post baptismum in Dei virginem consecrari, ita non absurde visum est eum, qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam sacram[q] amisisse[q], non ad vitae bonae meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticae signaculum necessarium[r].

860. — 1. Cor. 7, 28. — 1. Cor. 7, 36.

Et hinc dicat, si quis[s] haec, quae diximus[t], contra[t] quae[t] praediximus opponere[4] adtemptaverit, si nunc Stephanus morte praeventus fuerit et illa intacta, sicut hactenus manet, permanserit et nubere non voluerit[u], quia caticumina vitiata post baptismum in Dei virginem consecrari non poterit, utrum haec in sacram virginem ab episcopo consecrari valebit, qui non nisi virginem in virginitatis professione vel in[v] legitima coniugii copula sacrare debet, sicut nec episcopus fieri, qui praeter virginem et unam duxit uxorem. Dicat etiam, si post mortem Stephani virgo permanens[w] et se continere non poterit et nubere magis quam continere elegerit, utrum fratri eiusdem Stephani copulari valebit. Quibus cum contradicere non valebit, aut in questione sua deficiat aut ei nostra solutio satisfaciat. Et haec in vita Stephani de consecratione si delegerit vel de maritatione si[x] maluerit[x] puella, fieri posse ratione et auctoritate monstrante cognoscat[y] sciatque[z], ut traditione maiorum docuimus, propter talem desponsationem, dotationem[a] atque pro talibus nuptiis, sicut istae fuerunt, non esse coniugium, quibus defuit coniunctio sexuum ac[b] cum prolis[c] spe[c] fidei sacramentum: quae ut plurimum in omni salutari actione[d], tum etiam in hoc negotio[e], in quo per nuptiale mysterium[f] vir et uxor una caro efficiuntur, sed et[g] in baptismate operosius[h] operatur, quo per fidei sacramentum, non solum gene-

a) se ita *Sirm.* b) fiat *eingefügt Sirm.* c) *Fehlt Sirm.* d) *Fehlt Sirm.* e) coniunx *Sirm.* f) saltim B. g) separatione *B, Sirm.* h) *Fehlt B.* i) copulatione *Sirm.* k) lavachro *stets B.* l) acceperat *Sirm.* m) amississet *B.* n) *Fehlt Sirm.* o) *A. R. von and. Hand:* In baptismo peccata dimittuntur *B.* p) *Fehlt B.* q) amisisse sacram *Sirm.* r) necessariam *Sirm.* s) ad *eingefügt Sirm.* t) *So B, C; fehlt Sirm.* u) valuerit *C.* v) *Fehlt B.* w) permaneat *Sirm.* x) simulaverit *C.* y) *Vgl. oben S. 98 Z. 42 Var. d.* z) Scitote itaque *D.* a) dotatione *C.* b) et *D.* c) spe prolis *D.* d) operatur *zugefügt D.* e) operosius *zugefügt D.* f) ministerium *C.* g) *Fehlt C, Sirm.* h) mirabiliter *D.*

1) *Ebenda XXIIII (32), Corp. Vindob. 41, 226f.* 2) *I, 11, Corp. Vindob. 42, 223f.* 3) *Vielmehr: De bono coniugali XVIII (21), Corp. Vindob. 41, 214.* 4) *Vgl. oben S. 98.*

860. Vgl. Eph. 1, 22. 23. raliter omnis ecclesia corpus Christi, ut dicit apostolus, et plenitudo fit eius, verum singillatim[a] singulus quisque fidelis Christo incorporatus membrum eius efficitur. Unde sanctus Beda in[b] omelia evangelii[b] dicit[1]: Nam[c] videtur, inquiens[d], qui baptizatur in fontem descendere, videtur aquis intingui[e], videtur de aquis ascendere; sola autem fidelium pietas novit, quia peccator in fontem descendit, sed purificatus ascendit. Ceterum oculis insipientium videtur talis 5 exire de fonte, qualis intravit, totumque[f] ludus esse quod agitur[f]. Et in hac desponsatione, dotatione atque in his nuptiis totum simulatio fuit, non veritas. Propterea sicut sanctus Leo[g] de[h] his[h], qui formam[2] tantum baptismi sine sanctificationis virtute susceperunt, decernit[i], ut episcopali confirmatione firmentur, ita haec[k] non coniugii fides, sed copulationis imago ecclesiastica sanctione[l] solvatur et in eo, qui indiget ecclesiastica medicina, sanetur[m]. 10

Ceterum[n] si haec, quae posuimus, studiosis[o] vel[o] curiosis nequaquam sufficiunt, apponere adhuc etiam alia procuramus[p]. Ait enim beatus Augustinus in libro de nuptiis et concupiscentia[3]: 'Relinquet homo', inquiens[q], 'patrem et matrem[r] et adherebit uxori suae, et erunt duo in carne una': quod 'magnum sacramentum' dicit apostolus 'in Christo et in ecclesia'. (Gen. 2, 24. Eph. 5, 32.) Quod ergo est in Christo et in ecclesia magnum, hoc in singulis quibusque viris atque[s] uxoribus minimum, sed tamen coniunctionis inseparabilis sacramentum. Quapropter legaliter et nuptialiter 15 copulati excepta causa fornicationis separari non possunt et causa fornicationis separati aut permanere innupti aut mutuo debent reconciliari, sicut evangelica et apostolica docet auctoritas et Africana[t] synodus diffinivit[4]: Placuit, inquiens[u], ut secundum evangelicam et apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore neque dimissa a marito alteri coniungantur[v], sed 20 ita maneant aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad paenitentiam redigantur. Et[w] quia uxor a marito vel maritus ab uxore nisi causa fornicationis non valet neque debet discedere, ex hac evangelica et apostolica doctrina beatus Augustinus in libro primo de adulterinis coniugiis ad Pollentium dicit[5]: Quis est qui dicat, si discesserit mulier a viro non fornicante,[x] innupta permaneat, cum ei nisi a viro fornicante discedere omnino non liceat? Et item[6]: Hanc solam 25 causam fornicationis Deus[y] magister excepit, cum de dimittenda loqueretur uxore, deditque intellegi talem formam etiam a viro esse servandam, quoniam non solum 'mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir', sed 'similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier'. (1. Cor. 7, 4.) Et propterea nisi ex communi consensu non valent etiam propter continentiam separari, adeo ut, si vir contra voluntatem mulieris conversus tondeatur aut mulier sine voluntate viri con- 30 versa veletur, mulieri vir vel viro mulier a sancto Gregorio in epistola ad Secundinum[z] Taurominitanum episcopum[7] et in epistola ad Adrianum Panormi[a] notarium[a][8] iubeatur restitui. Si autem ex communi consensu se mutare promiserint[b] et quilibet eorum se inde retraxerit, ad conversionem suum sequi parem praecipitur. Causa autem fornicationis vir aut mulier ab invicem discedentes propter sacramentum nuptialis coniunctionis aut 35 innupti, quousque alter eorum moriatur, manebunt aut sibi reconciliari studebunt[w].

---

a) sigillatim *C, D.* b) in — evangelii *fehlt D.* c) *Fehlt D.* d) *Fehlt D.* e) intingi *C.* f) totumque — agitur *fehlt D.* g) *Hier zugesetzt:* decernit *D.* h) *Übergeschr. D.* i) *Fehlt hier D.* k) hoc *C.* l) *Verb. aus* scanctione *B;* functione *C, Sirm.* m) *Schluß des Textes in C.* n) *A. R. rot:* VIII *B.* o) *Fehlt D.* p) *A. R. von and. Hand:* Certa res de coniunctione *B.* q) *Fehlt D.* r) suam 40 *zugefügt D.* s) et *D.* t) Affricana *D.* u) *Fehlt D.* v) coniungatur *Sirm.* w) Et — studebunt *(unten Z. 36) ausgelassen D.* x) ut *eingefügt Sirm.* y) Dominus *Sirm.* z) Secundum *Sirm.* a) Panormitanum *Sirm.* b) permiserint *Sirm.*

1) *Bedae in s. Iohann. evang. exposit. c. 3, Migne 92, 668f.* 2) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 476 c. 48; Hinschius S. 621 c. 7 (J.-K. 536).* 3) *I, 23, Corp. Vindob. 42, 236.* 4) *Codex* 45 *canonum (1609) S. 257 c. 69; Hinschius S. 318 c. 17.* 5) *I, 3, Corp. Vindob. 41, 350.* 6) *Ebenda I, 5, Corp. Vindob. 41, 351f.* 7) *Vgl. Reg. IX, 3, MG. Epist. II, 42 (J.-E. 1527).* 8) *Vgl. Reg. XI, 30, MG. Epist. II, 300f. (J.-E. 1820). S. auch oben S. 94 Z. 15ff.*

Reconciliatio[a] autem post paenitentiam et reconciliationem sacerdotalem eius, qui peccavit, fieri debet, ut prius restituatur ecclesiae sacramento et postea nuptiali mysterio. 860.

Et[b] hinc sanctus Augustinus in secundo libro de adulterinis coniugiis dicit[1]: Licite itaque dimittitur coniunx ob causam fornicationis, sed manet vinculum pudoris, propter quod fit 5 reus adulterii, qui dimissam duxerit etiam ob hanc causam fornicationis. Sicut enim manente[c] in[c] se[c] sacramento regenerationis excommunicatus cuiusquam reus[d] criminis[d] nec illo sacramento caret, etiamsi numquam reconcilietur Deo[e], ita, si manente in se vinculo foederis coniugalis uxor dimittitur ob causam fornicationis, nec carebit illa[f] vinculo, etiamsi numquam reconcilietur viro. Carebit autem, si mortuus fuerit vir eius; reus vero excommunicatus ideo numquam carebit regenerationis sacramento 10 etiam non reconciliatus, quoniam numquam moritur Deus. Remanet itaque, ut, si sapere secundum apostolum volumus, non dicamus virum adulterum pro mortuo deputandum et ideo licere uxorem eius alteri nubere. Quamvis enim sit mors adulterium non corporis, sed, quod peius est, animae, non tamen de ipsa morte loquebatur apostolus, cum dicebat: 'Quodsi mortuus fuerit vir eius, cui vult nubat', sed de illa sola, quae[g] de corpore exitur. Et item in eodem[h] [2]: Haec namque alligatio quando- 1. Cor. 7, 39. 15 quidem non solvitur, etiamsi per repudium coniunx a casta coniuge separetur; multo minus solvitur, si non separata moechetur. Ac per hoc non eam solvit nisi mors coniugis non in adulterium corruentis, sed de corpore exeuntis. Quapropter si recesserit mulier ab adultero viro et ei reconciliari non vult[i], maneat innupta. Et si dimiserit[k] vir adulteram mulierem et eam non vult recipere nec post paenitentiam, custodiat continentiam, etsi non voluntate eligendi potioris boni, certe ex necessitate vitandi 20 pernitiosi mali. Et hinc latius in praefatis libris doctor facundissimus disputat, sicut qui intellegenter legerit nescire non poterit. Sed et in primo libro de nuptiis et concupiscentia dicit[3], quia lavacro regenerationis et verbo sanctificationis omnia prorsus mala hominum regeneratorum mundantur atque sanantur, non solum peccata, quae omnia tunc remittuntur in baptismo, sed etiam quae posterius humana ignorantia vel infirmitate contrahuntur: non ut baptisma quotiens 25 peccatur totiens repetatur[l], sed quia ipso, quod semel datur, fit, ut non solum antea, verum etiam postea quorumlibet peccatorum venia fidelibus impetretur. Quid enim prodest vel ante baptismum paenitentia, nisi baptismus sequeretur, vel postea, nisi praecederet? Et in epistola ad Bonifacium scribit[4]: Non aliquid remanet in baptismo, quod non dimittatur praeteritorum omnium peccatorum — si tamen ipse baptismus non frustra foris habeatur, sed aut intus detur aut, si iam[m] foris datur, 30 non foris cum illo remaneatur —, et quicquid ab eis, qui post acceptum baptismum hic vivunt, humana infirmitate contrahitur quarumcumque culparum, propter ipsum lavacrum dimittitur.

Hinc liquido demonstratur, quia, sicut semel acceptum baptismatis[n] sacramentum, quo quisque fidelis in unitate catholicae ecclesiae Christo incorporatur, postea nulla interveniente causa amittitur, sic et vinculum coniugale legaliter et nuptialiter celebratum[o] in- 35 dissolubiliter manet conexum[p], licet fornicationis causa vel quacumque de causa videatur separatum. Causa vero fornicationis separatum si post paenitentiam fuerit reunitum, non tamen ideo erit reiteratum, quod[q] permanet unum. Sed si in continentia paenitentiali, quod magis paenitentibus convenit, manere coniuges non valebunt, reconciliatione medicinali ex mutuo[r] consensu[r] post ecclesiasticam reconciliationem indulgentia compu- 40 tabitur esse sanatum; sicut nec baptismum[5] quotiens peccatur totiens reiteratur, sed paeni-

a) *A. R.:* Reconciliatio per penitentiam *B.* b) Et—Et *(unten S. 102 Z. 15) ausgelassen D.* c) in se manente *Sirm.* d) criminis reus *Sirm.* e) Domino *Sirm.* f) illo *B.* g) qua *Sirm.* h) eadem *Sirm.* i) *A. R.:* Si mulier reconciliari adultero viro non vult *B.* k) dimisserit *B.* l) *Verb. B.* m) *Fehlt Sirm.* n) baptismi *Sirm.* o) cęlebratum *stets B.* p) *A. R. von and. Hand:* Vinculum 45 coniugale legitime *(verb.)* celebratum non solvitur *B.* q) quia *Sirm.* r) consensu mutuo *Sirm.*

1) *II, 4, Corp. Vindob. 41, 386.* 2) *Ebenda II, 13, Corp. Vindob. 41, 397 f.* 3) *I, 38, Corp. Vindob. 42, 250.* 4) *Epist. 185 c. 39, Corp. Vindob. 57, 34 f.* 5) *Vgl. oben Z. 24 f.*

860. tentiae medicamento per reconciliationem ecclesiasticam non iteratur[a] nec[a] redditur[a], sed divina gratia reparatur. 'Reparatur'[b] autem de non amisso eo modo dicitur, sicut mens et corpus eucharistiae perceptione reparari et satisfactione congrua renovari mentis nostrae spiritus legitur. Et sicut, quae ante baptismum vel post baptismum humana ignorantia vel infirmitate peccantur, baptismatis munere est, ut dignis paenitentiae fructibus re- 5 mittantur, ita nuptiarum bono defenditur, ne crimina habeantur, quae ab apostolo secundum indulgentiam conceduntur, illa videlicet, quae concupiscentia impellente nonnisi[c] coniugibus conceduntur[d], tantum ut cum legaliter nuptis[e] naturaliter concumbatur. Naturaliter autem dicimus, quia et[f] Ona legitur etiam[g] cum uxore naturaliter non concumbens interisse[h] percussus a Domino[i]. 10

Vgl. 1. Cor. 7, 6. — Vgl. Gen. 38, 9. 10.

Unde beatus Augustinus in libro de bono coniugii et de nuptiis et concupiscentia et in aliis suis libris sufficientissime disputat. Sed et ibidem inter alia dicit[1]: Quod ergo praecipiunt apostoli coniugibus, hoc est nuptiarum: scilicet ut[k] 'uxori vir debitum reddat et uxor viro' et 'filios procreare, matres familias esse'. Quod autem venialiter[l] concedunt aut quod impedit ad orandum, non cogunt nuptiae, sed ferunt. Et[m] sicut opera bona ad salutem aeternam non 15 prosunt sine baptismatis sacramento et non est baptismum verum, quia[n] non est secundum scripturam unum, id est in unitate[o] catholicae fidei unicum, si catholice non fuerit celebratum: sic ac[p] legitimum et verum non potest esse coniugium, in quo docetur nuptiale non esse mysterium vel quod non docetur nuptialiter copulatum. Unde et Dominus de nuptiis Iohannem volentem nubere, ut tradunt historiae[2], non post celebratas nuptias, 20 sed de nuptiis et ante carnis copulationem vocando retraxit, qui legem non solvere, sed adimplere venit. De cuius scilicet Iohannis futura uxore, nisi eum Dominus non solum ante carnis unionem, verum et ante nuptiarum percelebrationem vocaret[q], sicut[r] de beati Petri uxore, quae continentissime perseveravit, non legitur, utrum in continentia manserit an secundum legem veterem, ut semen in Israel relinqueret, alii nubere[s] forte[s] de- 25 legerit[t]. In cuius hoc[u] arbitrio[u] non maneret, si post legales nuptias fuissent nuptialiter copulati[r], nec[v] Iohanni[w] esset[w] licitum[w] secundum evangelii documentum, si desponsatam, dotatam et publicis nuptiis honoratam duxisset, etiam ante unionem carnis relinquere, si non delegisset ex consensu in continentia permanere, sed aliam ducere. Sicut non liceret[x] Stephano istam, quam desponsavit, dotavit et publicis nuptiis honoravit, 30 licet ei non sit mixtus, relinquere et aliam cum paenitentia vel sine paenitentia ducere, nisi in istius concubitu incestale malum potuisset intervenire, sed[y] aut ex consensu cum ipsa in continentia Stephanus permaneret aut, si se continere non posset, cum ea nuptialiter copulatus maneret. Si autem sine incestu, cum hoc debito ordine commixti forent, nisi ex mutuo consensu propter continentiam separari non possent aut propter forni- 35 cationem separati vel innupti permanere vel sibimet reconciliari deberent. Et si cum incestu fuissent coniuncti, separatione eorum ac paenitentia adulterium secundum auctoritatem canonicam[3] sanari deberet.

1. Cor. 7, 3. — 1. Tim. 5, 14. — Vgl. Matth. 5, 17. — Vgl. Deut. 25, 5. 6.

Et[y z] haec sibimet ita concinere sacra demonstrat auctoritas dicens de Maria et Ioseph:

a) iteratum creditur *Sirm.* b) Reparari *Sirm.* c) cum *(c verb.) zugefügt B.* d) exceduntur *B.* 40 e) nuptiis *B.* f) de *Sirm.* g) quod *Sirm.* h) interiit *Sirm.* i) *A. R.:* Quid de Ona legitur *B.* k) *Fehlt Sirm.* l) veniaboliter *(verb.) B.* m) *Vgl. oben S. 101 Z. 41 Var. b.* n) quod *D.* o) ęcclesię et *zugefügt D.* p) et *Sirm.* q) revocaret *Sirm.* r) sicut — copulati *(unten Z. 27) fehlt D.* s) forte nubere *Sirm.* t) *A. R.:* Quid de uxore apostoli Petri et Iohannis evangelistae *B.* u) arbitrio hoc *Sirm.* v) non *D.* w) esset licitum Iohanni *D.* x) licet *Sirm.* y) sed — Et *(unten Z. 39) fehlt D.* z) *A.R. rot:* VIIII *B.* 45

1) *Augustin. de bono coniugali XIII (15), Corp. Vindob. 41, 208.* 2) *Beda, Expos. in Joh. evang. (Vorrede), Migne 92, 633.* 3) *Vgl. oben S. 95 f. und A. 4.*

'Antequam', inquit, 'convenirent', id est, antequam nuptiarum solemnia rite celebrarent. 860. Matth. 1, 18.
Verbo enim conveniendi non ipsum concubitum, sed nuptiarum[a], quae praecedere solent concumbendi tempus, insinuat, quando ea, quae prius desponsata fuerat, esse coniunx incipit[b]. Et paulo post: 'Voluit occulte dimittere eam'. Videns Ioseph sponsam concepisse Matth. 1, 19.
5 suam, quam bene noverat a nullo viro fuisse adtactam, cum esset iustus et iuste omnia vellet agere, optimum duxit, ut neque hoc aliis proderet neque eam ipse acciperet uxorem, sed mutato occulte nuptiarum proposito, in condicione eam sponsae manere pateretur ut erat. Sed[c] si eam occulte dimitteret neque acciperet coniugem et illa sponsa pareret, nimirum perpauci essent, qui eam virginem et non potius autumarent esse meretricem,
10 et quasi adultera lapidaretur a Iudaeis[c].

Unde et sacri canones[1] in capitulo, in quo de parentibus, qui fidem sponsaliorum frangunt, decernentes prudentissime[d] studuerunt[e] adiungere, si tamen, inquiunt[f], sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes: quia quod parentes fidei fractae debuissent punitionis[g] sustinere[g] iudicium[g], ad eos iam, qui meruerant, pertinebit. Et[h] ut
15 ad[i] superioris exempli ordinem redeamus, propterea consilium Ioseph repente consilio meliore mutatur, ut videlicet ad conservandam Mariae famam ipse eam celebrato nuptiarum convivio[k] coniugem acciperet, sed castus castam perpetuo custodiret, ut sequitur: 'Haec autem eo cogitante ecce[l] angelus Domini in somnis apparuit ei dicens: Ioseph, fili Matth. 1, 20.
David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam'.

20 De cuius coniugii genere Syricius ad Hymerium Tarraconensem[m] episcopum scripsit dicens[n][2]: De coniugii violatione requisisti, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturae sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur. Et in concilio Ancyrano[3]: Desponsatas puellas et post ab aliis raptas placuit erui et eis reddi, quibus ante fuerant
25 desponsatae, etiamsi eis a raptoribus vis inlata constiterit. Quae supra taxato ordine non modo sponsae, verum etiam quasi coniuges factae, etiam[o] violenter corruptae, ita sponsis reddendae sunt, sicut et[p] separati sine[q] fornicationis causa et absque mutuo consensu disiuncti coniuges reiungendi sunt. Fornicationis autem causa separati aut innupti manebunt aut ex consensu mutuo[r] sibimet[r] reconciliabuntur[s]. De nuptiatis autem, sed in-
30 nuptis, id est de nuptiarum celebratione, in quibus arrae sponsaliorum et benedictio sacerdotalis et dotationis confirmatio et Christi atque ecclesiae mysterium ad completionis perfectionem dirigitur, sed non carnis unione completur, sed consilium bonum, ut de Ioseph diximus[4], consilio meliore mutatur, ut in continentia perpetuo maneat[t], ibidem iterum scriptum est: 'Exsurgens autem Ioseph a somno fecit, sicut praeceperat[u] ei[u] angelus Do- Matth. 1, 24. 25.
35 mini, et accepit coniugem suam. Et non cognoscebat eam.' Accepit autem ad nomen coniugis ob causas necessarias, quae tunc imminebant, et non cognoscebat eam ad opus coniugale, sed uterque in continentia permanebant.

Quod et Paulus licenter fieri posse in epistola prima ad Corinthios et Augustinus Vgl. 1. Cor. 7, 29.
in libro primo de nuptiis et concupiscentia demonstrat dicens[5]: Quibus vero placuit[v] ex con-

40 a) *So B, D;* nuptias *Sirm.* b) incepit *Sirm.* c) Sed — Iudaeis *(unten Z. 10) fehlt D.* d) providentissime *Sirm.* e) statuerunt *Sirm.* f) *Fehlt D.* g) iudicium punitionis sustinere *Sirm.* h) Et — vitaremus *(unten S. 105 Z. 2) ausgelassen D.* i) a *B.* k) coniugio *Sirm.* l) *Doppelt B.* m) Terraconensem *B.* n) *A.R.:* De coniugii violatione *B.* o) iam *B.* p) etiam *Sirm.* q) sive *Sirm.* r) sibimet mutuo *Sirm.* s) reconciliabunt *B.* t) maneatur *Sirm.* u) ei praeceperat *Sirm.*
45 v) placuerit *Sirm.*

1) *Konzil von Elvira c. 54, Hinschius S. 342.* 2) *Codex canonum (1609) S. 316 c. 4; Hinschius S. 521 c. 4 (J.-K. 255).* 3) *Konzil von Ancyra c. 10, Codex canonum (1609) S. 30; Hinschius S. 262 c. 11.* 4) *Vgl. oben Z. 15 ff.* 5) *I, 12, Corp. Vindob. 42, 224.*

860. sensu ab usu carnalis concupiscentiae in perpetuum continere, absit, ut vinculum inter illos coniugale rumpatur; immo firmius erit, quo magis ea pacta secum inierunt[a], quae carius concordiusque servanda sunt, non voluntariis corporum nexibus, sed voluntariis affectibus animorum. Neque enim fallaciter ab angelo dictum est ad Ioseph: 'Noli timere accipere Mariam coniugem tuam'; et reliqua, quae latius ibidem prosequitur. 5

Matth. 1, 20.

Qua de re his edocti[b] testimoniis sacrae auctoritatis quicumque desponsatas, dotatas, publicis nuptiis honoratas[c] uxores ingenuas vel ob hoc factas ingenuas duxerint, aut in perpetua continentia maneant aut, nisi hoc crimen incestuale vel aliud quodlibet prohibuerit, quod in se vel secum non recipit Christi et ecclesiae sacramentum, nuptialiter nubant, si se ex consensu continere non poterunt, et nonnisi fornicationis causa disiungantur; qua[d] disiuncti aut innupti permaneant aut, si[e] continere non possunt[e], sibi post paenitentiam reconcilientur. Ubi autem ut in Stephani nuptiis periculum cum periculo vitandum emerserit, minus periculum ad maius devitandum periculum, ut sanctus Gregorius in libris docet moralium[1], eligatur. Sed et ipsum quod eligitur periculum non neglegatur, verum dignis paenitentiae fructibus, videlicet piis operibus et profusis lacrimis, ne aeternaliter periculum maneat, sed salutari remedio temperetur aut penitus evadatur, apud omnipotentis Domini clementiam[f] optineri modis omnibus satagatur. 10 15

Nos[g] autem haec his idcirco interponere necessarium duximus, quia quosdam, etiam qui se doctores esse dicebant[2], audivimus pertinaci contentione intendere, quasi ex verbis beati Ambrosii et sancti Augustini, quae parum diligenter intenderant, virum non fornicantem et a fornicatore muliere discedentem aliam illa vivente ducere posse et, quae causa fornicationis a viro recesserit, non posse reconciliari, illam autem, quae non causa fornicationis, sed alia qualibet recesserit, aut reconciliari aut innuptam[h] debere manere[i]: non advertentes, quia sic adulterino sensu interpretabantur verba apostoli, sicut et illi, contra quos olim beatus Augustinus istos libros descripserat[3] et Africana synodus quae praemisimus diffinivit[4], quando et Caelestianos[k] evisceravit et ipsas etiam Pelagianorum medullas exussit[l][5]. Nec mirum. Sic enim pravo erant infecti dogmate, sicut et moderni Praedestinatiani, qui veterum Praedestinatianorum haeresim quasi de sancti Augustini verbis compilatam instaurare laborant[6]. Quorum capita confregit et verticem capillorum perambulantium in delictis suis conquassavit atque contrivit beatus Caelestinus papa in epistola decretali ad Venerium ac[m] ceteros Gallicanos episcopos[7] et isdem beatus Augustinus in libro de correptione et gratia[8] et de praedestinatione sanctorum[9] ac bono perseverantiae[10]. Sed et sanctus Prosper ex delegatione sedis apostolicae in absolutionibus obiectionum Gallorum[11], Vincentianorum[12] atque Massiliensium[13], in libris etiam de vocatione gentium[14] catholico sensu et perfecta evidentissimae[n] rationis facundaque doctrina eorum argumenta 20 25 30 35

---

a) inierint *Sirm.* b) *Verb. aus* edoctis *B.* c) *A. R. von and. Hand:* Desponsata, dotata, publicis nuptiis honoratas *B.* d) qui *Sirm.* e) si — possunt *fehlt B.* f) misericordiam *Sirm.* g) *A. R. rot:* X *B.* h) innupti *B.* i) remanere *Sirm.* — *A. R. von and. Hand:* Utilis ratio de incestu coniugio *B.* k) *Verb. aus* Caelestinos *B.* l) excussit *Sirm.* m) et *Sirm.* n) evidentissime *B.*

1) *In Greg. Moral. nicht ermittelt; vgl. aber Decreta Gregorii, Hinschius S. 750 (J.-E. † § 1334):* — — de duobus periculis, quod facilius sit vitandum, ostendi. 2) *Vgl. Sdralek, Hinkmars von Rheims kanonistisches Gutachten S. 127.* 3) *Vgl. oben S. 102 Z. 11 f.* 4) *Vgl. oben S. 100 und A. 4.* 5) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 260 c. 76; Migne 67, 217 c. 108 (Rubrik).* 6) *Von den* moderni Praedestinatiani *redet Hinkmar auch in 'De praedestinatione', Migne 125, 82. Vgl. auch Schrörs S. 143.* 7) *Codex canonum (1609) S. 403 ff.; Hinschius S. 556 ff. (J.-K. 381).* 8) *Migne 44, 915 ff.* 9) *Migne 44, 959 ff.* 10) *Augustin. de dono perseverantiae lib., Migne 45, 993 ff.* 11) *Migne 51, 155 ff.* 12) *Migne 51, 177 ff.* 13) *Gemeint wohl Prosper. lib. contra collatorem, Migne 51, 213 ff., gerichtet gegen den Priester Johannes Cassianus von Marseille.* 14) *Ps.-Prosper. libri duo de vocatione omnium gentium, Migne 51, 647 ff.* 40 45

dissolvit. Verba autem eorundem auctorum, unde imperiti magistri talia insulsa captarunt, hic poneremus, si non pro solutione nodum componere vitaremus[a]. 860.

Addendum[b] etiam necessarium duximus, ut his sanctorum sententiis cognoscamus nuptias, quas concubitus pro quibusdam causis non sequitur, solvi posse et propter in-
5 continentiam feminas ad alias convolare valere[c]. Sed subtilis investigatio et rationabilis discretio in his prius est adhibenda, utrum quasi naturalis in viris sit huiusmodi commixtionis inpossibilitas — quia et sunt eunuchi, sicut scriptum est, qui de matris utero sic nati sunt —, an hoc impedimentum operatione diaboli, sicut fieri adsolet[d], illis accidit. Quodsi per sorciarias[e] atque maleficas occulto, sed numquam vel nusquam iniusto, Dei[f] iudicio
10 permittente et diabolo operante accidit, hortandi sunt quibus ista eveniunt, ut corde contrito et spiritu humiliato Deo et sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant et profusis lacrimis ac largioribus aelemosinis et orationibus atque[g] ieiuniis Domino satisfaciant, cuius iudicio pro suo merito[h] ab illa benedictione privari inviti meruerunt, quam Dominus primis parentibus ante peccatum in paradyso donavit[i] et etiam post
15 peccatum humanum[k] genus[k] in totum privari non voluit, et per exorcismos ac[l] cetera medicinae ecclesiasticae munia ministri ecclesiae tales, quantum annuerit Dominus, qui Abimelech ac[m] domum eius Abrahae orationibus sanavit, sanare procurent. Qui forte si sanari non poterunt, separari valebunt. Sed postquam alias nuptias expetierint, illis in carne viventibus, quibus iunctae fuerint[n], prioribus, quos reliquerant, etiamsi possibilitas
20 concumbendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt. Incestuosas autem nuptias propter incestus crimen, quod habere non potest, ut praediximus[o] [1] et[p] iterum[p] dicimus[p], Christi et ecclesiae sacramentum, non debere manere, sed crimen separatione et paenitentia debere sanari noscamus.

Vgl. Ps. 50, 19.
Vgl. Iud. 8, 16.
Vgl. Gen. 1, 28.
Vgl. Gen. 20, 17.

Stephani vero nuptias, de quibus agitur, ne incestus admittatur, debere dissolvi modis
25 omnibus iudicamus[q]. Et[r] nuptias, quae nuptiale habent mysterium, non quacumque alia nisi sola fornicationis causa posse dissolvi docente veritatis auctoritate tenemus[s]. Quoniam etsi communi consensu continentiam voverint coniuges, tanto obnixius quanto spiritalius[t] in Domino iuncti manebunt. Quorum coniunctioni ac indivisae separationi nulla simulatio in oculis eius intervenire valebit, qui cordium ac[u] renum[v] scrutator esse
30 dinoscitur.

Vgl. Matth. 5, 32.
Vgl. Ps. 7, 10; Apoc. 2, 23.

Unde[w] Stephanus pro fornicatione, de qua, nisi coactus necessitate eam publicaret, secreta confessione paenitentiam agere poterat, et quia sacro nuptiarum mysterio, licet necessitate compulsus, simulationis culpam superinduxit, sicut ille, qui zizaniam tritico superseminare non metuit, et quoniam post tale conubium, antequam legaliter dissol-
35 veretur, quod quasi legaliter[x] visum fuit initum[y], alios pravo exemplo destruens[y] concubina usus fuisse dicitur, iuxta modum culpae cum pietatis modestia, quia reverentiam Deo exhibuit, ne incestum fornicationi adiungeret, a[z] proprio episcopo secundum eius arbitrium, quia canones sic decernunt[2], paenitentiam regularem suscipiat et cum dignis paenitentiae fructibus peragat, ut qui suo neglectu ecclesiam et[a] multos ecclesiae filios[a]

Vgl. Matth. 13, 25.

---

40 a) *Vgl. oben S. 103 Z. 42 Var. h.* b) *A. R. rot:* XI *B.* c) *A. R. von and. Hand:* Quae feminae ad alias possint convolare *B.* d) solet *D.* e) *Verb. statt* fornicarias *D.* f) Domini *Sirm.* g) ac *D.* h) et *eingefügt Sirm.* i) qua *Sirm.* k) genus humanum *Sirm.* l) atque *Sirm.* m) et *D.* n) *Verb. statt* fuerant *D.* o) prius diximus *Sirm.* p) *Fehlt D.* q) cognoscamus *B, Sirm.* r) *Fehlt D.* s) teneamus *Sirm.* t) spiritualius *D.* u) et *D.* v) renium *B.* w) *A. R. rot:* XII *B.* x) le-
45 gale *D.* y) initum — destruens *fehlt D.* z) ac *B.* a) et—filios *fehlt D.*

1) *Vgl. oben S. 95 Z. 24 f., S. 104 Z. 8 f.* 2) *Vgl. conc. African. c. 10, Codex canonum (1609) S. 213; Hinschius S. 299 c. 31.*

860. scandalizare praesumpsit, ecclesiae et eius rectoribus atque[a] filiis satisfaciat et post satisfactionem, si se continere non poterit, iuxta sententiam magni Leonis papae ad Rusticum Narbonensem episcopum[1] et secundum decreta sancti Toletani concilii[2] copulam uxoris[b] legitimae[b] expetat, ne iterum crimen[c] fornicationis[c] incurrat. In quo tamen, cum eodem patre[d] loquentes sanctissimo[e], non regulam constituimus, sed quid sit tolerabilius aestimamus. Nam secundum veram cognitionem nihil magis ei congruit, qui paenitentiam gesserit[f], quam castitas perseverans et[g] mentis et corporis. Cui ne laqueum iniciamus[h], remedii manum porrigimus, non imperium actionis imponimus.

Vgl. 1. Cor. 7, 35.

Quia[i k] etiam[k] sanctus Syricius de benedictione sponsarum in decretis suis quaedam ponere studuit[3]. De[l] quibus quod notum est canones[m] sacri[m] decernunt[l] et nos exinde aliqua diximus et plura alia diceremus, si his nuptiis, de quibus loquimur, benedictionem sacerdotalem datam fuisse ex more ecclesiastico audiremus. Sed quibus debita fides defuit[n], locum benedictio sacerdotalis non habuit, praesertim cum scriptum sit: 'In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et[o] si fuerit in ea filius pacis, requiescet super illam[p] pax vestra; sin autem, pax vestra ad vos revertetur'. Et Petrus de Domino ex[q r] fidelibus[q] dicit: 'Fide purificans corda eorum'. Et item scriptum est: 'Omnia opera eius in[s] fide'; et iterum: 'Quod non est ex fide, peccatum est'. Et ubi peccatum manet, ante congruam satisfactionem benedictio locum non habet. Nihil enim, ut beatus[t] dicit[u] Gregorius[u] [4], prodest oratio, ubi iniqua est actio[v].

Luc. 10, 5. 6. Act. 15, 9. Ps. 32, 4. Rom. 14, 23.

Post[w] haec omnia, si Regimundus filiam suam recipere non voluerit aut illa in sua libertate manere decreverit, indicandum est eis, quoniam, si ipsa stuprum quodcumque commiserit[x], ad illum vel ad illam, non autem ad Stephanum, quod perpere[y] actum[y] fuerit pertinebit.

Debetis[z] etiam vos, sancti antistites, et Regimundo et Stephano atque illorum parentibus et amicis ex divino mandato suggerere, intimare atque praecipere, ut pacem inter se, quam Dominus praecepit et sine qua Deum[a] nisi ad iudicium videre non poterunt, habeant[b]. Et terrae princeps[c] cum primoribus hoc[d] debet[e] satagere, ne pro hac causa in ecclesia et in regno scandala et seditiones fiant. Quod qui eorum oboedire contempserit, iuxta evangelicum praeceptum sicut ethnicus et publicanus efficiatur; et secundum apostolum qui non oboedit verbo notetur, ut nemo ei commisceatur; et qui hanc pacis doctrinam non receperit, nullus ei Ave dicat, ut non communicet peccatis eius et, sicut canones decernunt[5], oblatio eius nec in sacrario[f] recipiatur. Et qui ad pacem redire noluerit, tamdiu excommunicatus maneat, quamdiu ad pacem redire contempserit et ad caritatem, quae operit multitudinem peccatorum, quantotius redire festinet. Et item in canonibus scriptum est[6], ut de concilio bini vel terni iudices ad quaeque diffinienda eligantur[g] atque mittantur,

Vgl. Marc. 9, 49. Vgl. Matth. 18, 17. Vgl. 2. Thess. 3, 14. Vgl. 2. Joh. 10. 11. Vgl. 1. Petr. 4, 8.

a) et *D.* b) legitimae uxoris *D.* c) fornicationis crimen *Sirm.* d) sancto Leone *D.* e) *Fehlt D.* f) agit *Sirm.* g) *Fehlt D.* h) initiamus *D.* i) *A. R. rot:* XIII *B.* k) *Fehlt D.* l) De—decernunt *fehlt D.* m) sacri canones *Sirm.* n) *Auf Rasur B.* o) *Fehlt B, D.* p) illum *Sirm.* q) *Fehlt D.* r) et *Sirm.* s) ex *Sirm.* t) sanctus *D.* u) Gregorius dicit *D.* v) *Schluß des Textes in D, es folgt:* FINIT.; *darauf nachgetragen oben S. 93 Z. 35—S. 94 Z. 4 (vgl. S. 93 Var. v).* w) *A. R. rot:* XIIII *B.* x) consenserit *Sirm.* y) perpetratum *Sirm.* z) *A. R. rot:* XV *B.* a) eum *Sirm.* b) *A. R.:* Qui ad pacem redire nolunt excommunicentur *B.* c) principes *Sirm.* d) *Fehlt Sirm.* e) debent *Sirm.* f) secrario *B.* g) deligantur *Sirm.*

1) *Codex canonum (1609) S. 459 c. 25; Hinschius S. 617 c. 11 (J.-K. 544).* 2) *6. Konzil von Toledo c. 8, Hinschius S. 378.* 3) *Codex canonum (1609) S. 316 c. 4; Hinschius S. 521 c. 4 (J.-K. 255).* 4) *Vgl. Reg. XI, 31, MG. Epist. II, 301 (J.-E. 1821):* nam inanis fit oratio, ubi prava est actio. 5) *Vgl. 4. Konzil von Karthago c. 93, Hinschius S. 306.* 6) *Vgl. conc. African. c. 88. 89, Codex canonum (1609) S. 268 f.; Hinschius S. 319 (Konzil von Mileve c. 24).*

quae ecclesiastico debent examinari ac diffiniri iudicio et alibi rationabilius atque convenientius quam in eodem concilio poterunt diffiniri. Et quisquis probatus fuerit pro contumacia nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primae sedis episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet, donec obtemperet. Qua de re sancta synodus vos, qui primarum sedium regni Aquitanici estis[1], ad hanc causam diffiniendam cum coepiscopis vestris et principe[a] ac terrae illius primoribus eligere studuit. Quorum diffinitioni sine suo periculo et excommunicationis invectione quisquis vobis obtemperare distulerit evadere non valebit. 851—861.

Haec[b] de evangelica veritate et apostolica atque canonica auctoritate seu catholicorum patrum[c] doctrina et traditione, sicut synodus sacra[d] iussit, pro mediocritate ingenioli mei colligere studui. De quibus, sicut audivi, quoniam quidam faciunt, nemo contra me debet irasci: quia non meo sensu mea verba composui neque quod meum non est mihi arrogare praesumpsi neque statuendo vel imperando[e] in hac causa quod non est meum quiddam scribere procuravi, nullius praeiudicans sanam[f] sententiam[f] nec dehonorans auctoritatem aut ad obsequendi quenquam cogere volens necessitatem. Sed cum beato Leone scribente ad Rusticum Narbonensem episcopum[2] dilectissimam atque reverentissimam fraternitatem vestram commoneo, quia, sicut quaedam sunt, quae nulla possunt ratione convelli[g], ita multa sunt, quae aut pro consideratione aetatum aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper condicione servata, ut in his, quae vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec praeceptis evangelicis contrarium nec decretis sanctorum inveniatur adversum.

137.*

Hinkmar an Erzbischof Remigius von Lyon. *Ende 860.*

Schrörs Reg. 148.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 515): Item[3] de constitutione sinodica[4] propter ecclesiasticarum rerum pervasores, et alia.

138.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen. *851—861.*

Schrörs Reg. 143.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 510): Item[5] de itinere ad superiorem Franciam, qualiter disponatur, et quomodo regnum istud ordinatum dimittatur.

---

a) principibus *Sirm.* b) *A. R. rot:* XVI *B.* c) *Fehlt Sirm.* d) sancta *Sirm.* e) impetrando *B.* f) sanae sententiae *Sirm.* g) compelli *B.*

1) *Rudolf von Bourges und Frotar von Bordeaux. Vgl. oben S. 88 Z. 11f.* 2) *Codex canonum (1609) S. 453f.; Hinschius S. 616 (J.-K. 544).* 3) *Vgl. oben S. 44 A. 4.* 4) *Vgl. Schrörs S. 571 A. 65. Die Bezugnahme auf die Synode von Tusey (s. oben S. 81 A. 4), bei der Remigius zugegen war, liegt so nahe, daß der Brief noch dem Jahre 860 zugewiesen werden kann.* 5) *Für die Briefe Nr. 138—140 sehen wir mit Schrörs S. 571 A. 63 keine Handhabe einer engeren zeitlichen Begrenzung als die Flodoard-Reihenfolge der Schreiben Hinkmars an Karl den Kahlen.*

139.*

851–861. *Hinkmar an König Karl den Kahlen.* *851—861.*

Schrörs Reg. 144.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 510): Item[1] de sinodo[2], quam precipiebat rex convocari infra parrochiam Remensem, ostendens, quibus ex causis convocari debeat sinodus; et de aliis quibusdam utilibus rebus. 5

140.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen. *851—861.*

Schrörs Reg. 145.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 510): Item[3] de causa Hilduini abbatis[4] defuncti.

141.

Vorrede Hinkmars zu seiner Schrift über die Trinität. *860—861.* 10

Hs.: Brüssel Königliche Bibliothek 1831—33 (= de Gheyn 932) Bl. 40—46', 9. Jh. (B), kollat. Perels.

Drucke: Sirmond, Hincm. opera I, 413; Migne 125, 473.

Schrörs Reg. 146.

HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS DILECTIS ECCLESIAE CATHOLICAE FILIIS ET COMMINISTRIS NOSTRIS.[5] 15

Diu est, quod quidam occasione accepta de finalitate hymni[a], cuius auctor penitus ignoratur, in qua dicitur[6]:

Te trina deitas unaque poscimus,

delectabiliter vocum novitatibus, ut innotescerent, incumbentes coeperunt contendere, 20 quod, sicut trinus et unus Deus, ita trina et una deitas debeat et catholice[b] valeat dici. Unde quique pro suo modulo scriptitarunt. Inter quos et Ratramnus, Corbeiae monasterii monachus[7], ex libris beatorum Hilarii et Augustini dicta eorundem detruncando et ad pravum suum sensum incongrue inflectendo, sicut et Macharium Antiochenum[c] episcopum[d] [8] de quamplurimis catholicorum libris fecisse in sexta synodo[9] legimus, ex hoc 25

141. a) ymni; *davor 1 Buchst. — anscheinend* h *— rad. B.* b) -ce *auf Ras. B.* c) *Zwischen* t *und* i *1 Buchst. rad.,* h *übergeschr. B.* d) *Danach 1 Buchst. rad. B.*

1) *Vgl. oben S. 107 A. 5.* 2) *Die betr. Synode der Reimser Provinz scheint nicht feststellbar; s. auch Schrörs S. 571 A. 63.* 3) *Vgl. oben S. 107 A. 5.* 4) *Welcher der zahlreichen Äbte namens Hilduin (vgl. auch oben S. 42 A. 8) hier gemeint ist, ist nicht zu ermitteln; s. auch Schrörs S. 571 A. 63.* 30 5) *Von diesem Werke Hinkmars spricht auch Flodoard, Historia Remensis ecclesiae III, 15 (MG. SS. XIII, 502):* Scripsit preterea multa. Librum quoque collectum ex ortodoxorum dictis patrum ad filios ecclesiae suae, quod divinae trinitatis deitas trina non sit dicenda, cum sit ipsius summae trinitatis unitas, ad refellendas prememorati Gothescalci blasphemias. *— Vgl. im übrigen Schrörs S. 150 ff., insbesondere S. 156 und A. 27. S. auch Traube, MG. Poet. III, 719 n. 45. Die Frage der Trinität behandelt Hinkmar auch sonst, s. oben Nr. 39 S. 24 und Nr. 81 S. 40, ferner Schrörs Reg. 87, 88, 147.* 35 6) *Hymnus 'Sanctorum meritis inclyta gaudia', Ph. Wackernagel, Das deutsche Kirchenlied I (1864), 85 Nr. 125.* 7) *Über ihn vgl. PRE. XVI³, 463 ff.* 8) *Vgl. oben S. 68 A. 10.* 9) *Konstantinopel 680.*

volumen quantitatis non modicae scribens[1] ad Hildegarium Meldensem episcopum[2] compilavit. Cuius perversam intellegentiam ipsa eius collectio scriptis autenticis[a] conlata mendacio redarguit et revincit, veluti qui legerit apertissime pervidebit. 860—861.

Haec autem audiens Gotescalcus[b], Orbacensis monasterii Remensis ecclesiae pseudo-
5 monachus[3], tam invidia mei, quem in ecclesia cantari trinam deitatem vetuisse audierat, quam more suo, qui nova et antea inaudita canaeque orthodoxorum intellegentiae contraria adinvenire ac proferre ab ineunte aetate suae viciosae indolis delectabiliter[c] studuit et in eodem studio permansit, inde plurima scribere et ad quoscumque potuit, primum latenter, deinde, quantum sibi licuit, aperte mittere procuravit. Novissime diebus istis
10 hanc subiunctam scedulam[4], quae ad nos communiter per complices ac satellites suos pervenit, inde conscripsit. De qua bonis vestris desideriis placuit, ut eam in hoc opere cum integritate ponerem et post ad singula catholicorum sententiis responderem: ut, dum ipsius sententiae fuerint de hac causa oribus catholicorum, gladio videlicet spiritali, peremptae, ceterorum, qui sensibus in illius currunt sententiam, 'muta fiant labia dolosa' Ps. 30, 19.
15 sicque cooperante Domino 'omnis iniquitas oppilet os suum'. Proponentes mihi verba Ps. 106, 42. beati Gregorii ex omelia evangelii, qua dicit[5]: Quid est, inquiens, quod vigilantibus pastoribus angelus apparet eosque Dei claritas circumfulget, nisi quod illi prae ceteris videre sublimia merentur, qui fidelibus gregibus praeesse solliciti sunt. Dumque ipsi pie super gregem vigilant, divina super eos gratia largius coruscat; et quod ex sententia Canticorum Cantici explanat[6]: 'Nasus tuus Cant. 7, 4.
20 sicut turris Libani', quia videlicet praepositorum discretio et munita debet esse ex circumspectione et altitudine vitae consistere, id est in valle infirmi operis non iacere et incursus malignorum spirituum longe prospicere et commissas sibi animas per suam providentiam Vgl. Luc. 8, 2. cautas reddere, ut iuxta beati Petri vocem dominum Iesum Christum sanctificemus in Vgl. 1. Petr. 3, 15. cordibus nostris et parati semper simus ad satisfactionem omni poscenti nos rationem
25 de ea, quae in nobis est, spe reddere. Quapropter ministerio dignatione divina indignitati meae imposito ad hanc sollicitudinis curam ac studium non modo vestris petitionibus sum invitatus, verum et tractus et, quantum ipsa deitas, quae trinitatis est unitas, dederit et occupatio multiplex atque continua[d] inertiaque sensus mei permiserit, exequi ea, quae petitis, procurabo ponens cum integritate sui in hoc opusculo nostrae servitutis
30 eiusdem Gotescalci[e] scedulas. Et per singulas sententias more veterum[7] oboelum ⟼, id est iacentem virgulam, eis praeponemus[f], ut quasi sagitta falsa illius dicta confodiat. His vero, quae opponentur ex orthodoxorum dictis eius sententiis, figuram ☧, quae chrisimon dicitur, praenotabimus, ut per eam catholicorum testimonia, quae resistunt venenosis eius sensibus, demonstrentur et sana ac vere Christiana intellegentia, ut revera a Christo contra
35 antichristos tradita, evidenter simplicibus et devotis mentibus ostendatur.

Cum aliis pestiferis, magis autem mortiferis venenis, quae Gotescalcus[g] sanam doctri- Vgl. 1. Tim. 6, 20. nam non sustinentibus vocumque[h] novitate[h] delectantibus et prurientes aures habentibus, Vgl. 2. Tim. 4, 3. qui iuxta voluntatem suam magistros sibi coacervare festinant, ut magistri[8] demum erroris fiant, qui noluerunt fieri discipuli veritatis, bibenda proponit, cogitans et loquens ini- Vgl. Ps. 72, 8. 9.
40 quitatem in excelsum et ponens in caelum os suum haec etiam dicit[9]:

---

a) *Durch übergeschr.* h *(undeutlich) später zu* authenticis *verb. B.* b) *Zwischen* t *und* e *1 Buchst. — wohl* h *— rad. B.* c) delectabiliū *B.* d) -nu- *stark verblaßt B;* contumacia *Sirm.* e) *Zwischen* t *und* e *1 Buchst. rad. B.* f) opponemus *Sirm.* g) *Zwischen* t *und* e *1 Buchst. rad. B.* h) *Auf Ras. B.*

1) *Nicht erhalten.* 2) *856—873.* 3) *Vgl. oben S. 8 A. 3.* 4) *Vgl. unten S. 110*
45 *Z. 1 ff.* 5) *Hom. 8, Migne 76, 1104.* 6) *Super Cantica Canticorum expositio c. 7, Migne 79, 534.* 7) *Vgl. Isidor. Etymolog. 1, 21, 3.* 8) *Vgl. Leo I. an Flavian, Hinschius S. 597 (J.-K. 423).* 9) *Vgl. Traube, MG. Poet. III, 718 n. 41 und A. 6.*

860—861. Quisquis est ille, qui dicit, quod nequaquam deitas trina dici catholice possit, sed solummodo deitas una sit, debet interrogari subtiliter, quomodo dicat unam vel qualiter, utrum scilicet naturaliter an personaliter. Si respondet et dicit unam deitatem esse credendam et confitendam personaliter, nisi suum concitus corrigat sensum, revera cum Sabellio audire meretur anathema sic praesentialiter, ut mereatur illud etiam pati iure perpetualiter. Hinc enim haeretici Sabelliani dicti nuncupatique sunt 5 etiam Patripassiani, quia noluerunt nec omnino potuerunt negare Deum patrem passum, dum Deum personaliter somniaverunt unum, non sicut ecclesia sancta catholica et apostolica credit et confitetur Deum naturaliter unum et personaliter trinum. At si metuens anathemate rite percelli et illud cum Patripassianis pati dixerit deitatem esse naturaliter unam, credere consequenter debet et confiteri, si tamen vult veniam mereri, prorsus esse deitatem[a] personaliter trinam, sicuti scilicet Deum natu- 10 raliter unum constat esse procul dubio personaliter trinum. Ac per hoc, sicut non potest in hymnis[b] et in sanctorum patrum libris, ubi dicitur trinus et unus Deus, immutari et dici sanctus et unus Deus, ita nimirum sine mortis exitio immutari non potest, ubi dicitur trina et una deitas, ut ibi dicatur sancta et una deitas, quia revera, cum hoc nec ibi possit ullatenus fieri, ubi non est addita et una, sed solummodo dicitur deitas trina, multo minus ibi potest fieri, ubi deitas trina dicitur et una. Quia scilicet 15 simplicibus mox diceretur, sicut et dicitur: Ecce nunc iam patet, quia non poterat nec potest revera dici deitas trina, sed tantum deitas una. Sed profecto iam tempus est, ut qui credunt atque dicunt, quod non possit auctoritative neque vere dici deitas trina, cernant et legant in libro de sancto synodo, qui scriptus est in Greco, scilicet Constantinopoli sub iuniore Constantino, a CL patribus iure damnatos et anathematizatos Arrianos colentes tritheoteias, id est tres deitates. Et tamen in ipso consequenter continetur 20 volumine, in edicto scilicet Constantini, conglorificandam trinam deitatem, nec addi tamen illic opus fuit unam, quia scilicet, dum sub numero singulari dicitur deitas trina, licet non sit dicta, subintellegitur tamen simul[c] et[c] una. Sic enim dicta est a Prospero trina maiestas, a Prudentio trina pietas, ab Aratore bis trina potestas; sic et a Grecis trisagium, a Latinis autem satis proprie, regulariter atque catholice dicitur trina sanctitas. Ac per hoc, sicut ab eis catholicissime dicitur tritheoteia, sic et a nobis catholicissime trina 25 deitas, cum tamen et illi et Latini consensu pari damnaverint, damnent[d], anathematizaverint et anathematizent Arrianos, qui colunt tres maiestates, tres pietates, tres potestates, tres deos atque tres deitates. Necnon etiam similiter, si non multo amplius, constat et claret rite damnatos atque damnandos Sabellianos eosdemque Patripassianos, qui colunt secundum Iudaicam paupertatem singulariter solitariam et personaliter unam maiestatem, pietatem, potestatem, sanctitatem, deitatem. Namque 30 dum solus pater sic est Deus, ut non sit ex Deo, sed genuerit Deum, et solus filius sic est Deus, ut genitus sit a Deo, et solus spiritus sanctus sic est Deus, ut procedat ex ingenito simul et ex genito Deo: patet prorsus, quod naturaliter unus et personaliter trinus est Deus. Item dum Deus pater deitas est ingenita, innascibilis et innata et Deus filius deitas genita, nascibilis et nata et Deus spiritus sanctus deitas est nec ingenita, innascibilis et innata neque genita, nascibilis et nata, sed procedens a deitate 35 ingenita, innascibili et innata et a deitate genita, nascibili et nata: claret omnino, quod agia trias, id est sancta trinitas, sicut una essentialiter atque naturaliter, sic procul dubio est personaliter trina deitas. Sicuti scilicet maiestas, pietas et potestas ob id prorsus est una simul et trina, quia revera unaquaeque persona per se est potestas prima, sicut evidenter de Deo Dei filio dicitur in Micha Mich. 4, 8. propheta: 'Et tu, turris nebulosa filiae Hierusalem, ad te veniet[e] et usque ad te veniet potestas 40 prima'.

Ergo quia non est pater maior filio neque filius maior spiritu sancto, sed omnino totae tres personae sibi sunt invicem coaequales et coaeternae, propterea profecto Deus trinitas potestas est prima ac per hoc non secundum Arrianos, quod absit, tres potestates nec secundum Sabellianos, quod absit, potestas personaliter est una, sed secundum catholicos potestas est naturaliter[f] una[f] et personaliter 45

---

a) *Fehlt Sirm.* b) h *ausrad. B.* c) *Über den Rand geschr. und anscheinend nachgetr., aber von gleicher Hand B.* d) et damnent *Sirm.* e) venient *B.* f) una naturaliter *Sirm.*

trina. Restat igitur et superest, ut illi, qui sunt grammatici, si nolunt esse simul et haeretici, non praesumant fateri in ecclesia veracis Dei, veritatis Dei, veri Dei, quod tritheoteia, id est trina deitas, ulla ratione pluralis existat numeri, cum sit, ut claret, utique singularis, velut noverunt universi, qui vel mediocriter artis grammaticae sunt periti. Sicut enim Deus trinitas numeri singularis est iuxta illud: Benedicta sit sancta trinitas, sic etiam numeri singularis est tritheoteia trina deitas. Cum tamen constet econtra numeri pluralis Arrianorum esse tritheoteias, id est tres deitates[a], a catholicis iure damnatas, igitur iure sub numero singulari trinae et uni deitati suppliciter, velut expedit, competit, congruit, dicimus: 860—861.

Te trina deitas unaque poscimus,
Ut culpas abluas, noxia subtrahas,
Des pacem famulis, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi saecula. Amen.

Non enim dicimus sicut Arriani: Vos tres deitates poscimus, ut culpas abluatis, noxia subtrahatis, detis pacem nobis, nos quoque gloriam vobis. O deitas, vigila, quae trina vocaris et una, crederis, assereris, cognosceris atque probaris, auxiliare tuis ut egenis[b] ad omnia servis. Istud attendat, appendat et mente perpendat, cui semper adoranda, colenda, tremenda trina et una deitas dat, quod hic inserendum pietas illius[c] inspirat et donat. Quod videlicet, sicut unamquamque ex trinitate personam quisquis est catholicus credit et confitetur integrum, plenum, perfectum penitus Deum, sic unicuique personae suam propriam deitatem integram, plenam, perfectam penitus inesse credat, confiteatur et asserat atque pro viribus conlatis et conferendis deinceps divinitus contradicentes quoscumque convincat. In hoc enim liquet luce clarius, quin patet sole splendidius, quod inest unicuique personae sua propria deitas atque divinitas[d], quia[d] revera nequaquam adsumpsit humanitatem, quod absit, ullo modo tota trinitas, sed sola tantummodo filii deitas. Haec est semper invicta victrix de trina et una deitate catholicae fidei veritas. Itaque sicut est ante saecula, sic per saecula et in saecula benedicta sit trina et una deitas, maiestas, potestas, pietas, veritas, caritas et sit[e] semper per[f] omnimoda[g] ipsi soli laus, gloria, claritas. Amen.

Da, Deus, vere ac vive, naturaliter une, personaliter trine, tuis evidenter electis credere, intellegere, confiteri et asserere, quod quemadmodum tu, Deus, qui interpretaris timor, et tu Deus caritas, qui interpretaris amor, cum vocaris personaliter trinus timor et trinus amor, non, quod absit, tres naturaliter timores et amores, verum naturaliter unus es[h] timor et amor, sic nihilominus, cum vocaris tritheoteia, trina deitas et trina caritas, non, quod absit, tres naturaliter deitates et caritates, sed naturaliter una es deitas et una tantummodo caritas. Quod profecto per praedicatorem veritatis et doctorem gentium in fide et veritate, qui dixit verissime: 'Non ergo possumus aliquid adversus[i] veritatem, sed pro veritate[k]', patenter possumus probare. Siquidem quando baptizamur, id est tinguimur, ter procul dubio mergimur, et tamen propterea trina ipsa mersio et trinum baptisma, id est trina tinctio, non, quod absit, tres mersiones et tres tinctiones aut tria baptismata, sed una est generaliter mersio et una tinctio, id est unum baptisma, dicente apostolo: 'Unus Dominus, una fides, unum baptisma'. Pari etiam modo, cum dicitur trina vel terna fides, ut est illud Sedulii fidelis poetae tui: 2. Cor. 13, 8. Eph. 4, 5.

Iste fidem ternam, ast hic non amplectitur unam,

non tres, quod absit, fides, sed una est fides, dicente apostolo 'una fides'. Itaque qui nolunt cum Sabellianis haereticis in aeternum habere societatem, credant, confiteantur, colant, canant cum catholicis catholici tritheoteiam, trinam deitatem, trisagium, trinam sanctitatem, trinam vitam, sapientiam, gloriam, trinum timorem[l], trinum amorem, trinam caritatem, trinam lucem, salutem, virtutem, pacem, claritatem, trinam maiestatem, potestatem, pietatem; quippe cum debeamus etiam ternam

---

a) a *verb. B.* b) *Verb. Sirm.;* egemus *B.* c) *Davor 2 Buchst. ausrad. B.* d) divinitas qui/ *auf Ras. B.* e) sic *Sirm.* f) *Fehlt Sirm.* g) -oda *auf Ras. B.* h) est *B;* et *Sirm.* i) contra *Sirm.* k) r *auf Ras. B.* l) e *auf Ras. B.*

860—861. seu trinam amplecti fidem, quam negant perversi Sabelliani per suam perfidam impietatem. Cuncta sic esse ceu dixi in duobus probari potest patenter nominibus singularis[a] tantummodo[a] numeri, hoc est in luce pariter et pace. Lux enim et pax ingenita et lux et pax genita, quoniam[b] lux atque pax procedens, non tres pluraliter luces aut paces dici sinuntur ab arte grammatica neque tres naturaliter, ut latrat haeresis Arriana, neque personaliter una, sicut somniat haeresis Sabelliana. Sed procul dubio 5 lux et pax est naturaliter una et personaliter trina, sicut amplectens trinam et unam fidem ac per hoc credens, confitens, colens, canens trinam et unam lucem et pacem, maiestatem, potestatem, pietatem, trinam et unam deitatem. Sed trinum et unum Deum credit et confitetur ecclesia[c] magna, sancta, catholica, cui gratis data est, datur et dabitur Dei gratia, et ob id prorsus ab ea vicissim suppliciter data est, datur et dabitur ipsi trinae et uni deitati tam per saecula quam simul et in saecula 10 iure laus, honor, gloria. Amen. Iuxta illam sententiam dent mihi sapientiam, dabo gloriam. Amen. Virtutibus plenus invitus ad regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat.

☧[d]. Hactenus ab[e f] haereseos, hinc[e g] suae inchoationis[e] verba sunt Gotescalci[h]. Quod haereseos mortiferum virus, idolatriae scilicet matris, qua plures dii, immo daemonia in Gen. 1, 26. simulacris coluntur, diabolus scindens se a caritatis unitate, verba Dei dicentis: 'Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram' male, ut solet, interpretans adin- 15 Vgl. Sap. 2, 24. venit et sua invidia, qua mors in orbem terrarum intravit, in suco pomi ligni vetiti primis Gen. 3, 5. hominibus propinavit dicens: 'Eritis sicut dii', cum Deus, qui est sancta trinitas, ut Athanasius[1] in libro de propriis personis et de unito nomine deitatis et Hilarius[2] atque Ambrosius in libris de fide[3] et Augustinus in libris de trinitate[4] ostendunt, in creatione primi 20 Gen. 1, 26. hominis dixerit: 'Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram'. Singulari quippe numero dicens 'imaginem et similitudinem' ostendit non trinam, sed unam esse naturam, hoc est deitatem, ad cuius imaginem homo fieret. Ad imaginem videlicet suam sancta trinitas unus Deus fecit illum, sicut sacra scriptura manifeste demonstrat. Et dicens pluraliter 'Faciamus' et 'nostram' ostendit Deum, ad cuius imaginem homo fie- 25 bat[i], non[i] unam[i] esse personam, sed tres esse personas. Sic et de eo, quod Dominus in Ioh. 10, 30. evangelio dixerat: 'Ego et pater unum sumus', idem diabolus in vasis sibi condignis loquens unionem in trinitate personarum per Sabellium docuit, cui in dicto 'sumus' mentis oculos clausit, et per Arrium unius deitatis substantiam divisit, cui veluti et primis hominibus mentiens oculos ad scientiam mali aperuit et ad boni ac veri scientiam clausit in eo, quod 30 dictum est 'unum', ne fiat discretio potestatis. Cuius inspiratione Gotescalcus[h] Arrium sensu sequens, quem verbotenus detestatur[k], post cognitam immanis[l] sceleris vindictam in eodem Arrio iustissime satis exertam[m] trinam deitatem dogmatizare non timet. Contra quos, Arrium videlicet et Arrii, immo ipsius diaboli, filium Gotescalcum, beatus Ambrosius sancto spiritu inspirante in libro tertio[n] de spiritu sancto exponens apostolum: 'Gratia 35 2. Cor. 13, 13. domini nostri Iesu Christi et caritas Dei et communicatio spiritus sancti cum omnibus vobis': Advertimus igitur, inquit[5], quod pater et filius et spiritus sanctus in uno eodemque templo per naturae eiusdem maneant unitatem. Ergo divinae est potestatis qui habitat in templo. Sicut enim patris et filii, ita et spiritus[o] sumus templum, non multa templa, sed unum templum, qui unius tem-

a) tantummodo singularis *Sirm.* b) quin et *Sirm.* c) eccla, *zwischen* l *und* a *1 Buchst. rad. B.* 40 d) *Am Rande B.* e) *So B; Sinn bzw. Wortstellung unklar.* f) *Fehlt Sirm.* g) abhinc *Sirm.* h) h *zwischen* t *und* e *rad. B.* i) *Anscheinend auf Ras. verb. B.* k) *Danach, innerhalb der Zeile, Zwischenraum von etwa 16 Buchst.; anscheinend keine Ras. B.* l) s *mit dunklerer Tinte übergeschr. B.* m) apertam *Sirm.* n) *Fehlt Sirm.* o) sancti *hinzugefügt Sirm.*

1) *Ps.-Athanasius, De trinitate lib. II, betitelt: 'De propriis personis et de unito nomine trinitatis',* 45 *Migne 62, 245 ff.* 2) *De trinitate libri XII, Migne X, 9 ff.* 3) *Migne XVI, 527 ff.* 4) *Migne 42, 22 ff.* 5) *Lib. III c. 12, Migne XVI, 798.*

plum est potestatis. Ubi[1] enim una deitas intellegitur, unus Deus dicitur, quia unus Deus, una divinitas et unitas intellegitur potestatis. Et tres deos non asserimus, sed negamus, quia pluralitatem non unitas facit, sed divisio potestatis. Quomodo[a] enim pluralitatem recipit unitas divinitatis, cum pluralitas numeri sit, numerum autem non recipiat divina natura. Hinc manifestum est, quia, sicut unitas numerum non habet, ita trina vel trinitas numerum habet. Ergo quod dicitur trinum vel trina, quae habent numerum, in sancta et inseparabili trinitate deitatis non recipit unitas, sed personarum proprietas. Prosecutus quoque perversus interpres diabolus loquens primis hominibus addidit: 'Scientes bonum et malum', quatenus, sicut ipse ex provectu avaritiae supra modum altitudinem appetens, quando dixit: 'Similis ero Altissimo', cecidit, ita et homo immoderato[b] sublimitatis ambitu caderet, sicut et fecit. Nam cum indebite appetivit divinitatem, perdidit iuste immortalitatem[c]. Huius viae mediator, ut Augustinus dicit[2], homini diabolus, ut diximus, persuasor peccati et praecipitator in mortem[d] extitit. Quam 'mortem', ut scriptum est, 'Deus non fecit', quia causa mortis ipse non fuit. Sed per eius retributionem iustissimam mors, de qua scriptum est: 'Mors et vita a domino Deo est', irrogata[e] est peccatori, sicut supplicium iudex irrogat[e] reo. Causa tamen supplicii non est iniustitia iudicis, sed meritum criminis. Hominem[3] autem miserum et mortalem sua suasione effectum, quem per consensionem seductum tamquam iure integro possidebat[f], et ipse nulla corruptione carnis et sanguinis septus, per ipsam corporis fragilitatem nimis egenum et infirmum tanto superbior, quanto velut ditior et fortior, quasi pannoso et aerumnoso in sua etiam propagine dominatus, quia 'per[4] unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransivit, in quo omnes peccaverunt', se in simulacris, videlicet in diversis quasi numinibus, per mundum universum quadam iustitia Dei sibi traditum ad comparationem perditorum paucis exceptis electis usque ad adventum Domini coli fecit. In cuius adventu videns[5] templa daemonum deseri et in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum haereticos movit, qui sub vocabulo Christiano doctrinae resisterent[g] Christianae[g], quasi possent indifferenter sine ulla correptione haberi in civitate Dei, sicut civitas confusionis indifferenter habuit philosophos inter se diversa et adversa sentientes. Qui ergo in ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque sentiunt, si correpti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, haeretici fiunt. Genus[6] hominum calidum[h] non spiritu sapientiae, sed impatientiae[i], quo solent haereticorum fervere primordia et pacem perturbare sanctorum.

860—861.

Gen. 3, 5. Isai. 14, 14. Sap. 1, 13. Eccli. 11, 14. Rom. 5, 12.

Quae beati Augustini verba in Gotescalco spiritu diabolico exagitato potiusque repleto multoties sumus experti. Sed haec[k], ut isdem beatus Augustinus dicit[7], in usum cedunt proficientium iuxta illud apostoli: 'Oportet et haereses esse, ut probati manifesti fiant in vobis'. Unde etiam scriptum est: 'Filius eruditus sapiens erit, imprudente[l] autem ministro utetur'. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum haereticorum calida inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, et considerantur diligentius et intelleguntur clarius et instantius praedicantur. Et multi, qui optime possunt[m] scripturas dinoscere et pertractare, latebant in populo Dei nec asserebant solutionem[n] quaestionum difficilium, cum calumniator nullus obstaret[o].

1. Cor. 11, 19. Prov. 10, 5.

a) -do *auf Ras. B.* b) *Teilw. auf Ras. verb. B.* c) *Erstes* m *aus* n *verb. B.* d) morte *Sirm.* e) *Erstes* r *durch Ras. verb., vielleicht aus* n *B.* f) -bat *auf Ras. verb. B.* g) Christianae resisterent *Sirm.* h) callidum *Sirm.* i) m *aus* n *verb. B.* k) hoc *Sirm.* l) m *aus* n *verb. B.* m) poterant *Sirm.* n) solutiones *Sirm.* o) instaret *Sirm.*

1) *Ebenda c. 13, Migne XVI, 798 f.* 2) *De trinitate IV, 12, Migne 42, 898.* 3) *Ebenda IV, 13, Migne 42, 899 f.* 4) *Ebenda IV, 12, Migne 42, 898; Ps.-Augustin. Hypomnest. V, 5, 8, Migne 45, 1644 u. ö.* 5) *Augustin. de civitate Dei XVIII, 51, Corp. Vindob. 40, 351 f.* 6) *Ebenda XVI, 2, Corp. Vindob. 40, 124.* 7) *Ebenda 40, 124 f.*

860—861. Numquid enim perfecte de trinitate tractatum est, antequam oblatrarent Arriani? Numquid enim perfecte de paenitentia[a] tractatum est, antequam obsisterent Novatiani? Sic non perfecte de baptismate tractatum est, antequam contradicerent foris positi rebaptizatores, nec de ipsa unitate Christi enucleate dictum est, nisi posteaquam separatio illa urgere coepit fratres infirmos. Multos enim sensus sanctarum scripturarum latent et 5 paucis intellegentioribus noti sunt nec asseruntur commodius et acceptabilius, nisi cum respondendi haereticis cura compellit[b]. Tunc enim etiam qui[c] neglegunt studia doctrinae sopore discusso ad audiendi excitantur diligentiam, ut adversarii repellantur. Denique quam multi scripturarum sanctarum sensus[d] de Christo Deo asserti sunt[d] contra Fotinum? Quam multi de homine Christo contra Manicheum? Quam multi de trinitate contra 10 Sabellium? Quam multi de unitate trinitatis adversus Arrianos, Eunomianos, Macedonianos? Quam multi de catholica ecclesia toto orbe diffusa et de malorum commixtione usque in finem saeculi, quod bonis in sacramentorum eius societate non obsint, adversus Donatistas aliosque, si qui sunt, qui simili errore a veritate dissentiunt? Didicimus[1] enim singulas quasque haereses intulisse ecclesiae proprias quaestiones, contra quas diligentius non de- 15 fenderetur scriptura divina, si nulla talis necessitas cogeret. Quid autem coegit loca scripturarum, quibus praedestinatio commendata est, copiosius et enucleatius nostro labore defendi, nisi quod Pelagiani dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari? Haec ergo ut ingrata Deo sententia destruatur gratuitis Dei beneficiis, quibus liberamur inimica, et initium fidei et in ea usque in finem perseverantiam[e] secundum scripturas, unde multa iam diximus, dona Dei esse defendimus. In qua fide multi 20 contra praedictos et contra ceteros haereticos, quos enumerare vel commemorare nimis est et praesenti operi non necessarium, quorum tamen sensuum probati assertores aut prorsus laterent aut non ita eminerent, ut eos eminere fecerunt superborum contradictiones, Vgl. 1. Cor. 8, 11. qui noverant haec tractare atque dissolvere, ne perirent infirmi, sollicitati quaestionibus impiorum quique[f] sermonibus et disputationibus suis obscura legis in publicum deduxerunt. 25 1. Cor. 11, 19. Unde apostolus, quod etiam praemisimus[2]: 'Oportet', inquit, 'et haereses esse, ut probati manifesti fiant inter vos'. Qui corripiendi[3] sunt a praepositis suis correptionibus de caritate venientibus, sed et quique subditi fratres pro culparum diversitate diversis vel minoribus vel amplioribus. Quia et ipsa, quae damnatio nominatur, quam facit episcopale iudicium, qua poena in ecclesia nulla maior est, potest, si Deus voluerit, in correptionem saluberrimam cedere atque proficere. 30 Neque enim scimus, quid contingat sequenti die, aut ante finem vitae huius de aliquo desperandum Vgl. Ps. 50, 19. est aut contradici Deo potest, ne recipiat et det poenitentiam et accepto sacrificio spiritus contribulati ac cordis contriti a reatu quamvis iustae damnationis absolvat damnatumque ipse non damnet. Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare ab ovibus sanis morbidam, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim, quis 35 pertineat ad praedestinatorum numerum, qui non pertineat, sic affici debemus caritatis affectu, ut Vgl. 1. Tim. 2, 4. omnes velimus salvos fieri. Hoc quippe fit, cum singulos quosque ut occurrerint, cum quibus id agere Vgl. Rom. 5, 1. valeamus, ad hoc conamur inflectere, ut iustificati ex fide pacem habeant ad Deum, quam prae- 2. Cor. 5, 20. dicabat apostolus etiam, cum dicebat: 'Pro Christo ergo legatione fungimur tamquam Deo exhortante[g] per nos. Obsecramus[h] pro Christo: Reconciliamini Deo'. Quisquis[4] autem a catholica ecclesia fuerit 40 separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate dis-

---

a) *Erstes* a *vielleicht verb. aus* o *B.* b) impellit *Sirm.* c) *So Sirm.;* quae *B.* d) sensus—sunt *auf Ras. B.* e) *Verb. Sirm.;* perseverantia *B.* f) *Fehlt Sirm.* g) h *übergeschr.,* n *auf Ras. B.* h) a *anscheinend verb., vielleicht aus* e *B.*

1) *Augustin. liber de dono perseverantiae c. 20. 21, Migne 45, 1026 f.* 2) *Vgl. oben S. 113 Z. 34.* 45 3) *Augustin. de correptione et gratia lib. unus c. 15, Migne 44, 944.* 4) *Augustin. epist. 141, Corp. Vindob. 44, 238 f.*

iunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Et quisquis in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei praeiudicant aliena peccata, quia 'unusquisque' in ea 'proprium onus portabit', sicut apostolus dicit. Et 'quicumque' in ea corpus Christi 'manducaverit[a] indigne, iudicium sibi manducat et bibit'. Cum enim dicit: 'Iudicium sibi manducat', satis ostendit, quia non alteri iudicium manducat, sed sibi, quia communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione[b] factorum. Nam si in factis malis non eis quisque consentiat, portat malus causam suam et persona sua non praeiudicat alteri, quem in consensione[c] mali operis socium non habet criminis.

860—861. Gal. 6, 5. 1. Cor. 11, 29.

Haec in praefatione de sanctorum patrum verbis et sensibus interim dicta sufficiant. Abhinc eorundem nihilominus, sed et quamplurium aliorum catholicorum assertionibus ad singula pestiferi Gotescalci verba loetifera respondere singillatim favente una et inseparabilis[d] trinitatis[d] deitate incipiemus[e].

142.*

Hinkmar an den Grafen Gerard von Vienne über einen Eroberungszug König Karls des Kahlen nach der Provence. *um Oktober 861.*

Schrörs Reg. 149.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 540): Item[1] pro his, quae sibi litteris idem Gerardus significaverat, scilicet quod Karolus Franciae rex[2] senioris ipsius Karoli Cisalpinae Galliae regis[3] regnum sibi vellet subripere, quod ipse domnus Hincmarus nequaquam fieri asserit. De rebus quoque sancti Remigii in Provincia sitis[4], pro quibus audierat domnum Hincmarum ad regem proclamasse, quod se penitus negat egisse nec, quotienscumque necesse fuit, pro ipsius rebus ad alium quam ad ipsum Gerardum et ad suos fideles inde suggestionem direxisse. De hoc etiam, quod scripserat hic comes se audisse, quod rex iste Karolus monasteria[5] vellet usurpare, quae beato Petro apostolo idem Gerardus tradiderat, et quia, si res ipsius, quae in hoc regno coniacerent, ab eo forent ablatae, ipse, licet invitus, res huius regni, quae in illo habebantur regno, presumeret, respondet domnus presul, quia sua voluntate nemo res ecclesiae in suum periculum usurparet, timere se asserens, ne coram Deo dignus habeatur, ut hoc in tempore sacerdotii sui commissa sibi patiatur ecclesia; verumtamen, si quis presumpserit, plus illi dolere quam sibi, periculum presumptoris ex divinis pandens auctoritatibus; adiciens quoque de eo, quod se monuerat, ut sacri causa ministerii regem a talibus revocaret excessibus, quia prius in illius dispositione talia non perceperat et de vanis suspicionibus suum non erat seniorem corripere, ideo nec inde monuerat; nunc autem certam et causam habens et personam debita devotione ac fidelitate studebit dominationem ipsius monere.

---

a) ac biberit sanguinem *hinzugefügt Sirm.* b) *Zweites* n *auf Ras. B.* c) confessione *Sirm.* d) inseparabili *(*trinitatis *fehlt) Sirm.* e) *Auf Ras. B.*

1) *Vgl. oben Nr. 103 S. 50 und A. 8. Ferner Schrörs S. 225 und S. 571 A. 66; Dümmler II², 30 und A. 1; Parisot, Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens S. 190 und A. 3; Poupardin, Le royaume de Provence sous les Carolingiens S. 27 f.; Mühlbacher, Regesten² n. 1333a. — Die Datierung ergibt sich aus der Zeit von Karls des Kahlen Einfall in die Provence (wahrscheinlich Oktober 861, vgl. Dümmler II², 29).* 2) *Karl der Kahle.* 3) *Karl von der Provence (855—863).* 4) *In den Gegenden von Vienne und Auch, vgl. Schrörs S. 463 und A. 36.* 5) *Vézelay und Pouthières.*

143.*

855—862. *Hinkmar an König Karl den Kahlen über Gerard von Vienne. um Oktober 861.*

Schrörs Reg. 150.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 510): Item[1] de causa Gerardi comitis.

144.*

Hinkmar an König Lothar II. über die Villa Douzy. 855—862. 5

Schrörs Reg. 151.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 513): Item[2] Lothario regi[3], filio imperatoris Lotharii, pro villa Dudeciaco, quam pater eius reddiderat ecclesiae Remensi, ne res ad ipsam pertinentes aliquibus personis, sicut eum facere audiebat, in proprietatem periculo suo traderet vel colonos ipsius villae absolveret; si quid autem 10 tale a se factum fuisset, emendare curaret.

145.*

Hinkmar schreibt nochmals an König Lothar II. über die Villa Douzy.

Schrörs Reg. 152. *855—862.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 513): Item[4] pro eiusdem villae[5] 15 male tractata dispositione et censu, quem cum periculo animae eum retinere fatetur, intimans, quod sanctus Clodoaldus[6] eandem sancto Remigio dederit[7]; admonens, ne hoc inde ageret, unde condempnationem animae adquireret.

146.*

Hinkmar an Erzbischof Frotar von Bordeaux über die Wahl einer Äbtissin für das Kloster der h. Radegunde in Poitiers. 860—862. 20

Schrörs Reg. 153.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Pro*[8] monasterii quoque sanctae Radegundis regulari electione abbatissae, et cetera.

---

*) *Vorausgehen Verse (MG. Poet. III, 415 n. V), dann:* Et alia quaedam ad eundem scripsit.

1) *Vgl. oben Nr. 142 S. 115 A. 1. — Poupardin a. a. O. S. 28 A. 4 erscheint der von Schrörs ver-* 25 *mutete Zusammenhang mit Nr. 142 ungewiß.* 2) *Vgl. Schrörs S. 229. 464; Lesne, Revue des questions historiques 78, 50 und A. 6; s. auch oben S. 31 Nr. 49 und Nr. 50. Zur Datierung, die sich aus der Flodoard-Reihenfolge ergibt, vgl. Schrörs S. 572 A. 67.* 3) *855—869.* 4) *Vgl. oben Nr. 144 und A. 2.* 5) *Douzy.* 6) *Sohn des Frankenkönigs Chlodomer, vgl. MG. Script. rer. Merov. II, 349f.* 7) *S. auch Hinkmars Vita s. Remigii, MG. Script. rer. Merov. III, 256. 313.* 8) *Vgl.,* 30 *besonders zur Datierung, Schrörs S. 572 A. 68.*

147.

Hinkmar an Rotrud, Tochter König Karls des Kahlen, und die übrigen Nonnen des Klosters der h. Radegunde in Poitiers über die Wahl der dortigen Äbtissin. 860—862.

860—862.

Flod. Hist. Rem. eccl. III, 27.

5 *Drucke: Sirmond, Flodoardi eccl. Remens. histor. (Parisiis 1611) S. 296; Sirmond, Hincm. opera II, 843; Migne 126, 266; MG. SS. XIII, 548 (Hss.-Bezeichnung nach dieser Ausgabe).*

Schrörs Reg. 154.

Regestierend schickt Flodoard voraus: Rotrudi[1] Deo sacratae et ceteris sororibus monasterii sanctae crucis et sanctae Radegundis pro electione abbatissae ipsius monasterii, 10 pro qua rex[2] preceperat Frotario archiepiscopo[3] et Erardo[4] atque Angenoldo[5] ad prefatum monasterium pergere et electionem regularem ibi facere; et si cuncta concors[6] congregatio vel pars quamvis minor, tamen melior Rotrudem elegisset, constitueretur in ordine abbatissae. Si autem omnis congregatio concors illam abiecisset et aliam eligeret, illa, quam concorditer elegisset, in ordine abbatissae maneret, donec regi renuntiaretur; et quae- 15 cumque ibi fuisset electa, onus abbatissae susciperet, et Odila ad suum monasterium reverteretur. Primores autem clerici et vassalli ad reginam[7] venirent, sub cuius defensione post Dei et sanctorum eius consistere deberent.

Brieffragment.

Propterea* diligite sorores ante omnia et in privatis collocutionibus et in publico 20 vestro conventu remittite et abicite funditus a cordibus vestris omnes iniurias et scandalorum fomites, quae hactenus inter vos ortae fuerunt[a], ut nulla de sorore sua vindictam aut pro sermone aut pro facto vel pro aliquo despectu quaerat, aut a Deo aut in saeculo. Quia, sicut Dominus protestatur, sine concordia quicquid ei obtuleritis non[b] illi placebit. (Vgl. Matth. 5, 24.) Sive enim oraveritis sive sacrificium obtuleritis[b] sive vos affixeritis, sine hac caritatis 25 concordia nihil Deo placabile erit, quia, sicut dicit[c] apostolus[c]: 'Etiamsi tradidero corpus meum, ut ardeat, caritatem autem non habeam, nihil sum'. (1. Cor. 13, 3.) Et scitis, quia regula, quam professae estis, propter[8] scandalorum spinas, quae oriri in monasterio solent, orationem dominicam in matutinis et vespertinis officiis, ita ut omnes illam audiant, a priore orari praecipit, ut timentes convenientiam, qua dicimus: 'Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos 30 dimittimus debitoribus nostris', (Matth. 6, 12.) omnem rancorem de corde nostro pellamus. Quae dum prius egeritis[d], ne per vestram discordiam, quod absit, regularis electio[e] de vestro monasterio pereat, adunate vos ad Dei voluntatem et regularis devotionis unanimitatem vestramque ipsam salutem, praesentem scilicet aeternamque[f], cum caritatis concordia, quae est omnium[9] virtutum mater, et cum humilitate, quae est custos ipsarum virtutum, 35 atque cum vera oboedientia, quae scala est, qua ad caelum pertingitur, (Vgl. Gen. 11, 4; Dan. 4, 17.) et in vobis salubri electione concordate et vosmet ipsas ad regularem normam reducite et constringite ac conservate; quia aliter, sicut melius ipsae scitis, salvae esse nequaquam valetis. Et sicut

*) *Folgt* inquit *Flod.*

147. a) fuerit *1.* b) non—obtuleritis *(Z. 24) doppelt 1*[b]. c) apostolus dicit *2.* d) egerimus *1.* 40 e) electo *2.* f) atque aeternam *3.*

1) *Vgl. oben Nr. 146 S. 116 und A. 8. Ferner Revue Mabillon IX (1913/1914), 52 n. 8.* 2) *Karl der Kahle.* 3) *S. oben S. 88 A. 2.* 4) *Herard Eb. von Tours (um 855/856—871).* 5) *Engenold B. von Poitiers (860—871), nicht der in Soissons kurze Zeit eingesetzte Engelmod, wie MG. SS. XIII, 548 A. 6 vermutet wird.* 6) *Vgl. Regula s. Benedicti c. 64.* 7) *Irmintrud, Gemahlin Karls des Kahlen.* 45 8) *Regula s. Benedicti c. 13.* 9) *Vgl. Augustin. de civitate Dei XIV, 12, Corp. Vindob. 40, 30.*

860—862. animos ab inquietis motibus, ita et linguas a provocativis iracundiae vobisque nocivis Eph. 4, 31. sermonibus custodite, contestante apostolo: 'Omnis clamor et indignatio auferatur a vobis Eph. 4, 29. cum omni malitia' et 'omnis sermo malus ex ore vestro non procedat', ne, sicut solent homines, prius dolore commoti et postea aliquo gaudio quasi victoriosi obtinentes quae desideraverant exhilarati, de quocumque homine quae non conveniunt aliqua vestrum 5 dicat, ne et patientiae meritum inutilibus sermonibus coram Deo perdatis. Et si aliquis fuerit, qui aliqua provocatione quamcumque vestrum ad hoc instigare voluerit, ut quaecumque indebita de quocumque proferat, qualiter illam comprehendere possit, ut rationabiliter dampnare praevaleat, locum nec diabolus nec astutus homo exinde aliquo modo habeat. Sed tales vos exhibete, ut interius exteriusque decenter ornatae dignas 10 atque exaudibiles orationes et pro vobis et pro seniore ac domina vestra[a] proque non solum Vgl. Matth. 5, 44. amicis vestris, verum etiam et pro inimicis ad aures Dei mittere valeatis.

148.*

Hinkmar an Erzbischof Frotar von Bordeaux. *861—862.*

Schrörs Reg. 155.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517); Item[1] de ordinatione 15 Fulcrici[2].

149.*

Hinkmar an Bischof Theoderich von Cambrai über die Exkommunikation Balduins. *vor 5. August 862.*

Schrörs Reg. 156.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518): Item[3] pro Balduino[4], 20 qui viduam Iudith, filiam regis Karoli[5], furatus fuerat, ut sciat eum a se sub anathemate positum, et id per suam denuntiet parrochiam.

150.*

Hinkmar an Bischof Theoderich von Cambrai. *vor 5. August 862.*

Schrörs Reg. 157.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 518f.): Item[6] pro quodam, 25 qui quandam feminam in concubinatu accipere persuasus fuerat a patre ipsius puellae.

---

a) nostra *1.*

1) *Vgl. oben S. 88 A. 2 und Nr. 146 S. 116.* 2) *B. Prudentius von Troyes starb am 6. April 861; Fulkrich, sein Nachfolger, begegnet zuerst 862 (zuletzt 869). Vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux II², 456f.* 3) *Vgl. oben Nr. 88 S. 42 und S. 37 A. 4. — Schrörs S. 228 und S. 571f. A. 67.* 4) *Vgl.* 30 *Ann. Bertin. 862 ed. Waitz S. 56f.; über Balduin und Judith s. neuerdings H. Sproemberg, Judith Königin von England, Gräfin von Flandern, Revue belge de philologie et d'histoire XV (1936). Judiths erste Trauung war durch Hinkmar 856 vollzogen worden, vgl. MG. Capit. II, 425ff.* 5) *Des Kahlen.* 6) *Vgl. oben A. 3. Die chronologische Einordnung ergibt sich aus Flodoards Reihenfolge.*

151.*

Hinkmar an König Lothar II. betr. Bischofswahl in Cambrai. *August 862.* 862.

Schrörs Reg. 158.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 513): Item[1] pro electione episcopi ecclesiae concedenda Camaracensi.

152.*

5 *Hinkmar an Erzbischof Gunthar von Köln betr. Bischofswahl in Cambrai.* *August 862.*

Schrörs Reg. 159.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Guntario[2] Coloniensi[3], ut intercedat apud Lotharium regem[4] et satagat pro electione canonica Cameracensis 10 episcopi post decessum Theoderici venerandi presulis.

153.*

Hinkmar an König Lothar II. gegen die Einsetzung Hilduins als Bischof von Cambrai. *3. November 862.*

Schrörs Reg. —.

Erwähnung im Brief lothringischer Metropoliten an Hinkmar, Mansi XV, 645: Rele-15 gimus[5] — — libellum tuae accusationis adversus Hilduinum[6] dilectum filium et fratrem nostrum — —, in quo ipsum officio pastorali indignum asseveras et causas te scire, pro quibus isdem electus ordinari non debeat, exclamas. — — criminationis cartulam — — propria manu — — in conventu regum[7] principi nostro Hlothario inconsulte porrexisti ac memoratum Hilduinum nosque pariter suspectos reddidisti. — — ex omnibus, quae 20 de ecclesia Cameracensi scribens monuisti et reprehendisti, — —.

154.*

Hinkmar an Erzbischof Gunthar von Köln: Ablehnung einer irregulären Bischofseinsetzung in Cambrai. *862.*

Schrörs Reg. 161.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item[8] secundo vel tertio 25 pro hac eadem re[9], adfirmans nonnisi regulariter in diebus suis illic episcopum ordinandum.

---

1) *S. oben Nr. 145 S. 116. Erwähnt ist der Brief unten Nr. 169 S. 144 Z. 20. — B. Theoderich von Cambrai starb am 5. August 862. Vgl. im übrigen Schrörs S. 228f. und S. 572 A. 67; Parisot, Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens S. 202f.; auch Dümmler II², 46; Perels, Papst Nikolaus I.* 30 *und Anastasius Bibliothecarius S. 75.* 2) *Vgl. oben A. 1.* 3) *Vgl. oben S. 81 und A. 7.* 4) *S. oben Nr. 151.* 5) *Vgl. Schrörs S. 229; Dümmler II², 46 A. 1; Parisot S. 207. — Das Schreiben ist nicht identisch mit Schrörs Reg. 160 (MG. Capit. II, 159ff., an Ludwig den Deutschen); richtig von Noorden S. 405 n. 36.* 6) *Bruder Eb. Gunthars von Köln.* 7) *Zu Savonnières (3. November 862).* 8) *Vgl. oben Nr. 152.* 9) *S. oben Nr. 151, 152 und A. 1 sowie besonders Nr. 153. — Schrörs'* 35 *Ansicht (S. 572 A. 67), daß Hinkmars Stellungnahme hier — im Gegensatz zu Nr. 151 und Nr. 152 — bereits auf die erfolgte Intrusion des Priesters Hilduin in Cambrai Bezug nimmt, ist ganz einleuchtend.*

155.*

862–863. *Hinkmar an den Normannenführer Rorik, besonders wegen der Ehesache Balduins.* *862.*

Schrörs Reg. 162.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 541): Rorico[1] Nordmanno ad fidem Christi converso, ut semper in Dei voluntate et mandatorum illius observatione proficiat, sicut et eum velle ac facere per multos audiebat, et ut nemo ei persuadere valeat, quo contra Christianos paganis aut consilium aut adiutorium prestet, quia nihil ei proderit baptismum Christianitatis accepisse, si contra Christianos aut per se aut per alios quoscumque perversa vel adversa fuerit machinatus; et cetera, quae prosequitur, episcopaliter intimans, quantum in tali sit machinatione periculum; monens etiam, ut Balduinum[2] a Dei[3] spiritu, quo canones sancti sunt conditi, per episcopalem auctoritatem propter filiam regis[4], quam in uxorem furatus fuerat[5], anathematizatum nullomodo reciperet neque solatium vel refugium aliquod apud se habere permitteret, ne illius peccatis et excommunicatione involvantur tam ipse quam sui atque dampnentur; sed talem se exhibere procuret, quatinus ei orationes sanctorum proficere valeant.

156.*

Hinkmar an Bischof Hunger von Utrecht, besonders wegen der Ehesache Balduins. 862.

Schrörs Reg. 163.

Regest. Flod. Hist. Rem. eccl. III, 23 (MG. SS. XIII, 529): Hungario[6] episcopo[7] pro excommunicatione Balduini, qui Iudith viduam, regis[8] filiam, sibi furatus fuerat in uxorem[9], unde et ab episcopis huius regni fuerat excommunicatus[10]. Hortatur autem eundem Hungarium, ut admoneat Roricum Normannum nuper ad fidem Christi conversum[11], ne recipiat eundem Balduinum neque presidium ferat; sed et, si ceteri Nortmanni per eius consilium, ut audierat, post conversionem ipsius istud regnum depredati fuissent, hoc digna poenitentia emendare studeret.

157.*

Hinkmar an Bischof Adventius von Metz über sein Eintreffen zu einer bevorstehenden Synode. *Februar/März 863.*

Schrörs Reg. 167.

1) *Vgl. Schrörs S. 228 und S. 572 A. 69; Dümmler II², 47; Vogel, Die Normannen und das fränkische Reich S. 194 A. 2. — Die Zeit ergibt sich aus dem Stande der Angelegenheit Balduins.* 2) *Außer oben Nr. 149 S. 118 und A. 4 vgl. die von Hinkmar im Namen Karls des Kahlen für Ludwig den Deutschen gegen Lothar II. verfaßte (s. Schrörs S. 230) und auf dem Tage von Savonnières (3. November 862) vorgelegte Denkschrift, MG. Capit. II, 160f. c. 5 (Schrörs Reg. 160).* 3) *Vgl. Decr. Leon. I. c. 32, Codex canonum (1609) S. 466; Hinschius S. 619 c. 1 (J.-K. 411).* 4) *Karls des Kahlen Tochter Judith.* 5) *Vgl. MG. Capit. II, 160 c. 5 (s. oben A. 2):* sibi furatus est in uxorem; *auch Ann. Bertin. 862 ed. Waitz S. 61:* qui filiam eius furatus fuerat in uxorem. 6) *Vgl. oben Nr. 155 und A. 1; Vogel a. a. O. S. 195 A. 1.* 7) *Von Utrecht, erwähnt 854—863.* 8) *Karls des Kahlen.* 9) *Vgl. oben Z. 12 und A. 5.* 10) *Vgl. oben Nr. 149 S. 118 und A. 4.* 11) *S. oben Z. 4f.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 23 (MG. SS. XIII, 528): Item[1] de adventu suo ad denuntiatam a rege[2] sinodum[3] pro memorata quaestione[4] tractanda. 863.

158.*

Hinkmar an Papst Nikolaus I. zur Verteidigung seines katholischen Glaubens gegen die Irrlehre Gottschalks. *Februar/März 863.*

5 *Schrörs Reg. 168.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 15 (MG. SS. XIII, 502): Scripsit[5] etiam prefato papae Nicolao, fidei suae depromendo tenorem et suam contra prenotati Gothescalci errorem, quam fidei catholicae dependere satagebat, defensionem.

159.

Hinkmar ersucht Papst Nikolaus I. um Erweiterung der Reimser Privilegien und um
10 *Bestätigung der Synode von Soissons.* *Februar/März 863.*

Fragment, inseriert dem Briefe Hinkmars unten Nr. 198 (vgl. S. 215 Z. 25).

Hss.: Laon 407 Bl. 133, 9. Jh. (B), kollat. A. V. Müller, Laehr; Laon 407 Bl. 171'—172, 9. Jh. (C), kollat. A. V. Müller, Laehr; Paris lat. 1458 Bl. 184', 9. Jh. (D), kollat. Laehr.

Drucke: Cordesius (1615) S. 517; Sirmond, Hincm. opera II, 309; Labbe-Cossart VIII, 1915;
15 *Mansi XV, 781; Migne 126, 87.*

Schrörs Reg. 169.

Mitterem[6], inquam, ipsam autenticam privilegii cartam, quam beatae recordationis praedecessor[a] vester domnus Benedictus[7] mihi sua auctoritate direxit[8]. Sed timui, ne mihi inde aliquid sinistri in via contingeret et solatio, quod inde adversus insurgentium

20 159. a) praecessor *B.*

1) *Vgl. oben Nr. 132 S. 74 und A. 1.* 2) *Lothar II.* 3) *Gemeint ist die auf den 15. März 863 einberufene Synode von Metz, die jedoch nicht stattfand. Zur Teilnahme hatten Hinkmar die lothringischen Metropoliten zwecks Rechtfertigung seiner Haltung in der Cambraier bischöflichen Nachfolgefrage (s. oben Nr. 151—154 S. 119) geladen, vgl. deren Schreiben Mansi XV, 645. S. im übrigen Schrörs S. 227 und* 25 *besonders S. 570f. A. 58; Dümmler II², 64f.; Parisot, Le royaume de Lorraine S. 220 A. 1.* 4) *Die Ehescheidungssache König Lothars II., vgl. oben S. 74 A. 2.* 5) *Dieser Brief — wie auch unten Nr. 159 — wurde dem Papst im Frühjahr 863 durch B. Odo von Beauvais zugestellt, der sehr wohl bereits im Februar aufgebrochen sein und von Ende März ab mehrere Wochen in Rom geweilt haben kann, bis ihm Ende April die damals ausgestellten Privilegien und Briefe Nikolaus' I. übergeben* 30 *wurden. Zwar verweist der Papst in Nr. 57, 58 und 61, MG. Epist. VI, 359. 364. 372 auf seine früheren, vielleicht Ende Januar in Rothads Sache ergangenen Schreiben (Nr. 55 und 56, MG. Epist. VI, 353ff.); aber diese — deren Inhalt Hinkmar offenbar damals ebensowenig wie noch in unten Nr. 160 (vgl. S. 138 A. 4) bekannt war — haben sich wahrscheinlich (s. auch Haller, Nikolaus I. und Pseudoisidor S. 101) mit den aus Westfranken dem Odo mitgegebenen Briefen gekreuzt. Wir vermögen demnach Schrörs* 35 *S. 572 A. 71, S. 247 A. 40 und S. 251 nicht durchweg beizupflichten. — Offenbar ist es dieses Schreiben, das von Hinkmar in dem Brief an Nikolaus I. unten Nr. 169 S. 160 Z. 3ff. mit den Worten erwähnt wird:* misi auctoritati vestrae quaedam ex verbis et catholicorum sensibus in rotula, qualiter contra ipsius pestiferi hominis sensum sentiam, per Odonem episcopum et nihil inde responsionis accipere merui. 6) *Außer dem hier wiedergegebenen Text-Bruchstück dieses Schreibens ist zur Erschließung seines* 40 *Inhalts der Antwortbrief Nikolaus' I., MG. Epist. VI, 362ff. Nr. 58 (s. auch ebenda S. 362 A. 6) sowie der Rahmenbrief unten Nr. 198 S. 204ff. heranzuziehen. — Vgl. Schrörs S. 249ff.; H. Schmidt a. a. O. (s. oben S. 2 A. 2) S. 94f.; auch oben A. 5.* 7) *III. (855—858).* 8) *MG. Epist. VI, 367f. Nr. 59a.*

863. impetus habeo, fierem destitutus. Vestra vero dignatio in scrinio sanctae Romanae ecclesiae ex more exemplar illius potest requirere[1] et, utrum ita se habeat, evidenter agnoscere. In quo, si vestrae sanctitati placet, necesse est nobis, ut quaedam superaddatis[2], quae hic frater ac filius noster[3], iuxta quod necessitates nostras cognoscit, vestrae suggeret sanctitati. Quia, sicut sanctus Augustinus dicit[4], necesse est, ut ad nova morborum genera nova quaerantur medicamentorum experimenta. Sed et de synodo apud Suessionis habita[5], de[a] qua[a] factione cuiusdam clerici nostri, qui a nobis neglegentiis suis territus aufugerat, quiddam ibi sub quadam dubitatione est positum, hic frater ac filius noster vobis rei veritatem potest narrare, qui eidem synodo interfuit et adhuc in nomine abbatis[6] subscripsit.

160.

Zwei Fragmente einer Denkschrift Hinkmars im Prozeß Rothads von Soissons.

Februar/März 863.

Hs.: Brüssel Königliche Bibliothek 5413—22 (= de Gheyn 2606) Bl. 15—33 (a); 34—41' (b), 9.—10. Jh. (B), kollat. Perels, Ertl.

Druck: Ernst Perels, Neues Archiv 44 (1922), 72 (die dort innerhalb der beiden Bruchstücke eingeführte Zählung ist übernommen).

Schrörs Reg. —.

a.

1. Sin[7] autem communi cunctorum decreto[a] rationabili et secundum regulam ecclesiasticam comprobato duo aut tres propter contentiones proprias contradicunt, obtineat sententia plurimorum. Huius capituli, in quo de privilegiis ecclesiarum loquitur Nichenum concilium[8], Graecae linguae interpretatio[b], quae sit verbo ex verbo et brevis causae comprehensio, minus claram reddit intellegentiam eis, qui viciniori illi tempori, quando hoc concilium est celebratum, sententias non legerunt, hoc exponentes capitulum. Sicut enim in ecclesiasticis hystoriis[9] legimus, papa Romanus et primae sedis episcopus propter senectutem atque itineris longinquitatem et quia hoc non permittit consuetudo, non per se ipsum, sed per legatos suos eidem concilio interfuit atque praesedit. De cuius primatu nulla et a nullis tunc fuerat quaestio[c]. Sed et de Anthiochena ecclesia, tertiae videlicet sedis primatu, nulla controversia oborta extiterat. De primatu quoque Alexandrinae ecclesiae et secundae sedis factione Arrii ecclesiae ipsius presbiteri, cuius prava intentione exigente idem concilium fuerat congregatum, quidam episcopi rebellionem contra primatem suum moverunt, suscipientes

---

a) *Zwischen* de *und* qua *1 Buchst. rad. D.*

160. a) ec *auf Ras. B.* b) interpraetatio *B.* c) questio *B.*

1) *D. h. in den päpstlichen Registern.* 2) *Vgl. Schrörs a. a. O.; Perels, Neues Archiv 44, 71f.* 3) *B. Odo von Beauvais (861—881).* 4) *Vgl. Brief 185, Corp. Vindob. 57, 39:* Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum. 5) *Gemeint ist die Synode von Soissons von 853, vgl. die Briefe Nikolaus' I. Nr. 79 und Nr. 80, MG. Epist. VI, 415 und 423.* 6) *Von Corbie. Vgl. Mansi XIV, 990:* Odo abbas monasterii Corbeiae interfui et subscripsi. 7) *Über dieses Stück und seine Verfasserschaft vgl. E. Perels, Eine Denkschrift Hinkmars von Reims im Prozeß Rothads von Soissons, Neues Archiv 44 (1922) S. 43ff.; zur Datierung auch unten S. 138 A. 4. S. auch H. Schmidt a. a. O. (s. oben S. 2 A. 2) S. 93ff.* 8) *C. 6, Codex canonum (1609) S. 4; Hinschius S. 259.* 9) *Cassiod. hist. tripart. II, 1, Migne 59, 920:* Iulius autem Romanus episcopus propter senectutem defuit. *Vgl. auch Nic. c. 4, Codex canonum (1609) S. 2f.; Hinschius S. 258:* — — propter instantem necessitatem aut propter itineris longitudinem.

eundem Arrium avertentem se a sui episcopi communione atque subiectione. Quapropter idem Alexander con...gens[a] contra praefatum suum presbiterum pro fide catholica, licet valde senex, ad idem concilium venit et unacum legatis apostolicae sedis et imperatore eidem synodo praesedit et de diocesi sua expressius quaedam necessitate urgente exponi in hoc capitulo fecit. 863.

2. Qui sub cura sua primas designatarum provintiarum plures metropolitanos et non primates habet, sicut et Anthiocenus episcopus, qui, ut in gestis synodi Calcidonensis ostenditur[1], in diocesi sua duas Fenices et Arabiam atque tres Palestinas cum plurimis metropolitanis primas horum omnium habet. Unde Innocentius ad Alexandrum Anthiocenum[b] episcopum scribit dicens[2]: Revolventes itaque auctoritatem Nichenae synodi, quae unam omnium per orbem terrarum mentem explicat sacerdotum, quae censuit de Anthiocena ecclesia cunctis fidelibus, ne dixerim sacerdotibus, esse necessarium custodire, qua super diocesim suam praedictam ecclesiam, non super aliam[3] aliquam provintiam recognoscimus constitutam. Unde advertimus non tam pro civitatis magnificentia hoc eidem adtributum, quam quod prima primi apostoli sedes esse monstratur, ubi et nomen accepit religio Christiana et quae conventum apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit quaeque urbis Romae sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se consummatumque gauderet. Itaque arbitramur, frater carissime, ut, sicut metropolitanos auctoritate ordinas singulari, sic et ceteros[c] non sine permissu conscientiaque tua sinas episcopos procreari[d]. In quibus hunc modum recte servabis, ut longe positos litteris datis ordinari censeas ab his, qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu, vicinos autem, si aestimas, ad manus impositionem tuae gratiae statuas pervenire. Quorum enim te maxime spectat cura, praecipue tuum debent mereri iudicium.

3. Quae sententia sancti Innocentii de Anthiochena ecclesia manifeste[e] nobis explanat, quod Nichenum concilium dixerat[4] de Alexandrina ecclesia, designans Egyptum, Lybiam et Pentapolim, ut horum omnium habeat potestatem. Explanat etiam parilem morem urbis Romae episcopum, quoniam licet in toto orbe terrarum sollicitudo omnium ecclesiarum ad illum pertineat, tamen antiqua consuetudo fuit et ex antiquo ista aequa consuetudo est Romano episcopo. Sic enim olim disposuit — velut Anacletus[5] et Leo[6] post eum longe ostendit —, ut[7] Alexandrinus episcopus horum omnium, quae designata sunt, habeat potestatem. Et similiter ista aequa consuetudo est Romano episcopo, ut apud Anthiochiam privilegium servetur. Et similiter ex antiquo aequa consuetudo est Romano episcopo, ut apud ceteras[f] provintias suis privilegia serventur ecclesiis, quin metropolitanis, sicut sunt quaedam provintiae specialiter designatae, de quibus ad Romani pontificis ordinationem ordinandi et ad eius dispositionem disponendi et ad synodum eius conveniant vel consulto eo ipsius aut responsalis eius, qui vices ipsius tenet, si ad Romanum pontificem propter longinquitatem pervenire non possunt, sententiam praestolentur. Vgl. 2. Cor. 11, 28.

4. Quae vero sint provintiae praeter sollicitudinem omnium ecclesiarum specialiter pertinentes ad sedem apostolicam, quae mater atque magistra est omnium ecclesiarum Vgl. 2. Cor. 11, 28.

a) *Zeilenende zerstört; es fehlen kaum mehr als 2—3 Buchst. B. — Man würde* consurgens *vermuten, wenn nicht der erste ausgefallene Buchst. ziemlich sicher als* f *zu erkennen wäre; vielleicht* confligens? b) o *übergeschr. B.* c) cęteros *B.* d) *Zweites* r *auf Ras. B.* e) e *am Ende auf Ras. B.* f) caeteras *B.*

1) *Vgl. Mansi VII, 179ff. 732f. Jedoch deckt sich die Entscheidung des Konzils von Chalcedon nicht mit unserem Text; s. auch Hefele-Leclercq, Histoire des conciles II (1908), 735. 766f.* 2) *Codex canonum (1609) S. 369 c. 45; Hinschius S. 547f. c. 1 (J.-K. 310).* 3) *Vgl. Neues Archiv 44, 59 A. 4.* 4) *C. 6, Codex canonum (1609) S. 4; Hinschius S. 258.* 5) *Vgl. Decr. Anacl. c. 31, Hinschius S. 83 (J.-K. † § 4).* 6) *Vgl. Hinschius S. 611 (J.-K. 483).* 7) *Nic. c. 6, Codex canonum (1609) S. 4; Hinschius S. 258.*

863. omniumque [ecc]lesiarum[a] rectorum in toto orbe terrarum, sicut superius de[si]gnatae provintiae pertinent ad Alexandrinam et Anthioche[n]am ecclesias, Innocentius papa ad Decentium scribens ostendit: [Qu]is, inquiens[1], nesciat aut non advertat[b] id, quod a principe apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari nec superduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat aut aliunde accipere videatur exemplum, praesertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque[c] Siciliam insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias nisi eos, quos venerabilis apostolus Petrus aut eius successores constituerunt sacerdotes? Aut legant, si in his provintiis alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse. Qui si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne, dum peregrinis assertionibus studeant, caput institutionum videantur omittere. Sed et Hibernia insula, quam Caelestinus per Palladium ad fidem Christianitatis adduxit, et omnis Brittannia, quam per Germanum Autissioderense[m][d] et Lupum Trecasinum a Pelagiana haeresi liberavit[2], gens . . . que[e] Anglorum, quam beatus Gregorius per Augustinum et eius socios fide Christi nominis imbuit, in ipsius primae sedi[s di]ocesi, sicut sacri docent canones, computantur[3].

5. Et quia p[rop]ter[f] longinquitatem omnes hae provintiae ad ordinationem apostolici papae et ad annuas Romanas synodos convenire non possunt, eadem providentissima atque prudentissima seu discretissima sedes diversos primates per diversas provintias constituit suasque vices eis, sed non uniformiter, commisit, sicut Leo ad Anastasium Thessalonicensem episcopum, qui vices apostolicae sedis in provintiis illarum partium tenet, de metropolitanis[4] singularum provintiarum episcopis, quibus ex delegatione sedis apostolicae ipsius cura praetendebatur, scribit dicens[5]: De persona, inquit, consecrandi episcopi et de cleri[g] plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provintia bene placuit, scire te faciat, ut ordina[ti]onem[h] rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas. [Qu]ae rectis dispositionibus nihil morae aut difficultatis de[beb]it[h] adferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum. Metropolitano vero defuncto cum in locum eius alius fue[rit] subrogandus, provintiales episcopi ad civitatem metropolim[i] [c]onvenire debebunt, ut omnium clericorum atque omnium [c]ivium voluntate discussa ex presbiteris ecclesiae eiusdem vel ex diaconibus optimus[k] eligatur, de cuius nomine ad tuam notitiam provintiales referant sacerdotes, impleturi vota poscentium, cum quod ipsis placuit tibi quoque placuisse cognoverint. Sicut enim iustas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante praesumi[l]. Et de[6] conciliis episcopalibus loquens, quae provintiali nequeunt examine diffiniri, ad primatem referri praecepit; quod et si nec eius fuerit res sopita iudicio, ad apostolicae sedis cognitionem perferri. Et si[7] aliqua causa maior fuerit, ob quam rationabile ac necessarium sit a primate fraternum advocare conventum, binos de singulis provintiis episcopos, quos metropolitani crediderint esse mittendos ad primatem, decrevit sufficere. Episcopos autem non[8] ultra quindecim dies in synodo retineri[m] praecepit.

6. Episcopo vero Arelatensi per Gallias et septem provintias, id est Viennensem, Lugdunensem primam, Narbonensem primam, Narbonensem secundam, Alpinam Peni-

a) *Zeilenanfang zerstört B.* b) d *übergeschr. B.* c) *Übergeschr. B.* d) *Zeilenende zerstört B.* e) *Ebenso B. — Vielleicht* quoque? f) *Zeilenende zerstört B.* g) l *auf Ras. B.* h) *Zeilenanfang zerstört B.* i) *Zwischen* i *und* m *1 Buchst. rad. B.* k) obtimus *B.* l) -sumi *auf Ras. B.* m) *Zweites* i *verb. aus* e *B.*

1) *Codex canonum (1609) S. 331; Hinschius S. 527 (J.-K. 311).* 2) *Vgl. Prosper. chron., MG. Auct. antiq. IX, 472f.* 3) *Vgl. auch unten S. 127 Z. 9 ff.* 4) *Codex canonum (1609) S. 466 c. 32; Hinschius S. 619 c. 1 (J.-K. 411).* 5) *Codex canonum (1609) S. 467f. c. 36; Hinschius S. 619 c. 5.* 6) *Codex canonum (1609) S. 468f. c. 37; Hinschius S. 619 c. 6.* 7) *Codex canonum (1609) S. 470 c. 40; Hinschius S. 620 c. 9.* 8) *Codex canonum (1609) S. 470 c. 41; Hinschius S. 620 c. 10.*

narum, a pari et No[vem]populanam[a], vices suas conmisit, sicut Zosimus[1] in epistolis 863.
suis et Honorius ac Theodosius augusti[2] in edictis suis ostendunt, ut generales synodos
causa fidei, si necesse fuerit, congregaret, et per eum, quicquid de ecclesiasticis negotiis
foret definitum, si magnitudo causae exigeret, ad apostolici papae notitiam referretur et
5 ut[3], si quis ex qualibet Galliarum parte sub quolibet ecclesiastico gradu Romam venire contenderet
vel ad alias terrarum partes ire disponeret, non aliter proficisceretur, nisi metropolitani Arelatensis
episcopi formatas acciperet. Et in supradictis provintiis auctoritatem ordinandi metropolitanos
haberet pontifices, sicut Innocentius, ut supra scripsimus[4], de Anthioceno scripsit epi-
scopo. Postea autem exigente inlicita prae[su]mptione[b] [5] Hilarii ipsius civitatis episcopi
10 hoc privilegium Arelatensis ecclesia perdidit, quod datum est Viennensi ecclesiae. [It]em-
que[c] post mortem Hilarii sub Ravennio hoc privilegium ipsa Arelatensis ecclesia recepit[6],
sicut in Leonis papae epistolis invenitur[7]. Et tenuit illud usque ad tempora secundi Gregorii[8]
et Leonis[9] ac Con[sta]ntini[10] filii eius imperatorum atque Karli Francorum prin[cip]is[11].

7. Et tunc desolatione[d] ecclesiarum compellente, quoniam religio [p]ene[e] ab his re-
15 gionibus erat elapsa[12] et plurimae metropoles plurimaeque suffraganeae civitates occu-
patae a saecularibus regimine pastorali vacabant, adeo ut in epistola Bonefacii ad Zacha-
riam[f] papam scriptum est[13], quia, sicut Francorum seniores dicebant, plus quam per tempus
LXXX annorum synodum non fecerunt nec archiepiscopos habuerunt nec ecclesiae canonica iura
alicubi fundabant vel renovabant, quas ex maxima parte laici vel adulterantes clerici et scortatores
20 tenebant, ordinato praefato Wintfrid cognomento Bonefacio a Gregorio[14] [prae]decessore[g]
Zachariae[15] et incardinato illo ab eodem Zacharia in metropoli ecclesia Mogontina. Nam
antea constitutus fuerat in metropoli Agrippinensi Colonia[16], sed, sicut idem ad eun-
d[em][h] papam scribit[17], Franci non perseveraverunt in verbo, quod[i] illa[k] promiserunt, unde pri-
matus, qui foret dandus Colon[iae][l], ipso petente datus est Mogontiae[m]. Cui, sicut Inno-
25 centius [de][n] Anthiochena et Romana ecclesiis scribit[18], illa isti non cederet, n[isi] quod illa in
transitu, scilicet de sessione beati Petri apostoli, i[sta] susceptum apud se consummatumque gauderet.

8. Et co[m]missae sunt eidem Bonefacio vices apostolicae sedis in Galliaru[m] et
Belgicarum atque Germaniarum provintiis, tantum in [vi]ta[o] sua, ut[19] quemcumque rep-
periret a sacris canonibus deviare, nulla ratione pateretur sacrum ministerium ad[trec]tare[p].

---

30 a) *Zeilenende zerstört B.* b) *Zeilenanfang zerstört, doch noch erkennbar B.* c) *Zeilenanfang verblaßt B.* d) a *auf Ras. B.* e) *Zeilenanfang zerstört B.* f) Zachacariam *B.* g) *Zeilenende rad. B.* h) *Zeilenende zerstört B.* i) *Vielleicht folgte* iam, *jedoch nicht völlig sicher erkennbar B.* k) *So B.* l) *Zeilenende zerstört B.* m) *Verb. aus* Mogontio *B.* n) *Zeilenende zerstört B.* o) *So wohl sicher am fast verblaßten Zeilenende zu lesen B.* p) *Zeilenende verblaßt B.*

35 1) *Vgl. MG. Epist. III, 5f. Nr. 1 (J.-K. 328).* 2) *MG. Epist. III, 13ff. Nr. 8.* 3) *Zosimus, MG. Epist. III, 5.* 4) *Vgl. oben S. 123 c. 2. Offenbar liegt aber hier eine sehr anfechtbare Umgestaltung des Satzes* praecipuam, sicuti semper habuit, metropolytanus episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis sacerdotibus teneat auctoritatem *aus dem Briefe des Zosimus, MG. Epist. III, 6, vor.* 5) *MG. Epist. III, 20f.:* quod decessor ipsius merito nimiae praesumptionis amiserat.
40 6) *Vgl. Neues Archiv 44, 53.* 7) *MG. Epist. III, 20f. Nr. 13 (J.-K. 450).* 8) *715—731.* 9) *III. (716—740).* 10) *V. (740—775).* 11) *Karl Martell.* 12) *Vgl. Bonifatius-Briefe Nr. 51, MG. Epist. sel. I, 87 (J.-E. 2264):* — — eo quod omnis ęcclesiastica regula sive disciplina ab eadem provincia funditus abolita est. — *S. Neues Archiv 44, 53f. Über die Verwertung der Bonifatius-Briefe in dieser Denkschrift vgl. Perels, Neues Archiv 48, 158 ff.* 13) *MG. Epist. sel. I, 82 Nr. 50.*
45 14) *III. (731—741).* 15) *Vgl. MG. Epist. sel. I, 201 Nr. 88 (J.-E. 2292):* a sanctae recordationis praedecessore nostro domno Gregorio papa — — episcopus ordinatus; *dazu M. Tangl, Neues Archiv 41, 75 A. 3.* 16) *Vgl. MG. Epist. sel. I, 121. 124 Nr. 60 (J.-E. 2274); Neues Archiv 44, 54.* 17) *MG. Epist. sel. I, 179 Nr. 80 (J.-E. 2286).* 18) *Codex canonum (1609) S. 369 c. 45; Hinschius S. 548 c. 1 (J.-K. 310).* 19) *MG. Epist. sel. I, 107 Nr. 58 (J.-E. 2271).*

863. Qui ordinavit[1] Grimonem in Rotomago et Hartbertum in Senonum aiedingo. In Remo autem et in Treviri, quas Milo — tonsura, non vita clericus — occupaverat[2], in diebus suis, ut episcopi in eis ordinarentur, optinere non potuit. Postea vero Wiomado Treviri ordinato episcopo Remus per plures annos pastore vacavit, quoniam rebus ipsius episcopii divisis[3] a Milone per filios et homines suos, quos Pippinus cum beneficiis illis datis eodem Milone petente in manus suas recepit, donec[a] instantia Fulradi[4] abbatis sapientis et sancti praeclari monasterii beati Dyonisii restituta quadam parte rerum[b] . . . um[c] ipsi ecclesiae, in qua pene omnis religionis desolatio et [ecc]lesiarum[d] atque aedificiorum destructio usquequaque incre[ver]at[d], annuente Carlomanno principe, post parvum tempus [de]functo et in basilica sancti Remigii sepulto[5], Tilpinus praefati mo[n]asterii[e] sancti Dyonisii tunc praepositus vir valde religiosus [a i]uniore Genebaudo Laudunensi episcopo, ut aetatis, ita et sanctita[tis] provectae homine, cum quibusdam coepiscopis Remorum dioceseos, qui remanserunt a destitutionis peste in suis [e]cclesiis, Remorum est ordinatus metropolitanus episcopus[6].

9. De quo privilegio, unde agitur ex apostolicae sedis delegatione, Zacharias[f] papa ad praescriptum Bonefacium scribens ita dicit[7]: Et quia, si deberes in Baiouuariae provintia ius habere praedicationis, sciscitasti, an non, quam a decessore nostro habuisti concessam: nos denique auxiliante Deo de his, quae tibi largitus est decessor et praedecessor noster, non minuimus, sed augemus. Et non solum Baiouuariam, sed etiam omnem[g] Galliarum provintiam, donec te divina iusserit superesse[h] maiestas, nostra vice per praedicationem tibi iniunctam, quae reppereris contra Christianam religionem vel canonum instituta, spiritaliter studeas ad normam rectitudinis reformare. Et item[8]: At ubi Deus praedicationem tuam auxit, opti[ne]re[i], ut tibi cathedralem ecclesiam vel successoribus tuis confi[r]mare debeamus iuxta eorundem filiorum nostrorum Francorum petitionem. Et idcirco auctoritate beati Petri apostoli sancimus, ut supradictam ecclesiam Mogontinam atque etiam perpetuis temporibus tibi et successoribus tuis metropolis sit confirmata, habens sub se has quinque civitates: Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam et Trectis et omnes Germaniae gentes, quas tua fraternitas per suam praedicationem Christi lumen cognoscere fecit. His a nobis definitis per huius nostrae confirmationis paginam in tua ecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione conservandam esse mandamus.

10. Strazburgum autem idcirco in hac confirmatione non misit, quoniam illa sola ex antiqua [c]onstitutione[k] reservata est Mogontiae, quando increverunt mala in terra et desolata est religio Christiana quandoque saecularibus sine respectu divino quod[9] erat libitum erat et licitum. Decreti sunt etiam eidem Mogontinae civitati perpetuo subiecti esse debere episcopi de castellis, in quibus per ordinationem ac deprecationem[l] ipsius Bonefacii[10] Za-

Vgl. Gen. 6, 5.

a) *Zeilenanfang verblaßt B.* b) u *auf Ras. B.* c) *Zeilenanfang zerstört, etwa 3 Buchst. verloren B.* d) *Zeilenanfang zerstört B.* e) *Zeilenanfang zerstört B.* f) Zhacharias *B.* g) omne, *Kürzungszeichen über* e *verblichen B.* h) superee, *Kürzungszeichen sehr verblaßt B.* i) *Zeilenende zerstört B.* k) *Zeilenanfang verblaßt B.* l) depcationem *B.*

1) *Vgl. MG. Epist. sel. I, 103 Nr. 57 (J.-E. 2270); 106 Nr. 58 (J.-E. 2271).* 2) *Vgl. den Brief Hadrians I. an Tilpin von Reims, MG. SS. rer. Merov. VII, 71; MG. SS. XIII, 461 (J.-E. 2411):* Miloni cuidam sola tonsura clerico; *Neues Archiv 44, 53 und A. 2.* 3) *Vgl. a. a. O. Flod. II, 16, MG. SS. XIII, 463:* Remensis ecclesia per multa tempora et per multos annos sine episcopo fuit, et res ecclesiae de illo episcopatu ablatae sunt et per laicos divisae sunt, — —. 4) *Vgl. a. a. O. Flod. II, 17, MG. SS. XIII, 463: — —* prebente tibi bonum testimonium de sanctitate et doctrina Fulrado amabilissimo abbate. 5) *Vgl. Hinkmar, 'De villa Novilliaco', MG. SS. XV, 1167:* basilicam sancti Remigii, in qua et sepultus est; *dazu Flod. II, 17, MG. SS. XIII, 464.* 6) *748—794.* 7) *MG. Epist. sel. I, 107f. Nr. 58 (J.-E. 2271).* 8) *MG. Epist. sel. I, 202 Nr. 88 (J.-E. 2292).* 9) *Vgl. Otto, Sprichwörter s. v. 'licet'.* 10) *MG. Epist. sel. I, 81 Nr. 50.*

charias papa episcopos esse constituit[1], id est episcopus de castello Wirzaburg et de castello 863.
Buraburg et de castello Erpesfurth, sed et postea illi episcopi, qui tempore Karoli imperatoris per studium Mogontini episcopi conversis Saxonibus, sicut praecipiunt canones, ab eodem ordinati sunt vel a Pippino et ab ipso Karolo super alios principes de prima Ger-
5 maniae provintia adquisiti sunt, secundum nutum illius et dispositionem synodalem apostolicae sedis decreto ipsi metropoli debere esse[a] subiecti.

11. Denique qualiter vices apostolicae sedis in Africa Cartaginensis episcopus et ceteri[b] primates teneant, in Africanis conciliis et in epistolis Innocentii, Bonefacii et Caelestini[c] qui legere voluerit invenire valebit. Qualiter etiam plures in[2] Sicili[a][d] et in
10 aliis **interiacentibus insulis** atque in Brittannia seu in Hibernia vices apostolicae sedis habeant, in epistolis Leonis atque Gregorii quisque volet cognoscere valet.

12. De his aut[em][e], qui metropolitani simul et primates provintiarum sunt et sine consultu alterius aut suffraganeos ordina[n]t aut a suffraganeis ordinantur et bina concilia per ann[os] singulos, quo ipsi viderint, secundum sacros canones[3] suo arbi[tra]tu cele-
15 brant, Leo ad Theodorum Foroiuliensem episcopum di[cit][4]: **Sollicitudinis, inquiens, tuae is ordo esse debuerat, ut cum metropolitano[f] tuo primitus de eo, quod quaerendum videbatur esse, conferres. Ac si id, quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis, quia in causis, quae ad generalem observantiam pertinent omnium Domini sacerdotum, nihil sine primatibus oportet impleri**[5]. Et item in eadem epistola[6]: **Haec autem, frater karissime, quae ad inter-**
20 **rogationem dilectionis tuae ideo respondi, ne aliquid contrarium sub ignorantiae excusatione gereretur, in metropolitani tui notitiam facias pervenire, ut, si qui forte sunt fratrum, qui de his antea putaverint ambigendum, per ipsum de omnibus, quae ad te scripta sunt, [ins]truantur**[g].

13. Quae sententia beati Leonis de his loquitur, qui, ut praemisimus, metropolitani simul et primates sunt provintiarum et de quibus loquens Nichenum concilium . . . dit[h]
25 ordine explanato[7]: **Similiter autem, subauditur: [ut][i] apud Alexandriam et apud Anthiochiam privilegium s[e]rvatur[k], ita et apud ceteras[l] provintias suis privilegia serventur ecclesiis.** Contra quae statuta Iuvenalis Hierosolimorum episcopus usurpato typo, quoniam a Nicheno concilio iussus est Hierosolimorum honorari[m] episcopus[8], faciente secum Anatholio Constantinopolitano episcopo, qui et privilegium non solum secundae ac tertiae sedis, verum
30 et primae sedis Romanae sibi attemptavit praesumere, conhibente per adolationem Maximo Anthioceno episcopo, diocesim Anthiochenam dividens tres Palestinas sibi in synodo Calcidonensi subripuit[9]. Quod praevalentibus sacris Nichenis canonibus et apostolorum sedis auctoritate cassatum per omnia extitit, et ad mensuram suam eadem Hierosolimorum civitas est redacta, quam per Nichenos canones meruit, **quia, inquiunt**[10], **consuetudo optinuit et antiqu[a][n]**
35 **traditio, ut Heliae episcopus honoretur. Habeat honoris conseq[uen]tiam[o] salva metropoli dignitate.**

---

a) *Von anderer Hand übergeschr. B.* b) cateri *B.* c) Celestini; *zwischen* C *und* e *1 Buchst., wohl* a, *rad. B.* d) *Zeilenende verblaßt B.* e) *Zeilenende verblaßt B.* f) o *am Ende verb. aus* i *B.* g) *Stark verblaßt B.* h) *Zeilenanfang zerstört, 2—3 Buchst. verloren; vor* d *mit ziemlicher Sicherheit noch* b *zu erkennen: vielleicht* subdit *B.* i) *Zeilenanfang fehlt,* t *noch schwach erkennbar B.* k) *Zeilenanfang zerstört B.*
40 l) caeteras *(öfter) B.* m) -ra- *übergeschr.,* o *davor auf Ras. B.* n) *Zeilenende zerstört B.* o) *Zeilenende zerstört B.*

1) *MG. Epist. sel. I, 87 Nr. 51 (J.-E. 2264).* 2) *Vgl. oben S. 124 Z. 6 f. und A. 1.* 3) *Vgl. Chalced. c. 19, Codex canonum (1609) S. 129; Hinschius S. 287.* 4) *Amort, Elementa iuris canonici II, 537 (Sammlung von Diessen); Migne 130, 888; Hinschius S. 625 (J.-K. 485).* 5) *Vgl. Neues*
45 *Archiv 44, 59 A. 5.* 6) *Migne 130, 889; Hinschius S. 626.* 7) *C. 6, Codex canonum (1609) S. 4; Hinschius S. 258.* 8) *Vgl. Nic. c. 7, Codex canonum (1609) S. 4; Hinschius S. 259.* 9) *In diesem Sinne wurde zu Chalcedon entschieden. Vgl. Mansi VII, 179 ff. 732 f.; oben S. 123 A. 1.* 10) *C. 7, Codex canonum (1609) S. 4; Hinschius S. 259.*

863. 14. Quam[1] honoris conse[quen]tiam salva metropoli dignitate et beatus Gregorius prov[i]dit, quando Siagrio Augustidunensi episcopo Brunechilde reg . .[a] Francorum et ipso petente pallium pro honore ecclesiae sua[e] tribuit dicens[2]: Ne indumenti huius munificentiam [tibi][b] nudam videamur quodammodo contulisse, hoc etiam pariter prospeximus concedendum, ut metropoli suo p[er] omnia loco et honore servato ecclesiae civitas Augustidunus[c], cui 5 omnipotens Deus praeesse te voluit, post Lugdunensem ecclesiam esse debeat et hunc sibi locum ac ordinem ex nostrae auctoritatis indulgentia vindicare. Ceteros vero episcopos secundum ordinationis suae tempus sibi ad consedendum in concilio seu ad subscribendum vel in qualibet alia re sua tenere loca decernimus et suorum sibi praerogativam ordinum vindicare, quia omnino[d] rationis ordo nos admonet, ut cum usu pallii aliqua simul largiri privilegia debeamus. 10

15. Hanc quoque dignitatem, ut secundus post metropolitanum sit in acceptione pallii, Teudulfus Aurelianensis episcopus[3] interveniente divae memoriae Karolo imperatore optinuit[4] et Drogo Mettensium episcopus[5] deprecante piae recordationis Hludouuico augusto promeruit[6], salvis privilegiis secundum sacros canones vere metropolitanarum urbium, ad quarum dignitatem ac privilegium, ut eis coaequari — multo minus autem 15 praeponi — valeant, isti secundi metropolitani pervenire non possunt. Et hos[7], qui huiusmodi privilegia sive per imperialem deprecationem sive per apostolicam largitionem adepti sunt, Greci secundos metropolitanos appellant, sicut in gestis concilii Calcidonensis legitur[8]. In quo Anastasius Nichenus pro privilegio metropolitano Nichenae civitatis causa synodi ibidem habitae a Constantino imperatore adepto ostensa ex legibus pragmatica 20 forma decertans, ostendente econtra Eunomio Nichomedense[e] Valentiniani legale capitulum, quoniam aucta est dignitas Nichomedensium, dum secundo loco Nichea metropolis sit nomine constituta[9]. Et relecta sententia Nicheni concilii[10], ut[f] in unaquaque provintia metropolitanus habeat potestatem et ipse constituat omnes, qui in ea provintia sunt, episcopos, iudicatum est a synodo decernentibus gloriosissimis iudicibus, ut Nichomedensis episcopus 25 canonicam habeat in omni provintia potestatem et Nichenus episcopus secundum locum post illum optineat. Atque in hunc modum civitas Calcedona propter synodum generalem ibidem habitam ab imperatore[g] metropolitana meruit nominari.

16. Unde Calcedonenses canones statuerunt[11], ut, quaecumque civitates litteris imperialibus metropolitani nominis honore subnixae sunt, honore tantummodo perfruantur, et qui ecclesiam eius 30 gubernat episcopus, salvis scilicet verae[h] metropolis privilegiis suis. Et Innocentius ad Alexandrum scribit[12]: Ad mobilitatem, inquiens, necessitudinum mundanarum Dei ecclesiam non commutari honoresque aut divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendis[i] duxerit imperator. Ergo secundum pristinum provintiarum morem metropolitanos episcopos convenit numerari. Et hinc Leo ad Anastasium dicit[13]: Igitur secundum sanctorum patrum canones spiritu Dei conditos et totius 35 mundi reverentia consecratos metropolitanos singularum provintiarum episcopos ius traditae sibi

---

a) *Zeilenende zerstört, jedoch für* -ina, *wie zu ergänzen am nächsten läge, kaum ausreichend Raum B.* b) *Zeilenende zerstört B. Vgl. Migne 126, 344.* c) d *verb. B.* d) *Zweites* n *verb. B.* e) m *auf Ras. B.* f) *Auf Ras. am Zeilenende B.* g) *Zwischen* p *und* e *1 Buchst. rad. B.* h) *Verb. zu* vere *B.* i) *Zweites* i *auf Ras. B.*

1) *Vgl. Neues Archiv 44, 56.* 2) *MG. Epist. II, 214 (J.-E. 1751).* 3) *† 821.* 4) *Vgl.* 40 *den Brief Alkuins, MG. Epist. IV, 368 Nr. 225; dazu MG. Poet. lat. I, 565:* Cuius ego accepi pallia sancta manu. *Lesne, La hiérarchie épiscopale S. 71f.* 5) *Vgl. oben S. 2 A. 5.* 6) *Vgl. Mühlbacher, Regesten² n. 990.* 7) *Vgl. Neues Archiv 44, 56.* 8) *Vgl. Mansi VII, 301—314. Hefele-Leclercq, Histoire des conciles II (1908), 761ff.; Schrörs S. 370 A. 60; Lesne, La hiérarchie épiscopale S. 245f. A. 6.* 9) *Mansi VII, 311.* 10) *Ebenda. Vgl. c. 4, Codex canonum (1609) S. 2f.;* 45 *Hinschius S. 258.* 11) *C. 12, Codex canonum (1609) S. 126f.; Hinschius S. 286.* 12) *Codex canonum (1609) S. 370 c. 46; Hinschius S. 548 c. 2 (J.-K. 310).* 13) *Codex canonum (1609) S. 466 c. 32; Hinschius S. 619 c. 1 (J.-K. 411).*

antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus. Et item idem ad Martianum augustum[1]: Privilegia ecclesiarum sanctorum patrum canonibus instituta et venerabilis Nichenae synodi fixa decretis nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. 863.

17. Et ne quid forte a nobis praetermissum de hoc negotio ex industria de verbis Iulii videatur, superadicimus, quoniam Alexandrinus et Anthiochenus episcopi sicut et Thessalonicensis episcopus ex delegatione sedis apostolicae[2] metropolitanos sub cura sua habent. Iulius papa in saepe memorata[3] epistola sua, quod et Calcedonenses canones[4], qui fuerunt constituti in illis provintiis, decreverunt, ut, si[5] episcopi metropolitanum aut iudices suspectos habuerint aut infestos senserint, apud primatem dioeceseos aut apud Romae sedis pontificem iudicentur. Quod Anatholius favente sibi ex maxima parte synodo, sed reclamantibus apostolicae sedis legatis, quod Romanae debetur ecclesiae, Constantinopoli elaboravit adscribi, faciente secum antiquo Constantinopolitano concilio, quando[6] est Nectarius ordinatus episcopus sub Gratiano imperatore et Damaso papa. Sed praevalentibus Nicenis canonibus et apostolicae sedis auctoritate molitio illa penitus est cassata, sicut in gestis Calcedonensis concilii[7] et in epistolis Leonis papae manifestissime repperitur[8].

18. De his vero, qui metropolitani simu[l][a] et primates provintiarum existunt, idem, quod praemisimus, Nichenum dicit concilium[9], ut, sicut apud Alexandriam et apud Anthiochiam, ita similiter apud ceteras provintias suis privilegia serventur ecclesiis. Unde et Africanum concilium ad Caelestinum papam scribit dicens[10]: Decreta Nichena sive inferioris gradus clericos sive episcopos ipsos suis metropolitanis apertissime commiserunt; prudentissime enim iustissimeque viderunt quaecumque negotia in suis locis ubi orta sunt finienda nec unicuique provintiae gratiam sancti spiritus defuturam, qua aequitas a Christi sacerdotibus et prudentissime videatur et constantissime teneatur. Quod et canones Constantinopolitani demonstrant dicentes[11], ut illa, quae sunt per unamquamque provintiam, ipsius provintiae synodus dispenset, sicut Nicheno constat decretum esse concilio. Et Sardicenses canones dicunt[12], quia hoc consequens esse videtur, ut de qualibet provintia episcopi ad eum fratrem et coepiscopum nostrum preces mittant, qui in metropoli consistit, ut ille et diaconum eius et supplicationes destinet, tribuens commendaticias epistolas pari ratione ad fratres et coepiscopos nostros, qui illo tempore in his regionibus et urbibus morantur, in quibus felix et beatus augustus rem publicam gubernat. Et sanctus Gregorius ad Vincentium et ceteros episcopos scribit[13]: Hortamur, inquiens, fraternitatem vestram, ut, si quemquam vestrum pro causis propriis ubicumque longius compulerit ambulare necessitas, a metropolitano vestro secundum inditam a sanctis patribus regulam petere licentiam debeatis nec eum postponere in aliquo praesumatis, excepto si, quod non optamus, contra eundem metropolitanum vestrum vos habere aliquid causae contingat, ut ob hoc sedis apostolicae iudicium hi, qui petere festinant, licentiam habeant; quod scitis per canones etiam antiquorum patrum institutione permissum. Unde Sardicenses ca-

---

a) *Zeilenende zerstört B.*

1) *Hinschius S. 610 (J.-K. 481).* 2) *Vgl. Leo I. an Anastasius von Thessalonich, Codex canonum (1609) S. 466 c. 32; Hinschius S. 619 c. 1 (J.-K. 411):* — — metropolitanos singularum provinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuae cura praetenditur, — —. 3) *Die früheren Zitate finden sich nicht im erhaltenen Teil der Denkschrift.* 4) *C. 9, Codex canonum (1609) S. 125; Hinschius S. 286.* 5) *Can. Ps.-Nicaen. bei Ps.-Julius, Hinschius S. 469 (J.-K. †§ 196).* 6) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 89; Hinschius S. 276 (regul. Constantinopolitan.).* 7) *Vgl. Mansi VII, 442 ff.* 8) *Vgl. Leo I. an Pulcheria, Schwartz, Acta concil. oecumen. II, 4 S. 57 ff.; Mansi VI, 195 ff. (J.-K. 482); an Anatolius, Schwartz a. a. O. S. 59 ff.; Mansi VI, 198 ff. (J.-K. 483).* 9) *C. 6, Codex canonum (1609) S. 4; Hinschius S. 258.* 10) *Codex canonum (1609) S. 287 c. 105; Hinschius S. 315.* 11) *Codex canonum (1609) S. 90 c. 2; Hinschius S. 276 c. 3.* 12) *C. 9, Codex canonum (1609) S. 163; Hinschius S. 268.* 13) *MG. Epist. II, 190 (J.-E. 1729).*

863. nones dicunt[1]: Si aliquis episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa et putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renovetur, si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Iulio Romano episcopo et, si iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur et det iudices; si autem probaverit tale[m][a] causam esse, ut non refricentur ea, quae acta sunt, quae decreverit confirmata erunt. 5

19. Et Hilarus papa in decretis ad quinque provintias dicit[2]: Illud etiam non potuimus praeterire, quod sollicitudine diligentiore curandum est, ne praeter metropolitanorum suorum litteras aliqui ad quamlibet provintiam audeant proficisci. Quod etiam in omni genere officii clericalis per singulas debet ecclesias custodiri; et Leo ad Theodorum[3]: Quia in causis, quae ad generalem observantiam pertinent omnium Domini sacerdotum, nihil sine primatibus oportet impleri. Et Anthiocheni canones dicunt[4]: Per singulas regiones episcopos convenit nosse metropolitanum episcopum sollicitudinem totius provintiae gerere; propter quod ad[b] metropolim[b] omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant. Unde placuit eum et honore praecellere et nihil amplius praeter eum ceteros episcopos agere secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum, quae ad suam diocesim pertinent. Nec metropolitanus sine ceterorum gerat consilio sacerdotum. 15 Et Bonefacius papa dicit[5]: Convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Nulli etenim videtur incognita synodi constitutio Nichenae, quae ita praecipit, ut eadem proprie verba ponamus, per unamquamque provintiam ius metropolitanos singulos habere debere nec cuiquam duas esse subiectas, quod illi, quia aliter credendum non est, servandum sancto spiritu suggerente sibimet censuerunt. Quod[6] idcirco dicimus, ut advertat caritas tua adeo nos canonum praecepta servare, 20 ut ita constitutio quoque nostra definiat, quatenus metropolitani sui unaquaeque provintia in omnibus rebus ordinationem semper expectet. Et Anthiochenum concilium dicit[7], ut nullus episcopus ex alia provintia audeat ad aliam transgredi, nisi litteris tam metropolitani quam ceterorum, qui cum eo sunt, episcoporum rogatus adveniat. Si vero nullo vocante inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus et ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis, irrita quidem 25 quae ab eo geruntur existant; ipse vero incompositi motus sui et inrationabilis audaciae subeat ultionem, ex hoc iam dampnatus a sancto concilio. Et hinc Caelestinus papa dicit[8]: Iuxta decreta canonum unaquaeque provintia suo metropolitano contenta sit, ut decessoris nostri data ad Narbonensem episcopum continent constituta, nec usurpationi[c] locus alicui sacerdoti in alterius concedatur iniuria[d]. Sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus; alter in alterius provintia nihil praesumat. 30 Et Calcedonenses canones dicunt[9]: Decrevit itaque sancta synodus secundum canones patrum bis in anno episcopos in id ipsum in unaquaque provintia convenire, quo metropolitanus antistes probaverit, et corrigere singula, si qua fortassis emerserint. Et[e] Cartaginense concilium: Placuit, inquit[10], ut presbiteri, diaconi vel ceteri inferiores clerici in causis, quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos cum consensu sui episcopi audiant et inter eos 35 diffiniant adhibiti ab eis episcopi. Quodsi et ab eis provocandum putaverint, non provocent ad transmarina iudicia, sed ad primates suarum provintiarum, sicut et de episcopis saepe constitutum est.

---

a) *Kürzungszeichen über* e *verblichen; Zeilenende B.* b) d metropolim *auf Ras. B.* c) *Zeilenende, doch anscheinend nichts verloren B.* d) *Das folgende Blatt ist herausgeschnitten; vom Text fehlt nichts B.* e) *Von hier bis* praemisimus *(S. 131 Z. 9) engere Schrift, bis* auctori- *(Seitenende = S. 131 Z. 10) auf Ras. B.* 40

1) *Codex canonum (1609) S. 159f. c. 3; Hinschius S. 267 c. 4.* 2) *MG. Epist. III, 27 (J.-K. 555).* 3) *Amort, Elementa iuris canonici II, 537 (Sammlung von Diessen); Migne 130, 888; Hinschius S. 625 (J.-K. 485).* 4) *C. 9, Codex canonum (1609) S. 59f.; Hinschius S. 271.* 5) *Codex canonum (1609) S. 401 c. 4; Hinschius S. 556 (J.-K. 362).* 6) *A. a. O.* 7) *C. 13, Codex canonum (1609) S. 61f.; Hinschius S. 271.* 8) *Codex canonum (1609) S. 423 c. 17; Hinschius* 45 *S. 560 c. 4 (J.-K. 369).* 9) *C. 19, Codex canonum (1609) S. 129; Hinschius S. 287.* 10) *Codex canonum (1609) S. 198 c. 28; Hinschius S. 319 c. 22.*

20. Quapropter et in eodem concilio[1] Mauritania Scitifensis sep[a]rata[a] a provintia Numidiense consensu ipsius primatis et consentientibus omnibus primatibus provintiarum Africanarum vel omnibus episcopis propter longinquitatem proprium primatem habere permissa est. Et Africanum dicit concilium[2], ut causae, quae communes non sunt, in suis provintiis iudicentur. Si[3] autem fuerit provocatum, eligat qui provocaverit iudices et cum eo et ille, contra quem provocaverit, ut ab ipsis deinceps nulli liceat provocare. Et Antioceni canones dicunt[4], ut[b], si quis episcopus de certis criminibus accusatus condempnetur ab omnibus episcopis eiusdem provintiae cunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullomodo iudicari, sed firmam concordantium episcoporum provintiae manere sententiam. Et hinc quod praemisimus[5] Iulius dicit[6]: Salva apostolicae ecclesiae auctoritate nullus episcopus extra suam provintiam ad iudicium devocetur. Sed vocato eo canonice in loco omnibus congruo tempore synodali ab omnibus conprovintialibus episcopis audiatur, qui concordem super eum canonicamque proferre debent sententiam. — 863.

21. Cum haec ita se habeant, nos, ubi rationis et auctoritatis perurget necessitas, et iudicia canonica exequimur et culpandi non sumus, quoniam aliter erga fratres non agimus, quam apostolicae sedis papae fieri placet quamque quod ipsa prima in toto orbe terrarum sedes fiendum esse decrevit. Quae non inter se adversa neque diversa tenemus. Sicut et quod dictum est ab evangelica veritate de baptizante Domino, tenendum doctrina catholicorum accepimus. Utrumque autem de Domino scriptum est: et, quia baptizabat plus quam Iohannes, et, quia ipse non baptizabat, sed discipuli eius, ut intellegamus et ipsum tunc baptizasse sicut et nunc baptizare praesentia maiestatis, non tamen ipsum baptizasse manibus suis; ipsius enim erat baptismi sacramentum, ad discipulos autem baptizandi ministerium pertinebat. Et quicumque sit, qui catholice[c] baptizatis per debitae ac traditae servitutis obsequium baptizandi ministerium expleat, tamen ipse est, sicut est scriptum in evangelio, 'qui baptizat in spiritu sancto'. — Vgl. Ioh. 4, 1. 2. — Ioh. 1, 33.

22. Sic et quicumque[7] nostrum dignatione divina primates provintiarum constituti sub apostolicae petrae iudicio iudicamus vel cum decretis illius una cum coepiscopis nostris decernimus: apostolica est sedes, quae in nobis famulis suis et pro patribus natis filiis[8], id est pro apostolis ordinatis episcopis, in ordinandis coordinat et in decernendis canonice condecernit et in iudicandis coniudicat. Quia sive ipse[d] Dominus aqua aliquos discipulorum suorum primus baptizaverit, per quos ad ceteros fideles baptismi rivus proflueret, eosdem etiam spiritu baptizat peccata illis relaxando et spiritus sancti dona ministrando; sive fideles eius invocato nomine ipsius aqua baptizent electos et chrismate sancto perungant, eosdem nihilominus ipse spiritu sancto baptizat et eodem laetitiae oleo perungit, quia nemo praeter ipsum peccatorum nexus solvere et spiritus sancti valet dona tribuere. — Vgl. Ps. 44, 17. — Vgl. Ps. 44, 8.

23. Unde iterum, sicut[e] et supra diximus[e], in evangelio scriptum est, quia nemo 'potest peccata dimittere nisi solus Deus'. Et Dominus dixit discipulis suis: 'Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis'. Ipse enim, ut Leo et Augustinus ac ceteri catholici doctores exponunt, peccata hominibus per eos dimittit, quibus potestatem dimittendi concedit. Et item in evangelio scriptum est a Domino quasi — Luc. 5, 21. — Ioh. 20, 22. 23.

---

a) *Erstes* a, *am Zeilenende, verblichen B.* b) *So B.* c) *Verb. aus* catholicae *B.* d) ipse — consortem *(Seitenende = S. 132 Z. 21) in engerer Schrift, meist auf Ras. B.* e) sicut — diximus *übergeschr. B.*

1) *C. 17, Codex canonum (1609) S. 192; Migne 67, 189.* 2) *Codex canonum (1609) S. 253 c. 62; Hinschius S. 318 c. 9.* 3) *Codex canonum (1609) S. 253 c. 63; Migne 67, 214 c. 96.* 4) *C. 15, Codex canonum (1609) S. 63; Hinschius S. 272.* 5) *Vgl. oben S. 129 Z. 7 und A. 3.* 6) *Can. Ps.-Nicaen. bei Ps.-Julius, Hinschius S. 469 (J.-K. † § 196).* 7) *Vgl. Neues Archiv 44, 57.* 8) *Vgl. Neues Archiv 44, 58.*

863.
Matth. 16, 19. singulariter dictum fuisse beato Petro: 'Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis'. Cum post
Ioh. 20, 22. 23. resurrectionem suam legamus insufflasse eum et dixisse apostolis: 'Accipite[a] spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt'. Omni[1] igitur electorum ecclesiae iuxta modum culparum vel paenitentiae ligandi 5 ac solvendi datur auctoritas. Sed ideo beatus Petrus, qui Christum vera fide confessus, vero est amore secutus, specialiter claves regni caelorum et principatum iudiciariae potestatis accepit, ut omnes per orbem credentes intellegant, quia, quicumque ab unitate fidei vel societatis illius quolibet modo semet ipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolvi nec ianuam possint regni caelestis ingredi. 10

24. Ita et, cum sacri canones Nicheni concilii, quos[b] apostolica sedes veneratur atque custodit et custodiri ab omnibus suo privilegio praecipit[b], dicant: Si[2] quis post diffinitionem sancti et magni concilii tale aliquid agere temptaverit, quasi[3] contra magnum concilium se efferens, ipse de clericatus honore periclitabitur vel deiciatur[4] a clero et alienus existat a regula et a[5] ministerio cessare debebit; et synodus Calcedonensis[6] eos, qui ausi fuerint post diffinitionem magnae et uni- 15 versalis huius synodi quicquam ex his, quae sunt prohibita, perpetrare, decrevit sancta synodus a proprio huiusmodi gradu recedere; et Siricius[7]: Nunc praefatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicae petrae, supra quam Christus universalem construxit ecclesiam, soliditate divelli; et Zosimus[8]: Quodsi quis interdicta despexerit, gradus sui periculo subiacebit; et Leo[9]: Si quis contra constituta venire temptaverit et prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio 20 submovendum nec communionis nostrae futurum esse consortem [qui][c] socius esse noluit disciplinae; et ceteri diversorum conciliorum canones et Romanae sedis pontifices in hunc modum de multis et diversis causis decernant: nos[10], qui eorum iussa exequimur, nihil aliud quam iuste iudicantium fautores et iustorum iudiciorum exsecutores oboedientiam sancto spiritui, qui per eos locutus est, et sedi apostolicae dependentes existimus, qui sub uno capite multi[11] 25 unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Conexio autem totius corporis, ut Leo et Symmachus scribunt, unam sanitatem, unam pulchritudinem facit. Et haec quidem conexio totius corporis unanimitatem requirit, sed praecipue exigit concordiam sacerdotum, quorum ad[12] instar sanctae trinitatis, cuius una est atque individua[d] potestas, unum est per diversos antistites sacerdotium. Quibus[13] etsi ordo est generalis, non tamen communis est dignitas omnibus, sicut 30 et de beatissimis apostolis novimus, quorum par fuit electio, sed inter eos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis et beato Petro datum est, ut ceteris praemineret.

25. Qua de re velut cooperatores apostolicae sedis in agro vel vinea dominica sub ipsius constitutis laborare satagimus, qui secundum ipsius doctrinam verbo praedicationis insistimus, secundum eius traditionem munia divina exequimur, secundum eius decreta 35 in iudicando quae ab ipsa sunt iudicata exerimus. Qui in beato Petro et in ceteris apostolis
Vgl. Ps. 44, 17. pro patribus nati filii, id est, ut diximus[14], pro eisdem apostolis ordinati episcopi princi-

a) *Davor ein Wort rad. B.* b) quos—pręcipit *(Z. 12) mit Verweisungszeichen über der Zeile nachgetr. B.* c) *Bl. 29 beginnt mit einem für etwa 2 Buchst. Raum bietenden Loch B.* d) idua *auf Ras. B.*

1) *Vgl. Neues Archiv 44, 58 A. 1.* 2) *C. 15, Codex canonum (1609) S. 8; Hinschius S. 259.* 40 3) *C. 2, Codex canonum (1609) S. 2; Hinschius S. 258.* 4) *Codex canonum (1609) S. 9 c. 17; Hinschius S. 260 c. 18.* 5) *C. 18, Codex canonum (1609) S. 10; Migne 67, 152.* 6) *C. 10, Codex canonum (1609) S. 126; Hinschius S. 286.* 7) *C. 2, Codex canonum (1609) S. 315; Hinschius S. 521 (J.-K. 255).* 8) *C. 2 (Rubrik), Codex canonum (1609) S. 390; Hinschius S. 553 (J.-K. 339).* 9) *C. 5, Codex canonum (1609) S. 437; Hinschius S. 615 (J.-K. 402).* 10) *Vgl. Neues Archiv* 45 *44, 57.* 11) *Leo I. an Anastasius von Thessalonich, Codex canonum (1609) S. 471 c. 41; Hinschius S. 620 c. 10 (J.-K. 411).* 12) *Symmachus an Aeonius von Arles, MG. Epist. III, 35 (J.-K. 754).* 13) *Leo I., vgl. oben A. 11.* 14) *Oben S. 131 Z. 29.*

patum iudiciariae potestatis gratia Dei accepi[m]us[a]. A quo, sicut scriptum est, qui se elongant peribunt. Qui etiam alienae obligationis potestatem relaxationis principatum superni iudicii sortientes acceperant. Et facientes contra regulas spiritu sancto promulgatas, qui per manus impositionem ordinandis caelitus[b] datur, ab eisdem regulis iudicati de gradu ordinationis iudicio eiusdem spiritus sancti per eos, qui in gradu suo stare videntur et ministri sunt sermonis, deiciuntur. Sicut et Iudas de apostolatus culmine iniquitate sua deiectus et inter apostatas numeratus, veluti Petrus dicit, abiit in locum suum. Quibus etsi ministratio tollitur, digne tamen satisfacientibus salutis aeternae participatio non negatur.

863. Vgl. Ps. 72, 27. Vgl. Luc. 1, 2. Vgl. Act. 1, 25.

26. Deiectis autem a gradu iudicio sancti spiritus, sicut Petrus et Iudam deiectum fuisse dicit, 'viri', inquiens, 'fratres, oportet impleri scripturam, quam praedixit spiritus sanctus per os David de Iuda' — quo **spiritu**, sicut Leo demonstrat[1], et[c] sacri promulgati sunt **canones**, quorum iudicio iudicandi deiciuntur — alii in eorum locum de presbiteris, qui vices septuaginta discipulorum in ecclesia tenent[d], de quibus, sicu[t][e] Clemens Alexandrinus scribit[2], duo ab apostolis sunt electi et sorte monstra[ti] quadam scilicet manifestatione gratiae, quae et super gentiles loquente ad eos Petr[o] etiam ante baptismum effusione sancti spiritus declarata est. De qua, sicut scriptum est, 'obstipuerunt ex circumc[i]sione fideles, qui venerant cum Petro, quia et in nationes gratia spiritus sancti effusa est'. Mathias in l[oco] Iudae est ordinatus sorte, quae est regularis electio, collecto fratrum coetu et precibu[s] ad Deum fusis, sicut et in apostolorum actibus legitur, per caritatem, quae diffunditur in elige[n]tium cordibus per spiritum sanctum, qui eis donatur, ut in electione unum velle et unum nolle secundum cor Domini habeant et in electos omnium vota concordent. Ad episcopatus ordinem per civitates singulas singuli adsumuntur et per orationem et manus impositionem eorum, qui in ordine persistunt, ordinantur. Et notandum, quia, sicut et Dominus novum mox [i]nstituturus[f] vetus, id est legale, pascha prius in agni immolatione celebrat, Mathias sorte eligitur, ne apostoli electio mandato discrepare legis veteris videretur, ubi summus sacerdos sorte quaeri iubebatur, sicut de Zacharia dicitur: 'Secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit, ut incensum poneret'. Qui idcirco tunc sorte legebatur, ut in typo figuraretur. Verum semper quaerendum fuisse sacerdotem, donec veniret, cui repositum erat. Qui non in hostiarum cruore, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta aeterna redemptione inventa. Cuius hostia tempore paschae immolata, sed die pentecosten spiritu sancto in igne apparente vere consumpta est. Veteris enim erat consuetudinis acceptas Deo victimas caelesti igne consummari. Donec ergo veritas compleretur, figurata licuit exerceri. Inde est, quod Mathias, qui ante pentecosten ordinatur, sorte quaeritur; septem vero diacones, qui postea nequaquam sortis agitatione, sed discipulorum tantum electione, apostolorum vero oratione et manus impositione sunt ordinati.

Act. 1, 16. Act. 10, 45. Vgl. Act. 1, 26. Luc. 1, 9. Vgl. Act. 2, 1–4. Vgl. Levit. 6, 23; Eccli. 45, 17.

27. Et de Paulo et Barnaba ita in eadem sacra hystoria scriptum est: 'Erant autem in ecclesia, quae est Antiochiae, prophetae et doctores, in quibus Barnabas et Symeon, qui vocabatur Niger, et Lucius Cirenensis et Mananeen, qui erat Herodis tetrarchae conlactaneus, et Saulus. Ministrantibus autem illis Domino dixit spiritus sanctus: Separate mihi

Act. 13, 1–4.

a) m *infolge Loches verloren B.* b) celitus *B.* c) *Übergeschr. B.* d) *Zu ergänzen wohl etwa* subrogantur. e) *Zeilenende hier und im folgenden vielfach nicht mehr erkennbar B.* f) *Zeilenanfang nicht erkennbar B.*

1) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 466 c. 32; Hinschius S. 619 c. 1 (J.-K. 411).* 2) *Vgl. Rufin. hist. eccles. I, 12, Griech. christl. Schriftsteller, Eusebius II, 1 S. 83.*

863. Barnaban et Saulum in opus ministerii, ad quod adsumpsi eos. Tunc [i]eiunantes[a] et orantes imponentesque eis manus dimiserunt[b] illos. Et ipsi quidem [m]issi[c] ab spiritu sancto abierunt Seleuciam'. Et paulo post: 'Saulus autem, qui et Paulus, repletus spiritu sancto'. Ubi etiam est notandum, quoniam cum praefatis nemo[d] duodecim apostolis interfuisse legitur, et post ordinationem episcopatus de Paulo scriptum est, quia repletus est spiritu sancto[e], verbo excaecavit Elima[n][f] magum, et, antequam baptizaretur, dictum est ei ab Annania, quando imposuit ei manum: 'Saule frater, dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas et implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squamae et visum recepit'.

Act. 13, 9. Vgl. Act. 13, 8—11. Act. 9, 17. 18. Vgl. Act. 1, 15. 16.

28. Et attendendum[g], quoniam, sicut beatus Petrus[g] completum esse dicit in Iuda, quod ante fuerat per prophetam praedictum a spiritu sancto, et de sacrorum canonum constitutione eodem spiritu promulgata sanctus Gelasius in commonitorio Fausto magistro militum Constantinopolim fungenti officio legationis delegato, ostendens rationabiliter a Felice papa Acacium Constantinopolitanum episcopum fuisse damnatum, ita dicit[1]: Decessorem, inquiens, meum executorem fuisse veteris constituti, non novae constitutionis auctorem. Quod non solum praesuli apostolico facere licet, sed et cuicumque pontifici. Et item in epistola ad universos episcopos per Dardaniam constitutos[2]: Patres, inquit, nostri, catholici videlicet doctique pontifices, quolibet tempore quicquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica atque apostolica secundum scripturarum tramitem praedicationem[que][h] maiorum facta semel congregatione sanxerunt, inconvulsum voluerunt deinceps firmumque constare nec in hac eadem causa denuo quae praefixa fuerant retractari qualibet recenti praesumptione permiserunt, sapientissime pervidentes, quoniam, si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret ecclesiae constitutum ac semper isdem furoribus recidivis omnis integra diffinitio turbaretur. Nam si limitibus etiam praefixis positarum semel synodalium regularum non cessant elisae pestes resumptis certaminibus contra fundamentum sese veritatis attollere et simplicia quaeque corda percutere[i], quid fieret, si subinde fas esset perfidis inire concilium? Cum quaelibet illa manifesta sit veritas, numquam desit quod pernitiosa depromat falsitas, etsi ratione vel auctoritate deficiens[k], sola tamen intentione non cedens. Quae maiores nostri divina inspiratione cernentes necessario praecaverunt, ut, quod acta semel synodus pro fidei communione et veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sineret post haec novis retractationibus mutilari, ne pravis occasio praeberetur quae medicinaliter fuerant statuta pulsandi, sed auctore cuiuslibet insaniae ac pariter errore[l] dampnato sufficere iudicarunt[m], ut quisquis aliquando huius erroris communicator existeret, principali sententia damnationis eius esset obstrictus, quoniam manifeste quilibet vel professione sua vel communione posset agnosci; et post aliquanta[3]: Quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet pravae communionis effecto execrationem sui gestat et poenam. Et item idem in epistola ad episcopos per Dardaniam constitutos scribit dicens[4]: Non autem nos latet in tempestate persecutionis Arrianae plurimos pontifices de exiliis pace reddita respirantes per certas provintias congregatis secum fra[t]ribus[n] ecclesias composuisse turbatas: non tamen ut illius synodi Nichenae statuta, quicquid de fide et communione catholica dif-

a) *Zeilenanfang nicht erkennbar B.* b) -ser̄ *auf Ras. B.* c) *Zeilenanfang nicht erkennbar B.* d) *Dahinter stand noch ein Wort von 1—2 Buchst., vielleicht* e *oder* de *B.* e) *Danach* et *rad. B.* f) n *nicht deutlich erkennbar B.* g) -dum — Petrus *auf Ras. B.* h) *Zeilenende; nur vom* q *noch ein Teil erkennbar B.* i) *Durch Ras. verb. aus* percuttere *B.* k) -fici- *sehr verblaßt B.* l) *Verb. aus* orrore *B.* m) *Durch Ras. verb. aus* iudicaverunt *B.* n) t *nicht mehr erkennbar B.*

1) *Thiel, Epist. Romanor. pontif. gen. I, 343; Hinschius S. 637f. (J.-K. 622).* 2) *Corp. Vindob. 35, 775f.; Hinschius S. 642 (J.-K. 664).* 3) *Corp. Vindob. 35, 779; Hinschius S. 642.* 4) *Corp. Vindob. 35, 777f.; Hinschius S. 642.*

finierat, inmutarent nec nova quenquam pro lapsu damnatione percellerent, sed ipsius tenore decreti, nisi resipuisset, iudicarent dampnatum, [e]ssetque[a] consequens, ut, nisi corrigeret, damnationi procul dubio subiaceret. Quibus convenienter, ut dictum est, ex paterna traditione perpensis confidimus, quod nullus iam veraciter Christianus ignoret, uniuscuiusque synodi constitutum, quod universalis ecclesiae probavit assensus, nullam magis exequi sedem prae ceteris oportere quam primam, quae et unamquamque synodum et sua auctoritate confirmat et continuata moderatione custodit, pro suo scilicet primatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce percepto ecclesia nihilominus subsequente et tenuit semper et retinet. 863.

29. Haec si debita discretione tenere voluerimus, 'nihil', sicut dicit apostolus, 'per contentionem neque per inanem gloriam' agentes a via regia in sacris canonibus numquam exorbitabimus. Quia, sicut sanctus Innocentius ad Decentium scribit[1], si instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis apostolis tradita, integra[b] vellent servare Domini sacerdotes, nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur, ac fit scandalum populis, qui, dum nesciunt traditiones antiquas humana praesumptione corruptas, putant sibi aut ecclesias non convenire aut ab apostolis vel apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat aut non advertat id, quod a principe apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari nec superduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat aut aliunde accipere videatur exemplum[c]. Et Leo ad Pulcheriam augustam dicit[2]: Contra statuta canonum paternorum, quae ante longissimae aetatis annos in urbe Nichea spiritalibus sunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur, ita ut, si quis diversum aliquid decernere velit, se potius minuat quam illa corrumpat. Quae si[d], ut[d] oportet, a cunctis pontificibus intemerata serventur, per universas ecclesias tranquilla erit pax et firma concordia, nullae de mensura honorum dissensiones, nullae de ordinationibus lites, nullae de privilegiis ambiguitates, nulla erunt de alieni usurpatione certamina[e]. Phil. 2, 3. Vgl. Num. 21, 22.

b.

1. Denique quod quidam dicunt, quoniam Rothadus[3] post depositionem[f] suam[4] libellos proclamationis[5] ad quosdam episcopos provintiae Remorum [vi]cinos[g][6] direxerit, proclamans se iniuste fuisse dampnatum, q[uod a] quibusdam eorum sine auctoritate Romani pontificis pro eo valeat synodus renovari: hoc qualiter ratione careat et auctoritate, quilibet vel tenuis scientiae homo, qui sacros canones legit, manifeste cognoscit. Unde, ut pauca de pluribus hic ponamus, Nichenum dicit concilium[7]: Similiter ut apud Alexandriam et apud Anthiochiam, per ceteras provintias suis privilegia serventur ecclesiis, quia et urbis Romae episcopo p[ar]ilis mos est. Et Constantinopolitana synodus dicit[8], ut illa, quae sunt per unamquamque provintiam, ipsius provintiae synodus dispenset, sicut Nicheno constat decretum esse concilio. Et Bonefacius papa ad Hilarium Narbonensem episcopum decrevit dicens[9]: Advertat caritas tua adeo nos canonum praecepta servare, ut ita constitu[ti]o quoque nostra diffiniat, quatenus metropolitani sui unaquaeque provintia in omnibus rebus ordinationem semper expectet. Nulli[10] etenim

a) e *nicht mehr erkennbar B.* b) *Am Zeilenende sehr verblaßt B.* c) exemplum *B.* d) *Zwischen* si *und* ut *1 Buchst. rad., wohl* c *B.* e) *Rest des Blattes abgeschnitten B. Vgl. auch Neues Archiv 44, 44.* f) *Zweites* o *übergeschr., stark verblaßt B.* g) *Hier und im folgenden das Eingeklammerte nicht mehr erkennbar B.*

1) *Codex canonum (1609) S. 330f.; Hinschius S. 527 (J.-K. 311).* 2) *Schwartz, Acta concil. oecumen. II, 4 S. 58; Mansi VI, 196 (J.-K. 482).* 3) *Vgl. oben S. 7 A. 5.* 4) *Auf der Synode von Soissons 862.* 5) *Nicht erhalten.* 6) *Gemeint sind ohne Zweifel die lothringischen Metropoliten, vgl. Neues Archiv 44, 52.* 7) *C. 6, Codex canonum (1609) S. 4; Hinschius S. 258.* 8) *Codex canonum (1609) S. 90 c. 2; Hinschius S. 276 c. 3.* 9) *Codex canonum (1609) S. 402 c. 4; Hinschius S. 556 (J.-K. 362).* 10) *A. a. O. vorher.*

863. videtur incognita synodi constitutio Nichenae, quae ita praecipit, ut eadem proprie verba ponamus, per unamquamque provintiam ius metropolitanos singulos habere debere nec cuiquam duas esse subiectas; quod illi, quia aliter credendum non est, servandum sancto spiritu suggerente sibimet censuerunt. Et Caelestinus dicit[1]: Ut iuxta decreta canonum unaquaeque provintia suo metropolitano contenta sit, ut decessoris nostri data ad Narbonensem episcopum continent constituta, nec usurpationi[a] locus alicui sacerdoti in alterius concedatur iniuria. Sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus; alter in alterius provintia nihil praesumat. Et Anthiocenum dicit[2] concilium, ut nullus episcopus ex alia provintia audeat ad aliam transgredi, nisi litteris tam metropolitani quam ceterorum, qui cum eo sunt, episcoporum rogatus adveniat. Si vero nullo vocante inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus et ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis, irrita quidem quae ab eo geruntur existant; ipse vero incompositi motus sui et inrationabilis audaciae subeat ultionem ex hoc iam damnatus a sancto concilio; et item[3]: Si quis autem tale aliquid facere praesumpserit, irrita sit eius ordinatio et ipse coerceatur a synodo. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus iudicabit. Et sanctus Gregorius ad Augustinum Anglorum archiepiscopum in decretis suis dicit[4]: Quia scriptum est in lege: 'Per alienam messem transiens falcem mittere non debet, sed manu spicas conterere'; falcem enim iudicii mittere non potes in ea segete, quae alteri videtur esse commissa. Et item Anthiocenum concilium dicit[5]: Si quis episcopus de certis criminibus accusatus condempnetur ab omnibus eiusdem provintiae episcopis cunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullomodo iudicari, sed firmam concordantium episcoporum provintiae manere sententiam. Et Sardicenses canones dicunt[6], ut si aliquis episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa et putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renovetur, si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Iulio Romano episcopo et, si iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur et det iudices; si autem probaverit talem causam esse, ut non refricentur ea, quae acta sunt, quae decreverit confirmata erunt. Non enim alterius civitatis episcopo ex hoc aut honorem deferre aut scribere iubent canones nisi Romano pontifici.

2. Quod autem Calcedonenses canones dicunt[7], ut, si adversus eiusdem provintiae metropolitanum episcopus vel clericus habet querelam, petat primatem dioceseos aut sedem regiae urbis, quae nobis est Roma[8], et apud ipsum iudicetur: qui huiusmodi primas esse desiderat et hunc primatem habere se iactat, ostendat inde auctoritatem apostolicae sedis, quia sub cura sua metropolitanos episcopos habeat, sicut Alexandrinus et Anthiocenus episcopus et ex delegatione sedis apostolicae[9] Thessalonicensis episcopus et in tempore suo quidam in Galliis. Numquam autem Treverenses vel Colonenses episcopi habuerunt, quatenus nos eis[b] subdere regulariter debeamus.[10]

3. Ceterum, fratres et consortes ac compares, quantum spectat ad regiminis privilegium, 'honore invicem praevenientes' et per caritatem invicem servientes atque 'subiecti invicem in timore Christi' secundum apostolum erimus. Quoniam qui ordinari a suffraganeis et suffraganeos ordinare et provintiales synodos convocare et Romam sive ad comitatum vel ubi et ubi longius ire et coepiscopos suos longius abeuntes suis epistolis prosequi et licentiam

Rom. 12, 10. Vgl. Gal. 5, 13. Eph. 5, 21.

a) So B. b) ei B.

1) *Codex canonum (1609) S. 423 c. 17; Hinschius S. 560 c. 4 (J.-K. 369).* 2) *C. 13, Codex canonum (1609) S. 61f.; Hinschius S. 271.* 3) *C. 22, Codex canonum (1609) S. 66; Hinschius S. 272.* 4) *MG. Epist. II, 337 c. 7 (J.-E. 1843).* 5) *C. 15, Codex canonum (1609) S. 63; Hinschius S. 272.* 6) *Codex canonum (1609) S. 159f. c. 3; Hinschius S. 267 c. 4.* 7) *C. 9, Codex canonum (1609) S. 125; Hinschius S. 286.* 8) *Vgl. Neues Archiv 44, 59.* 9) *Vgl. oben S. 129 Z. 6 und A. 2.* 10) *Bezeichnend für Hinkmars Verhältnis zu den lothringischen Metropolitanbischöfen, vgl. Neues Archiv 44, 52. S. auch oben Nr. 58 S. 33.*

eundi sine alterius primatis provintiae potest consultu atque relatione, et metropolitanus 863. et provintiae primas esse dinoscitur, sicut qui regulas ecclesiasticas intellectualiter legit agnoscit.

4. Unde Anthiocenum dicit concilium[1]: Per singulas regiones episcopos convenit nosse metropolitanum episcopum sollicitudinem totius provintiae gerere, propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant. Unde placuit[a] eum et honore praecellere et nihil amplius praeter eum ceteros episcopos agere, secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum, quae ad suam diocesim pertinent possessionesque subiectas. Et nec metropolitanus sine ceterorum gerat consilio sacerdotum. Quam sententiam Leo papa in epistola ad Theodorum Foroiuliensem episcopum apertissime exponit dicens[2]: Sollicitudinis quidem tuae[b] is ordo esse debuerat, ut cum metropolitano tuo de eo, quod quaerendum esse videbatur, conferres. Ac si id, quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis, quia in causis, quae ad generalem observantiam pertinent omnium Domini sacerdotum, nihil sine primatibus oportet impleri. Et item in fine epistolae[3]: Haec autem, frater carissime, quae ad interrogationem dilectionis tuae ideo respondi, ne aliquid contrarium sub ignorantiae excusatione gereretur, in metropolitani tui notitiam facies pervenire, ut, si qui forte sunt fratrum, qui de his antea putaverint ambigendum, per ipsum de omnibus, quae ad te scripta sunt, instruantur. Et sanctus Innocentius decrevit dicens[4]: Si quae causae vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae, ut secundum synodum Nichenam congregatis eiusdem provintiae episcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat, sine praeiudicio tamen Romanae ecclesiae, cui in omnibus causis debetur reverentia custodiri, relictis his sacerdotibus, qui in eadem provintia Dei ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provintias. Quod si quis forte praesumpserit, et ab officio cleri submotus et iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores causae in medio fuerint devolutae, ad sedem apostolicam, sicut synodus statuit et vetus consuetudo exigit, post iudicium episcopale referatur.

5. His canonicis constat auctoritatibus metropolitanos, qui ex antiqua consuetudine et canonica auctoritate primatum provintiarum habuerunt et in acceptione pallii ab apostolica sede primates suarum provintiarum sunt confirmati, nonnisi ex communi placito[5] quemque de provintiae suae causis alium primatem alterius provintiae consulere; sicut et Anthioceni canones monstrant dicentes[6]: Si quis episcopus de certis criminibus iudicatur et contingat de eo provintiales episcopos dissidere, cum iudicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis aestimatur, pro totius ambiguitatis absolutione sanctae synodo placuit, ut metropolitanus episcopus a vicina provintia iudices alios convocet, qui controversiam tollant et per eos simul et provintiales episcopos quod iustum visum fuerit adprobetur.

6. Haec sententia sicut et proxime superior ipsius concilii placitum, non discipulatum consulendi vel convocandi in provintiam suam alium primatem a quocumque provintiae primate ostendit; quia vero provintiae cuiusquam episcopus ad primatem alterius provintiae non habet licentiam appellandi vel convolandi seu conquirendi nisi apud Romanum pontificem, sicut Innocentius decrevit[7] et Sardicenses canones dicunt[8]: Quodsi, inquiunt, aliquis in aliqua provintia episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit, ne unus

---

a) i *auf Ras. B.* b) *Verb. aus* tua, *Ras. vor* is *B.*

1) *C. 9, Codex canonum (1609) S. 59f.; Hinschius S. 271.* 2) *Amort, Elementa iuris canonici II, 537 (Sammlung von Diessen); Migne 130, 888; Hinschius S. 625 (J.-K. 485).* 3) *Migne 130, 889; Hinschius S. 626.* 4) *Codex canonum (1609) S. 340 c. 10; Hinschius S. 530 c. 3; Migne 130, 699 c. 3 (J.-K. 286).* 5) *Vgl. MG. Epist. VI, 366 Nr. 59 (J.-E. 2720); s. Neues Archiv 44, 71f.* 6) *C. 14, Codex canonum (1609) S. 62; Hinschius S. 271.* 7) *Vgl. oben Z. 17 ff. und A. 4.* 8) *Codex canonum (1609) S. 159f. c. 3; Hinschius S. 267 c. 3. 4.*

863. e duobus ex alia provintia advocet cognitorem. Quodsi aliquis episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa et putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renovetur, si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Iulio Romano episcopo — videlicet non alterius civitatis quam Romae episcopo — et, si iudicaverit Romanus episcopus renovandum esse iudicium, renovetur et det iudices; si autem probaverit talem causam esse, ut non refricentur ea, quae acta sunt, quae decreverit confirmata erunt.

7. Haec autem scientes nos, qui causam Rothadi diligenter examinavimus et canonice diffinivimus, actorum seriem[1], sicut Innocentius papa iussit[2] et Leo decrevit[3], sub gestorum testificatione ad apostolicam et primam in toto orbe terrarum sedem ac Romano pontifici per legatos nostros retulimus[4], quatenus, sicut Bonefacius papa constituit[5], quicquid de hac causa duximus decernendum, cum ad eum relatum fuerit, sua, ut condecet et necesse est, auctoritate firmetur.

8. Et ne quem moveat, quia in hac gestorum serie legum edicta interdum sacrorum canonum sententiis praeposuimus, interdum autem capitulis canonum legum edicta subiunximus: sciat nos hoc ideo fecisse, ut nostra iudicia canonum[a] auctoritate munita et legum favore in omnibus prosecuta facili demonstratione ostenderent, quae capitula canonum ex legibus sunt adsumpta et quae legum sententiae ecclesiastica petitione ad munimentum ac supplementum canonum imperiali auctoritate sunt promulgata[6]. Nam in ecclesiasticis iudiciis interque ecclesiasticarum personarum questiones ita cognatim[b] legum sententiae exquiruntur, releguntur et proferuntur et canonum, ut legales sententiae nonnumquam ab ecclesiae rectoribus petitae et impetratae atque a principali sententia prolatae habeantur canonicae et item canonicae sententiae non aliud quam legales videantur decernere, sicut qui canones legit intellegit.

9. Unde, ut pauca de pluribus exempli gratia hic commemoranda notemus, Cartaginense concilium cap. XXX. et Africanum concilium cap. XV. et cap. XX. et cap. XXV. et cap. XXVI. et XXVII. et XXVIII. et XXVIIII. et XXX. et XXXI. et XLIII.[c] et L. et[d] LII.[d] et LIII. et LXI. et LXV. et LXVI. et LXVII. et LXVIII. et LXXII. et LXXXV. et LXXXVII. et XCVII. hoc evidenter ostendunt[7]. Sed et inter ceteros sanctae et primae in toto orbe terrarum Romanae sedis pontifices, sicut in eorum decretis et epistolis repperitur, Damasus, Innocentius, Bonefacius, Leo, Gelasius et beatus Gregorius reverendarum legum, quibus una cum sacris canonibus sancta moderatur ecclesia, sententias ecclesiasticas et canonicas esse probarunt[8]. Unde inter ceteras atque inter cetera Leo et synodus Romana Sarmationi et ceteris episcopis intra provintiam tertiam constitutis dicit[9]: Singulos universosque volumus agnoscere, ut, quod pleno iustitiae et iuris ordine constitutum

a) u *auf Ras. B.* b) a *anscheinend verb. aus* o *B.* c) *Auf Ras. B.* d) *Von gleicher Hand übergeschr. B.*

1) *Die Synodalakten von Soissons 862 sind nicht erhalten, aber ihr Inhalt ist aus dem Briefe des Papstes Nikolaus I. Nr. 58, MG. Epist. VI, 362 ff., ersichtlich.* 2) *S. oben S. 137 Z. 17 ff.* 3) *Codex canonum (1609) S. 470 c. 41; Hinschius S. 620 c. 10 (J.-K. 411).* 4) *Als Überbringer der Synodalakten von Soissons ist uns anderweitig nur B. Odo von Beauvais (vgl. oben S. 121 A. 5) bekannt. Die Denkschrift ist darum nach seiner Abreise eingereiht. Der obige Wortlaut ergibt, daß sie sicher vor Kenntnis der Stellungnahme Nikolaus' I. in dessen Briefen Nr. 55 und 56, MG. Epist. VI, 353 ff. abgefaßt wurde. S. auch Neues Archiv 44, 65. 71 A. 2.* 5) *Codex canonum (1609) S. 400 c. 3; Hinschius S. 555 (J.-K. 349).* 6) *Vgl. Neues Archiv 44, 63 und A. 1.* 7) *Die Z. 25—28 gebrauchte Trennung der Kanones des karthagischen Konzils von 419 in zwei Zahlenreihen entspricht der Ordnung in der von Hinkmar bekanntlich regelmäßig verwerteten coll. Dionysio-Hadriana.* 8) *Vgl. Schrörs S. 409 ff. S. auch die Parallelstellen oben S. 54 Z. 6 ff. und in 'De divortio' resp. 5, Migne 125, 652.* 9) *Migne 130, 922. Nicht Brief Leos I., vgl. Maassen, Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts I, 373 Nr. 446; Schrörs S. 395 A. 32.*

est, effectum totius firmitatis de omnibus clericorum negotiis sortiatur. Sane si clericus laicum pulset, prius se audiri ab episcopis poscat. Tunc, si petitioni suae laicum viderit obviare, ex permisso episcopi sui in saeculi moderatores disceptatione confligat; et Gelasius[1]: Facultates ecclesiae necnon et dioceses, a quibus possidentur episcopis, iure sibi vindicent, quod tricennalis lex conclusit; quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat per id appellare, quod legum tempus exclusit. Et sanctus Gregorius commonitorium ad Iohannem defensorem euntem in Hispanias de causa episcoporum atque presbiterorum dirimenda ac iudicanda ex legibus Romanis sine memoria canonum ex integro contexuit[2]; et item Gelasius in epistola ad Anastasium imperatorem scribit[3]: Si, inquiens, quantum ad[a] ordinem[a] publicae pertinet disciplinae, cognoscentes imperium tibi superna dispositione conlatum, legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistites, ne vel in rebus mundanis exclusae videantur obviare sententiae, et reliqua. Et inter cetera Gallicana concilia Toletana synodus dicit[4]: Dignum est, ut vita innocentis nulla maculetur pernicie accusantis. Ideo quisquis a quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur, quam accusator praesentetur atque legum et canonum sententiae exquirantur. — 863.

10. Nec perfunctorie transeundum est, quod quidam volentes Rothadum statuere, qui nesciunt quae locuntur neque de quibus adfirmant, testimonia ex decretis Iulii papae[5] atque Victoris[6] et quorundam antiquorum apostolicae sedis pontificum ad suum confirmandum errorem adsumunt, dicentes, quod nullus episcopus sine auctoritate Romani pontificis possit deponi, cum saepenumero iudicia depositionis de episcopis in canonibus et in decretis Romanae sedis pontificum relegantur[b]. Et verum quidem nescientes dicunt, quantum ad verba pertinet, sed falsa pro veris adfirmant, quantum ad sensum pravae suae interpretationis spectat, sic de sacris canonibus facientes, sicut Petrus de Pauli epistolis quosdam egisse demonstrat dicens: 'In quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae indocti et instabiles depravant sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem'. (2. Petr. 3, 16.)

11. Sic et isti, qui volunt libere licere[7] sibi quod libet, hoc de canonibus proferunt, quod volunt, et hoc proferre detrectant, quod revereri et, ne in illa incidant, cavere attentissime debent. Sed, sicut scriptum est, 'haec oportuit facere et illa non relinquere', haec et illa proferentes atque tenentes debent intellegere non contraria sibi sacros canones decrevisse. Et utraque manu utentes pro dextera atque ut sapientes duos oculos habentes in capite intellegere debent non solum in regulis sacris, quae eodem spiritu promulgatae sunt, quo et sancta scriptura est inspirata, verum et in eadem sacra scriptura intellegentes scire studere quae nesciunt, scilicet sententias non sibi invicem esse contrarias, quae insipientibus et in novo et in veteri testamento inter se discrepare videntur. (Matth. 23, 23; Luc. 11, 42. — Vgl. Iud. 3, 15. Vgl. Eccles. 2, 14.)

12. Cap. I. Dominus dicit per prophetam: 'Nolo mortem peccatoris'. Et de Heli filiis in libro regum legitur, quia non poterant patrem audire, quoniam voluit Deus eos occidere. (Ezech. 33, 11. — Vgl. 1. Reg. 2, 25.)

Cap. II. Et Salomon coniunctim dicit: 'Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam'. Et: 'Responde stulto iuxta stultitiam suam'. (Prov. 26, 4. — Prov. 26, 5.)

Cap. III. Sed et quia in Adam omnes perivimus, 'venit filius hominis quaerere et salvare quod perierat'. Et ipse dicit: 'Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt domus Israel'. (Vgl. 1. Cor. 15, 22. — Luc. 19, 10; Matth. 18, 11. — Matth. 15, 24.)

---

a) ad or- *auf Ras. B.* b) ntur *auf Ras. B.*

1) *C. 2, Thiel I, 382; Hinschius S. 654 (J.-K. 637).* 2) *MG. Epist. II, 414 (J.-E. 1912).* 3) *Thiel I, 351; Hinschius S. 639 (J.-K. 632).* 4) *Hinschius S. 378 c. 11.* 5) *Vgl. Decr. Jul. c. 6, Hinschius S. 459 (J.-K. † § 195). — S. auch Neues Archiv 44, 62.* 6) *Vgl. Decr. Vict. c. 4. 5, Hinschius S. 128 (J.-K. † § 74).* 7) *Vgl. oben S. 126 Z. 32 f. und A. 9.*

863.

Matth. 10, 5. Matth. 28, 19. Cap. IIII. Et item discipulis dicit: 'In viam gentium ne abieritis'. Itemque: 'Ite, docete omnes gentes'.

Iac. 1, 13. Deut. 13, 3. Cap. V. Et scriptum est: 'Deus neminem temptat'. Et item: 'Temptat vos dominus Deus vester'.

Gal. 1, 10. 1. Cor. 10, 33. Cap. VI. Et Paulus: 'Si hominibus placerem, Christi servus non essem'. Idemque: 'Sicut ego per omnia omnibus placeo'. 5

13. Sic et in canonibus atque in Romanorum pontificum decretis in hunc modum legimus. Quia, ut liber Sapientiae dicit, spiritus unicus et multiplex per organum hominis sibi artissimum non simul et in semel omnia profert. Et sacramenta salutis humanae pro temporum diversitate diversa ad unitatem tamen eiusdem fidei concordissime sunt recurrentia, dicente Petro: 'Nunc ergo, quid[a] temptatis Deum, imponere iugum supra collum discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? Sed per gratiam domini Iesu credimus nos salvari, quemadmodum et illi'. (Vgl. Sap. 7, 22. — 10 — Act. 15, 10. 11.)

14. Cap. I. Canones et decreta Romanorum pontificum dicunt, ut paenitentes non admittantur ad clerum vel non maneant in clero[1], et ecclesia catholica in beato Petro claves, iudiciariam scilicet potestatem, in ligando et solvendo accepit, ut, quaecumque solveret super terram, esset solutum et in caelo, quia solutum atque mundatum a peccatis, sicut Mattheum publicanum, nemo qui contradicat ministrare debere sanctis. (15 — Vgl. Matth. 16, 19.)

Vgl. Matth. 9, 9. 10; 10, 3. Cap. II. Novatiani[2], contra quos ecclesiae sanctae rectores et plures et plurimum laborarunt, dixerunt, quia non oporteat eos, qui post baptisma peccant peccatum mortale, communione sacramentorum fieri dignos, sed invitandos quidem ad paenitentiam, spem vero remissionis non a sacerdotibus, sed a Deo solummodo sustinere, qui potestatem habet peccata remittere, contra veritatem evangelicam sentientes, dicente Domino[b] ... (20 — Vgl. Matth. 9, 6; Marc. 2, 10.)

161.*

Hinkmar an Bischof Erchanraus von Châlons-sur-Marne. *856/857—Mitte 863.*

Schrörs Reg. 164. 25

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 23 (MG. SS. XIII, 528f.): Ercamrao[3] Catalaunensi episcopo[4], de quibusdam reprehendens, quae non libenter audiebat de illo; admonens et instruens, qualiter se agere debeat et ut monitis apostolicis diligenter attendat.

162.*

Hinkmar an Bischof Erchanraus von Châlons-sur-Marne. *856/857—Mitte 863.*

Schrörs Reg. 165. 30

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 23 (MG. SS. XIII, 529): Item[5] pro cuiusdam villae incolis, quos inrationabiliter ab omni consolatione divini ministerii propter quoddam homicidium non ab ipsis patratum removerat, intimans, quomodo nec caritatem nec discretionis moderationem in hoc facto custodierit.

---

a) d *übergeschr. B.* b) *Schluß des Blattes B.* 35

1) *Vgl. Neues Archiv 44, 55.* 2) *Vgl. Neues Archiv 44, 54 A. 5.* 3) *Zur Zeitbestimmung von Nr. 161—163 vgl. Schrörs S. 572 A. 70; auch unten S. 141 A. 3.* 4) *S. oben S. 43 A. 9.* 5) *Vgl. oben A. 3.*

163.*

Hinkmar an Bischof Erchanraus von Châlons-sur-Marne. 856/857—Mitte 863. 856—863.

Schrörs Reg. 166.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 23 (MG. SS. XIII, 529): Item[1] pro absolutione cuiusdam ab ipso excommunicati, pro quo Guntarius Coloniensis episcopus[2] eidem litteras deprecatorias miserat[3], quas ille suscipere noluerat; ostendens, qualem se erga delinquentes et qualem erga recognoscentes episcopus exhibere debeat.

164.

Hinkmar an die Erzbischöfe Hartwig von Besançon und Thietgaud von Trier und die übrigen Bischöfe der Synode von Metz: entschuldigt sein Fernbleiben vom Konzil.
Juni 863.

Hs.: Brüssel Königliche Bibliothek 5413—22 (= de Gheyn 2606) Vorsatzblatt, 9. Jh. (B). Abschrift Bethmann; kollat. Hampe, Ertl, Perels.

Drucke: Pertz, Archiv VII (1839), 866 (Anfang); Nolte, Revue des sciences ecclésiastiques 4e série VI (1877), 282.

Schrörs Reg. 170.

Das Blatt, welches dieses Fragment enthält, befindet sich, von dem Anfang abgesehen, heute in noch traurigerem Zustande als zu der Zeit, da die Lesung von Bethmann, Nolte und Hampe versucht wurde. Der rechte Rand ist so hoffnungslos zerstört, daß nicht einmal die Anzahl der ursprünglich vorhandenen Buchstaben mit völliger Sicherheit errechenbar ist. Der untere Teil zeigt schwere Zerlochung und reißt schließlich ganz ab. Aber auch innerhalb der erhaltenen Fläche lassen sich keineswegs alle Buchstaben oder gar Worte mehr entziffern. Angesichts eines derartigen Schriftbestandes wurde die Ausgabe in der Weise angelegt, daß in den Text lediglich die völlig gesicherten Lesarten bzw. Ergänzungen — diese in eckige Klammern gesetzt — aufgenommen wurden. Die unlesbaren Stellen, bei denen die Zahl der fehlenden Buchstaben festzustellen ist, wurden jedesmal durch drei Punkte gekennzeichnet. Dagegen wurde der Textausfall an den Zeilenenden immer durch fünf Punkte angedeutet. In den Varianten findet man alle Konjekturen, insbesondere die des früheren Herausgebers Nolte, und außerdem die mutmaßliche Zahl der nicht mehr erkennbaren Buchstaben verzeichnet. — Die Beschriftung befindet sich offenbar auf der Rückseite des Blattes; der Umfang des Stückes bleibt ungewiß.

HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS HARDUICO[4] ET TEUTGAUDO[5] CARISSIMIS ET REVE[RENTISSIMIS] ..... |
CETERISQUE DILECTIS FRATRIBUS NOSTRIS ET VENERABILIBUS EPISCOPIS, QUI IN METTENSIUM CIVITATEM[a] CONVENISSE[6] DICUNTUR, ...[b] |
SALUTEM[7].

Quidam homo laicus ut ipse dixit nomine Fulradus adserens se hominem esse Guntharii venerab[ilis] ..... |
Coloniae archiepiscopi[8] detulit mihi duas epistolas[9] sub uno ligamine sigillatas, quarum una ex parte plurimoru[m] .....[c] |

---

164. a) *So B. Nolte irrig* Mettensium convenisse dicuntur, *dahinter ergänzt* civitate. b) *Vielleicht* plurimam in salvatore *o. ä. zu ergänzen.* c) *Nolte schlägt zur Ergänzung vor* episcoporum transmissa subscriptis.

1) *Vgl. oben Nr. 161 S. 140 und A. 3.* 2) *S. oben S. 81 A. 7.* 3) *Schwerlich nach der Metzer Synode vom Juni 863, keinesfalls nach Gunthars Absetzung im Herbst 863 von Hinkmar in solcher Form erwähnt.* 4) *Eb. von Besançon (859—871).* 5) *Eb. von Trier, vgl. oben S. 33 A. 4.* 6) *Juni 863.* 7) *Vgl. Nolte (s. oben Z. 12 f.) S. 281 ff.; Schrörs S. 227 und S. 572 A. 72; Dümmler II², 66 und A. 1; Parisot, Le royaume de Lorraine S. 228 und A. 4. 7, S. 229 A. 4; Werminghoff, Neues Archiv 26, 633. S. auch unten Nr. 169 S. 160 Z. 5 ff., eine Stelle, aus der sich ergibt, daß neben der Ehesache Lothars II. auch die Gottschalk-Frage behandelt werden sollte.* 8) *S. oben S. 81 A. 7.* 9) *Nicht erhalten.*

863. eorum nominibus quaedam rationabilia sonuit. Haec autem, cuius exemplar vestrae sanctae fraternitati[a] .....[b] |
vestrum, sicut ibi invenietis, nomina praetulit. Quam, ut simpliciter caritati vestrae fatear, ...[c] |
credidi nec adhuc credere volo. Sed quia ullus hominum talia ex reverentissimorum episcoporum nominibus ad .....[d] |
de[e] episcopis scribere praesumpsit, etsi non pro dementia nec etiam pro sapientia duco, rescripsi tamen .....[f] |
ad singulas eius sententias, quae et ratione et veritate atque auctoritate carere[1] noscuntur, quod .....[g] |
docuit, auctoritas persuasit. Cuius responsionis multiplicitate, quam causa produxit, vestrae[h] .....[i] |
Eph. 4, 3. interim fatigandam[k] non duxi, 'sollicitus servare unitatem spiritus in vinculo pacis' ...[l] d .....[m] |
Ioh. 13, 35. int[er] vos. Et[n] item[n]: 'In hoc cognoscent omnes, quia mei disci[puli[o] estis, si dilectionem habueri]tis[p] a[d[p] invicem]'. Un.....[q] |
..[r] certa necessitas[2] ...[s] infirmitatis et inoportunitas temporis ...[t] et[u] d[o]mni apostolicae sedis pap[ae] ..... |
atque commendatio domni nostri Karoli[3] regis gloriosi pro utilitate ecclesiae et neces[s]itat[e] ...[v] Deo[w] commiss ..... |
prohibe[r]et[x], quatenus et venerationem tantorum tamque carissimorum atque ve[nerabiliu]m fratrum dilect ..... |
...em[y] et vestrae caritatis[z] dulcedine fruerer[a] ...[b] his, quae ecclesia[c] e .....[c] |
...t[d] ac necessaria s...[e] revera[f] cum religiosis ...[g] [c]onsilio commun[h] ..... |
...[i] ut auxilium invenire ...[k]. Nunc autem, quia fra ...[l] ...[m] . ixi[n] per pra .....[o] |
...[p] on[q] ...[r] exempla[s] sc...[y] ...hun[t] ..om .....[u] |
...[v] quaeda[m][w] .....[x]. In quibus s .....[y] |
.....[z] et cuina[m][a] ..... |

---

a) *Modern nachgezogen B.* b) *Nolte ergänzt* transmitto et quae etiam *oder* transmitto, etiam. c) *Nolte ergänzt* tanquam vestram non *oder* tanquam a vobis scriptam non. d) *Nolte ergänzt* alium episcopum. e) d *nicht ganz deutlich B.* f) *Nolte ergänzt* licet invitus; et *Hampe.* g) *Nolte vermutet* autem ratio; *das Zeilenende vielleicht entsprechend Z. 9 zu ergänzen.* h) *Dahinter anscheinend* u *B.* i) *Nolte ergänzt* caritatis aurem. k) *Nachgezogen B.* l) *Etwa 4—5 Buchst. unlesbar B.* m) *Nolte ergänzt* domini Dei nostri. n) *So deutlich B; Nolte und Hampe irrig* etiam *bzw.* et iam. o) *Nolte liest* disp. p) tris de *Nolte.* q) abl — *Nolte;* unde *Hampe.* r) *2 Buchst. (der zweite wohl* i*) undeutlich B.* s) *Etwa 10 Buchst. zerstört B.* t) *Etwa 15 Buchst. unlesbar B.* u) ex *Bethmann, Hampe.* v) *Loch; etwa 6 Buchst. verloren B.* w) *Nolte und Hampe lesen davor vielleicht richtig* a. x) probaret *Hampe.* y) *Davor etwa 6 Buchst. nicht deutlich erkennbar B. Wohl eine Conjunktivendung, vgl. nachher* fruerer. — *Hampe vermutet* calumniam. z) *Teilweise schwer erkennbar B.* a) *Nicht völlig deutlich B;* sive res *Hampe.* b) *Nach unlesbarer Stelle von etwa 15—20 Buchst. folgt Loch; etwa 5—6 Buchst. verloren B.* c) eidem *Bethmann;* ecclesiae *Nolte, Hampe.* d) *Davor vielleicht* un, *7—8 Buchst. nicht erkennbar B;* auctoritas *vermutet Nolte.* e) *Etwa 5—6 Buchst. undeutlich B;* sicut *Nolte;* fuerit *Hampe.* f) severa *Nolte.* g) *Loch; 20—30 Buchst. verloren B.* h) communi *Nolte.* i) *Etwa 7—8 Buchst. unkenntlich B.* k) *3—4 Buchst. unsicher B;* inveniremus *Nolte;* veniremus *Hampe.* l) fratrum *vermutet Nolte.* m) *Lücke von etwa 12—16 Buchst. B.* n) dixi *Bethmann, Hampe;* dix *Nolte.* o) pravorum *vermutet Hampe.* p) *Etwa 15 Buchst. unlesbar B.* q) non *Nolte.* r) *Etwa 5 Buchst. unlesbar B;* potuit *Nolte.* s) *Nolte* exempla *oder* exemplaria scripta. t) et hunc *Nolte;* en hunc *Hampe.* u) *Wohl* [c]ommu *oder* omni *B;* commi — *Nolte;* omniu *Hampe.* v) *20—25 Buchst. unkenntlich B.* w) *Nolte liest davor* et. x) *Das Weitere unleserlich bzw. durch Loch verloren B.* y) *Dahinter noch 1 Schaft erkennbar B;* si *vielleicht richtig Bethmann, Nolte, Hampe.* z) *Letzte Zeile fast völlig zerstört B.* a) cainan *Nolte.*

1) *Vgl. auch oben S. 135 Z. 29.* 2) *Vgl. unten S. 151 und A. 1.* 3) *Des Kahlen.*

165.*

Hinkmar an Papst Nikolaus I. in Sachen Bischof Rothads von Soissons. 845—864.
Spätsommer 863.

Schrörs Reg. 171.

Erwähnung im Brief Nikolaus' I. an Rothad, MG. Epist. VI, 373f. Nr. 62: — — rescripsit[1] nobis ipse Hincmarus reverendus archiepiscopus, quod eam [*scil.* epistolam][2] minime viderit[3]. — — — Nunc autem venit Liudo[4] religiosus diaconus secum epistolas iam fati regis[5] et Hincmari ferens, quae te iussu ipsius regis de monasteriali custodia eductum et cuidam episcopo[6] familiari tuo commendatum esse fatebantur. — — — Karolus christianissimus rex et nobis devotissimus pariter et Hincmarus frater et coepiscopus noster scriptis suis praesenti tempore te ad nos missuros fore se firmissime sunt omnibusque modis polliciti.

166.*

Hinkmar an Abt Adalhard. *845—864.*

Schrörs Reg. 111.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 24 (MG. SS. XIII, 535): Adalardo abbati[7] de amicitia inter ipsos et qualis debet esse verus amicus.

167.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen. *862—864.*

Schrörs Reg. 172.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 510): Item[8] de causa Ludowici regis Germaniae, fratris eiusdem Karoli.

168.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen. *862—864.*

Schrörs Reg. 173.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 510): Item[9] de causa Lotharii regis Italiae[10], nepotis ipsius Karoli.

---

1) *Hinkmar selbst bezieht sich in dem Schreiben unten Nr. 169 mehrfach auf diesen Brief: S. 148 Z. 33; S. 158 Z. 7. Überbringer war der Diakon Liudo, s. oben Z. 6f. — Vgl. Schrörs S. 253 und A. 63; S. 572 A. 73, auch zur Datierung.* 2) *MG. Epist. VI, 353f. Nr. 55.* 3) *Vgl. unten Nr. 169 S. 145 Z. 32f.:* quod tamen ad me non pervenit, nisi quantum Odo episcopus et postea Liudo detulit; *dazu die Briefe Nikolaus' I. Nr. 69, MG. Epist. VI, 385 Z. 15ff., und Nr. 70, MG. Epist. VI, 390 Z. 27ff. Schrörs S. 247 A. 40.* 4) *Vgl. MG. Epist. VI, 374 A. 2, auch den Brief Hinkmars unten Nr. 169 S. 144ff. Schrörs S. 253.* 5) *Karls des Kahlen.* 6) *Name nicht bekannt.* 7) *Es scheint sich um den Abt Adalhard von St. Omer († 864) — nicht um Adalhard von Corbie — zu handeln, vgl. Schrörs S. 568f. A. 48. Aber die Beweisgründe für eine engere zeitliche Begrenzung des Briefes (856—858), die er anführt, reichen schwerlich aus.* 8) *S. oben Nr. 143 S. 116. — Vgl. Schrörs S. 232 und A. 49 und, besonders zur Datierung, S. 572 A. 75.* 9) *Vgl. oben Nr. 167 und A. 8.* 10) *Gemeint ist hier König Lothar II.*

169.

864. *Hinkmar an Papst Nikolaus I. in Sachen Hilduins, Balduins, Rothads, Gottschalks.* *Anfang 864.*

Flod. Hist. Rem. eccl. III, 12—14.

Drucke: Sirmond, Flodoardi eccl. Remens. histor. (Parisiis 1611) S. 180; Sirmond, Hincm. opera II, 244; Migne 126, 25; MG. SS. XIII, 489 (Hss.-Bezeichnung nach dieser Ausgabe). — Anfang (bis petitione donavit, *unten S. 146 Z. 17) auch bei A. Miraeus, Codex donationum piarum (1624) S. 67 = A. Miraeus, Opera diplomatica et historica I² (1723) S. 25; nur bis* responsum acciperet *(unten Z. 23) in den Gesta episcoporum Cameracensium I, 48, MG. SS. VII, 418 (wohl gleichfalls aus einer, vielleicht nicht bekannten Flodoard-Hs.).*

Schrörs Reg. 174.

DOMNO UNICE SINGULARITERQUE SUSCIPIENDO PATRUM PATRI ET SUMMA VENERATIONE HONORANDO REVERENTISSIMO PAPAE NICOLAO[1] HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS[2].

In epistola vestrae sanctitatis per Odonem episcopum[3] episcopis in regno Hlotharii pro praeiudicio Cameracensis ecclesiae directa[4] relegi vestram auctoritatem sciscitaturum[a], cuius neglectu eadem ecclesia ultra decimum mensem pastore vacaret. Unde ne[b] ut[b] neglegens a vestro apostolatu succensear, indico[c] auctoritati vestrae post directas Hlothario[5] et episcopis regni eius[6] atque Hilduino[7], qui eandem ecclesiam irregulariter occupavit[d], ita, ut antequam ipsas mitteretis, epistolas hactenus praeiudicium permanere meque Hlotharium regem et legatis et litteris[8], prout potui, saepe et eo usque inde commonuisse, donec regiis suis litteris mihi respondit[9] Hilduinum ad vestram auctoritatem suum legatum misisse et nihil aliter de praefata ecclesia nisi ut egerat disponere debuisse[e], donec a vobis inde responsum acciperet.

Balduinus[10] quoque in proximo[f] nunc decurso mense Octobrio V. Kal. Novembris per duos homines suos[g] mihi litteras[11] auctoritatis vestrae direxit, in quibus continetur, ut easdem litteras coepiscopis provinciae nostrae legerem et Iudith[h][10] paternis ac maternis obtutibus praesentandam[i] susciperemus, si tamen intellegeremus, quod confestim praefatus excellentissimus rex noster[12], quae de illa vobis scriptis et verbis per legatos vestros apostolatui vestro renuntianda spopondit, adimplere vellet. Quodsi eorum animos ad id protelandum esse intentos investigare possemus, nequaquam eam reciperemus; alioquin, id est si aliter egissemus, gratia et communione vestra frui nequaquam valeremus[13]. Quam vestrae auctoritatis epistolam, ut oportuit, reverenter suscepi et coepiscopis nostris eam relegi et pro praefata Iudith apud patrem et matrem illius quantum potuimus, ut mandastis, communiter intervenimus et paternis ac maternis obtutibus eam praesentare

---

169. a) *So 1, 3;* sciscitaturam *2.* b) ne *fehlt 2;* ut non *Gesta episc. Camerac.* c) iudico *Gesta episc. Camerac.* d) occupant *3;* epistolas *wäre bereits hier zu erwarten.* e) *So 3, Gesta episc. Camerac.;* debuisset *1, 2.* f) proprio *1b.* g) *Fehlt 1.* h) *Fehlt 2.* i) presentendam *1, 2.*

1) *I. (858—867).* 2) *Vgl. Schrörs S. 254ff.; Dümmler II², 94f.; Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 108f. Die Abfassungszeit ergibt sich eindeutig aus unten S. 158 Z. 33f.:* nunc elapsi mensis Decembris *(nicht richtig Wauters, Table chronologique des chartes et diplômes imprimés concernant l'histoire de la Belgique I, 254: November 864). — Das Schreiben ist nicht nur am Schlusse zweifellos fragmentarisch überliefert; auch innerhalb des Textes zeigt Flodoard Auslassungen, vgl. unten S. 159 Z. 33ff.* 3) *Von Beauvais, vgl. oben S. 122 und A. 3.* 4) *Vgl. MG. Epist. VI, 280 Z. 16ff. Nr. 13.* 5) *MG. Epist. VI, 281f. Nr. 15.* 6) *MG. Epist. VI, 279f. Nr. 13.* 7) *MG. Epist. VI, 280f. Nr. 14.* 8) *Vgl. oben Nr. 151 S. 119.* 9) *Nicht erhalten.* 10) *Vgl. oben Nr. 149 S. 118 und A. 4.* 11) *Nicht erhalten, vgl. MG. Epist. VI, 369 A. 3 und S. 809.* 12) *Karl der Kahle.* 13) *Vgl. auch unten S. 145 Z. 35f. und A. 6.*

studuimus. Post quae voluimus, quia sic nobis secundum sacras regulas, sicut eas intellegimus, visum fuerat — non enim sine dignis poenitentiae fructibus absolvi posse putamus, quod anathematis vinculo a sacris regulis innodatum[1] videmus —, ut iuxta[a] ecclesiasticam traditionem prius ecclesiae, quam laeserant, satisfacerent et sic demum quod praecipiunt iura legum mundialium exequi[b] procurarent. Sed quoniam litteras vestras, quae inde nihil praeceperunt, immo etiam nullam protelationem in eorum coniunctione fiendam significaverunt, sibi sufficere voluerunt et sine vestra auctoritate, ad quam clamaverant, cogi, nisi alio se modo submitterent, non debuerunt, ex altera epistola[2] vestrae sanctitatis eis retuli, quod non leges ecclesiasticas dissolvistis[c], sed preces pro eo misistis, qui puniri secundum leges mundanas poterat, quatinus locum poenitendi haberet, quod contra leges divinas admiserat. Sic et salvator noster, 'qui vult omnes homines salvos fieri' et neminem vult perire, in cruce apud patrem iure sacerdotis pro suis persecutoribus intercessit. Quod in eis, qui post passionem eius crediderunt et compuncti poenitentiam egerunt, qui cum patre omnia donat, efficaciter impetravit.

864. — 1. Tim. 2, 4. — Vgl. Luc. 23, 34. — Vgl. Rom. 8, 32.

Ad cuius instar apostolorum vicarius, ad quorum limina confugerunt, et catholicae atque apostolicae ecclesiae summus pontifex, quod in hominem[d] regem et in leges mundi peccatum est, perdonari petistis, ut[e] quod in regem caeli et terrae et in leges caelestis regni offensum fuerat[f], haberent inducias per poenitentiam abolendi. Econtra carnales et etiam quidam eorum, qui antea coniunctioni huiusmodi contradicebant, hac defensione, ut eis visum fuerat, se protegentes, sed, sicut se habet veritas, salute nudantes ab istius novissimae vestrae epistolae verbis recedere noluerunt, quam sine protelatione eorum coniunctionem debere fieri demonstrare dicebant. Dicenti vero[g] mihi, quia pro nulla potestate terrena quod de ecclesiasticis regulis intellegerem dimittere deberem, maxime cum etiam mecum, immo cum Deo, domnus rex noster filius vester Karolus faceret, quasi consulendo mihi quidam hoc dederunt consilium, in quo non meis, sed verbis eorum utar — quae mansuetudo vestra, velut exemplum et doctrix disciplinae Dei, mitis[h] et[i] humilis corde ac patiens aequanimiter sustinebit[k] — dicentium, ut, quia non saecularis, sed ecclesiastica potestas de hoc mihi negocio imperaret, conspirationem resistentium aliquantulum declinarem, ne quisquam aemulus noster vestrae sanctitati suggereret, quasi in contemptu sancti apostolatus vestri et sedis apostolicae hoc egissem, et vestrae mansuetudinis erga me animum commoveret[l] et quamcumque excommunicationem, sicut pro Rothado[3] actum fuerat — quod tamen ad me non pervenit[4], nisi quantum Odo episcopus et postea Liudo[m] detulit[5] —, antequam ad[n] auctoritatem vestram gestorum seriem inde mittere valuissemus vel quomodo res gesta fuerit per legatos vestros resciretis, obtineret, praesertim cum in hac epistola vestrae auctoritatis legatur[6], quod, si aliter egissemus, quam in ea scriptum est, gratia et communione vestra frui nequaquam valeremus. Quo-

Vgl. Matth. 5, 29.

a) iusta *1b*. b) et qui *1*. c) *Fehlt 2*. d) nomine *1*. e) et *1*. f) erat *2, 3*. g) *Fehlt 2*. h) mittis *2*. i) *Fehlt 1*. k) sustinebat *2*. l) commoneret *2*. m) Laudo *verb. in* Ludo *1a*; Laudo *verb. in* Lando *1b*. n) *Fehlt 1*.

1) *Vgl. oben Nr. 149. 155. 156 S. 118. 120.* 2) *Vgl. MG. Epist. VI, 360 Z. 32ff. Nr. 57.* 3) *Von Soissons, vgl. oben S. 7 A. 5. S. unten S. 146ff.* 4) *Daß Hinkmar leugnete, den Brief Nikolaus' I. Nr. 55, MG. Epist. VI, 353f. erhalten zu haben, ist auch aus oben Nr. 165 S. 143 ersichtlich (vgl. ebenda A. 3).* 5) *Bei dem durch Odo überbrachten Brief Nikolaus' I. an Hinkmar handelt es sich um Nr. 58, MG. Epist. VI, 362ff. Dagegen ist der Inhalt des durch den Diakon Liudo übermittelten Schreibens nur aus den dürftigen Angaben und dem kurzen Fragment, die sich in unserem Stück finden (s. auch unten S. 147. 149. 157), zu erschließen; vgl. MG. Epist. VI, 377 Nr. 65 sowie Schrörs S. 253 A. 62 und A. 67.* 6) *Die Bedrohung Hinkmars mit der Exkommunikation ist bereits in dem Brief Nikolaus' I. Nr. 55, MG. Epist. VI, 354, alsdann in Nr. 58, MG. Epist. VI, 364 enthalten. Vgl. auch oben S. 144 Z. 31 und A. 13.*

864. contra mihi dicenti hoc in epistola vestra ob id posuisse, ne femina illa a nobis deciperetur, et non ob hoc, ne ecclesiae satisfaceret, responderunt, cur aliter vellem vestram epistolam intellegere, quam vobis placuit eam componere, cum[a] de[a] in[a] praeterito mihi transmissis eius sensum possem manifeste cognoscere.

Quapropter memor praeteritarum epistolarum mihi et[b] episcopis[b] regni filii vestri domni Karoli a vobis missarum[1], attendens etiam quae in epistola nuper per Liudonem mihi benignitas vestra mandaverat[2] — haec enim in Autisiodoro post adventum Liudonis[c 3] ventilabantur — inter metum praeteritarum et spem posterioris epistolae mihi mitiora monstrantis contentionem in hac causa dissimulando vitavi et condescensionem quasi in tempus aliud differendo dissimulavi, expectans, ut in causae huius, quae instat, dispositione vestra ex Rothado discere valeam, qualiter de reliquo in huiusmodi agere debeam. Sicque nihil nobis de ecclesiastico ministerio eis interdicentibus, sed tantum, quod valuimus, nostram praesentiam ab hoc negocio subducentibus, Balduinus et Iudith iura legum saecularium, quae elegerunt, exequi studuerunt[4]. Domnus etiam noster rex filius vester huic desponsationi et coniunctioni interesse non[d] voluit[d], sed missis publicae rei ministris, sicut vobis promisit, secundum leges saeculi eos uxoria coniunctione ad invicem copulari permisit et honores Balduino pro vestra solummodo petitione donavit[5].

Denique ad epistolam vestrae auctoritatis, ad quam me misistis, oboedienter[e] audiendam[e], generaliter omnibus episcopis regni domni nostri Karoli regis gloriosi pro Rothadi causa per Odonem episcopum transmissam[6], sicut litteris exiguitati[f] meae directis[7] sanctitas vestra praecepit, conveni et simul cum eisdem venerabilibus episcopis, quantum ex me fuit, mox antequam sinodus solveretur, vestram iussionem de eodem Rothado, ne aliqua mora vestrae praeceptionis implendae aut de superventione paganorum aut de alia qualibet causa interveniret, adimplere curavi[8], sicut et legati domni regis ac nostri et litterae pleniter vestrae notum facient sanctitati. Sed quoniam causa interveniente, quam vobis ipsi legati referent, statim, ut praecepimus, datis litteris et designatis nostris[g] vicariis ad vestram[h] praesentiam cum eodem Rothado ire non potuerunt et ob id diutius quam voluerimus immorati fuerunt, interea Liudo[i] legatus domni nostri regis a vestra rediens sanctitate pridie Kal. Decembris vestras apostolicas litteras[9] domno nostro regi filio vestro in civitate Autisiodoro detulit. Et quia filius eius atque aequivocus Karolus[10], qui patris animum in quibusdam offenderat et ob id ad eius praesentiam quorundam suggestione aliquantulum venire distulerat, patrem legatis suis petiit, ut meam parvitatem cum aliis quibusdam suis fidelibus pro eo ad ipsius vestigia deducendo transmitteret, quatinus nostro interventu patrem placabiliorem invenire valeret, exiguitatem humilitatis meae domnus rex illuc in suum venire servitium iusserat. Quo mox ut veni, mihi litteras vestras legendas donavit. In quibus licet pro sua dignatione sublimitas vestra humilitatem meam sine ulla meriti praerogativa benigne tractaverit et a mea insipientia

a) *Fehlt 1a, wo nachträglich ergänzt* dicimur; dicimur *1b*. b) *Fehlt 1.* c) Ludonis *1b*. d) noluit *1.* e) obedientes audienda *2.* f) exiguitatis *1, 2, 3.* g) vestris *2.* h) nostram *1b*. i) Ludo *(auch sonst) 1.*

1) *MG. Epist. VI, 360f. Nr. 57.* 2) *Vgl. oben S. 145 A. 5.* 3) *Liudo traf am 30. November 863 in Auxerre ein, vgl. unten Z. 28 ff.* 4) *Die Vermählung Balduins und Judiths dürfte Anfang Dezember 863 stattgefunden haben. Vgl. auch Sproemberg a. a. O. (s. oben S. 118 A. 4) XV, 944.* 5) *Vgl. H. Sproemberg, Die Entstehung der Grafschaft Flandern I, 32 und a. a. O. XV, 943.* 6) *MG. Epist. VI, 355 ff. Nr. 57.* 7) *Gemeint wohl Nr. 58, MG. Epist. VI, 364, zu beachten aber auch Nr. 62, MG. Epist. VI, 374 Z. 8 und A. 7.* 8) *Der Beschluß, dem Geheiß des Papstes zu entsprechen und Rothad nach Rom zu senden, wurde schon vor Liudos Rückkehr auf der Synode von Verberie vom 25. Oktober 863 gefaßt, vgl. Ann. Bertin. 863 ed. Waitz S. 66.* 9) *MG. Epist. VI, 374f. Nr. 63. S. auch oben A. 3.* 10) *König von Aquitanien. Vgl. Dümmler II², 102f.; Schrörs S. 235. S. auch Ann. Bertin. 863 ed. Waitz S. 66.*

sapientiae vestrae scripta[1] supra id, quod scio atque intellego, non tamen absque subinducto cauterio[a], laudare dignata fuerit[2], tamen in eis videor mihi videre vobis multiloquium meum increscere. Unde dignetur sanctitas vestra dignanter suscipere, quod beatus Augustinus de suo multiloquio domino dominorum audacter non dubitavit dicere, 5 cum se inde apud eum voluit excusabilem reddere, inter alia scribens[3]: 'Loqui multum non est nimium, si tamen est necessarium.' — 864.

Qua de re, sanctissime domine et pater reverentissime, aequanimiter 'sustinete modicum quid insipientiae meae, sed et supportate me', si adhuc quiddam de Rothadi causa vobis iam sufficienter notissima quasi repetens scribo. Cum quo, quia vobis placet, cui 10 cuncta bona placent, mittimus vicarios nostros, non ut accusatores ad confligendum, sed ut a Rothado atque a vicinis nostris[4], qui causam pleniter ac veraciter aut nesciunt aut scire non volunt, accusati, quod non in contemptu sedis apostolicae appellantem Rothadum secundum Sardicenses canones[5] sedem apostolicam, sed eum, qui ad electorum iudicium de certis capitulis provocavit, iuxta Cartaginenses et Affricanos[b] canones[6] ac 15 decreta beati Gregorii[7] regulariter iudicavimus, vestrae summae auctoritati humiliter intimandum. Absit enim a nobis, ut privilegium primae et summae sedis sanctae Romanae ecclesiae pontificis pro sic parvo pendamus, ut controversias[c] et iurgia tam superioris quam etiam inferioris ordinis, quae Nicaeni[8] et ceteri sacrorum conciliorum canones et Innocentii[9] atque aliorum sanctae Romanae sedis pontificum decreta in sinodis provincialibus 20 a[d] metropolitanis praecipiunt terminari, ad vestram summam auctoritatem fatigandam ducamus. At si forte de episcopis causa nata fuerit, unde certa et expressa in sacris regulis non habeamus[e] iudicia et ob id in provinciali vel in comprovinciali nequeat examine diffiniri, ad divinum oraculum, id est ad apostolicam sedem, nobis inde est recurrendum. Si etiam de maioribus causis a provinciali episcopo ad electorum iudicium non fuerit 25 provocatum[10] et in aliqua causa idem episcopus fuerit iudicatus, id est a gradu suo in comprovinciali sinodo deiectus, et putat se bonam causam habere et appellaverit qui deiectus est et confugerit ad episcopum Romanae ecclesiae et voluerit se audiri: si iustum putaverit[f], ut renovetur examen, scribendum est ab his, qui causam examinarunt[g], post iudicium episcopale eidem summo pontifici, et ad illius dispositionem secundum septimum Sardicensis concilii ca- 30 pitulum[11] renovabitur examen. Nam de metropolitano per sacras regulas constituto, qui ex antiqua consuetudine ab apostolica sede pallium accipit, sicut Leo ad Anastasium[12], quod et Nicaenum concilium innuit[13], et ceteri Romanae sedis pontifices in decretis suis ex sacris canonibus monstrant, sedis ipsius pontificis etiam ante iudicium est sententia

2. Cor. 11, 1.

---

a) caũno *1a*, *1b*. b) Africanos *(öfter) 1.* c) controversus *1.* d) ac *1.* e) habemus *1b*.
35 f) peccaverit *1.* g) examinarant *1.*

1) *Nicht erhalten. S. oben Nr. 165 S. 143.* 2) *Dies geht offenbar auf den durch Liudo überbrachten, verlorenen Brief Nikolaus' I., s. oben S. 145 A. 5. — Zu Hinkmars* multiloquium *vgl. Schrörs S. 254.* 3) *Vgl. Augustin. de trinitate XV, 28, Migne 42, 1098.* 4) *Vgl. MG. Epist. VI, 357 Z. 3 und A. 1: gemeint sind die lothringischen Bischöfe. S. auch oben Nr. 160 S. 135 und A. 6.*
40 5) *C. 3, Codex canonum (1609) S. 159f., c. 7, ebenda S. 161f.; Hinschius S. 267 c. 4. 7.* 6) *Vgl. conc. African. c. 63. 89, Codex canonum (1609) S. 253. 269; conc. Carthagin. III. c. 10, Hinschius S. 298, conc. Milevitan. c. 24, Hinschius S. 319.* 7) *Vgl. MG. Epist. II, 540 s. v.* electus. 8) *C. 5, Codex canonum (1609) S. 3; Hinschius S. 258.* 9) *Vgl. Decr. Innocent. I. c. 10, Codex canonum (1609) S. 340; Hinschius S. 529f. c. 3 (J.-K. 286).* 10) *Vgl. conc. Carthagin. III. c. 10,*
45 *Hinschius S. 298.* 11) *Im vorstehenden ist nicht nur c. 7 von Sardika (Codex canonum (1609) S. 161f.; Hinschius S. 267), sondern in Verbindung mit ihm auch c. 3 von Sardika (Codex canonum (1609) S. 159f.; Hinschius S. 267 c. 4) verwertet.* 12) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 461ff.; Hinschius S. 618f. (J.-K. 411).* 13) *Vgl. c. 4 und 6 von Nicäa, Codex canonum (1609) S. 3f.; Hinschius S. 258f.*

864. praestolanda. Is[a] enim est, qui secundum Ezechielem prophetam moratur in gazofilacio, Ezech. 40, 45. 'quod respicit viam meridianam' et[b] 'excubat in custodiis templi'.

Et nos metropolitani ad comparationem illius sumus, qui in ministerio altaris, quod est ante faciem templi, in quo carnes incenduntur, servimus et controversias carnalium in sinodis provincialibus laborantes dirimimus et de maioribus ac maiorum causis ad 5 Vgl. Matth. 8, 9. examen summae sedis pontificis post iudicium referre[1] curamus. Homines enim sub Matth. 8, 9. potestate[c] illius[c] sub nobis commilitones habemus et dicimus huic: 'Vade, et vadit; et alio: Veni, et venit'. **Quoniam,** ut Leo dicit[2], **et inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris praemineret. De qua forma episcoporum quoque[d] est orta distinctio et magna ordinatione provisum,** 10 **ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent[e] in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia et per quos ad unam** beati[f] Petri **sedem universalis ecclesiae cura conflueret et nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam praepositum[g], non moleste ferre debet aliquem sibi esse praelatum, sed oboedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.** Quam Rothadus Vgl. 1. Petr. 3, 22. a suis exigere magis quam sacris regulis sategit dependere, cum etiam sancti angeli in 15 caelo legantur suis potioribus oboedire. Et ideo ad hoc pervenit, ut deici promeruerit[h]. Quem per plures annos et beneficiis impensis et monitis atque obsecrationibus per me et per coepiscopos ac per quoscumque familiares potui ad oboediendum sacris regulis commonere curavi. Multotiens etiam et per litteras metropolitanas et ex apostolicae sedis auctoritate minas ei inculcare curavi et ex lectione[i] catholicorum, quam graviter offen- 20 debat, ei ostendere studui. Ad[k] quae[k] respondebat, quia nihil aliud facere sciebam nisi ei meos libellos tota die ostendere. Unde a multis et frequentissime redargutus fui, cur incorrigibilem et ministerio sacro inutilem tamdiu[l] scienter contra Dei voluntatem et sacram auctoritatem portarem. Ego vero, quamvis saepissime et regem et coepiscopos ac vicinos suos et etiam me multo saepius quasi ex studio ad iracundiam provocare[m] satageret, licet 25 non posset, sciens periculosissimum esse in sacerdote perturbatam et praecipitem iram praecipitemque proferre sententiam et persecutionum supplere saevitiam, dissimilitudines morum, contumacias inoboedientium et malignarum tela linguarum, diu illum non sine timore de periculo animarum sibi commissarum portavi et, cum amplius portare non debui, ad plurimorum episcoporum concilium[n], ut vel eos audiret[o], deduxi[3]. Quorum 30 non audire consilium, sed adversum[p] me postulare iudicium maluit.

Ad[q] cuius petitionem, ut ei satisfacerem, ut[r] vel sic erubesceret et a[s] coepta[s] se[s] stultitia revocaret, iudicio me devinxi, velut iam vestrae sanctitati plenius aliis litteris[4] intimavi et replicare me pro vestrae auctoritatis satisfactione cogit necessitas, ut cognoscatis, quoniam nihil in eum egi animo inimico, sed zelo divino, quantum in conscientia 35 mea perspicere valeo. Sed et domno regi ac episcopis regni eius et quamplurimis tam ecclesiasticis quam saecularibus viris haec sunt nota, quae dico. Post depositionem autem[t]

---

a) His *1b*. b) *Fehlt 1.* c) illius potestate *2, 3.* d) *Fehlt 1.* e) et essent *2.* f) *Fehlt 1b*. g) prepposituri *1.* h) promeruit *1.* i) electione *1.* k) Atque *2.* l) et tamdiu *1.* m) revocare *1b*. n) consilium *1b, 2.* o) illi *zugefügt 2;* illum *zugefügt 3b*. p) adversus *1a;* adversis *1b*. 40 q) et ad *1b*. r) et *1a*. s) et accepit, *übergeschr.* a cepta, a se *1a;* et accepit accepta a se *1b*. t) *Fehlt 1b*.

1) *Vgl. Decr. Innocent. I. c. 10, Codex canonum (1609) S. 340:* Si autem maiores causae in medio fuerint devolutae, ad sedem apostolicam, sicut synodus statuit, post iudicium episcopale referantur; *Hinschius S. 530 c. 3 (J.-K. 286).* 2) *Decr. Leon. I. c. 41, Codex canonum* 45 *(1609) S. 471f.; Hinschius S. 620 c. 10 (J.-K. 411).* 3) *Offenbar ist die Synode von Pîtres von 862 gemeint. Vgl. auch Schrörs S. 242f. und A. 25.* 4) *Nicht erhalten. S. oben Nr. 165 S. 143.*

illius obtinui, ut unam abbatiam[1] valde bonam ei domnus rex et episcopi consentirent 864. et omnes nos illi sicut patri de nostris impendiis serviremus, quatinus qui in deliciis vitam semper perduxerat[a] non frangeretur, tantum ut seditiosus et molestus ecclesiae, cui praefuerat, esse non decertaret. Quod primum quidem adquievit. Sed, ut dicunt qui hoc se[b] 5 scire[b] testantur, quidam episcoporum regni Hlotharii[2] zelo amaro contra nos ducti, quia illorum[c] consiliis de Waldrada non adquievimus[3], et etiam aliqui de Germania, ut quidam dicunt, ad[d] Hludouuici sui regis[4] suasionem[e], quoniam cum eo non feci sicut Rothadus in fratris sui[5] de regno expulsione[6], persuaserunt eidem Rothado, ut non se a seditione movenda concrederet et ipsi apud vos obtinerent, ut restitueretur[7]. Nunc autem, sicut 10 iussistis, ad vestram praesentiam et dispositionem illum perduci apud domnum nostrum regem filium vestrum obtinuimus, credentes, quia quod Domino inde placabilius erit cordi vestro inspirare dignabitur[f].

De quo quia benignissima dignatio vestra mihi servo vestro per Liudonem dignata est scribere[8], ut iuncto mihi integro collegio fratrum secundum modum ibidem[g] descriptum[g] 15 vestra apostolica censura fretus studerem illum pristino redintegrare decenter officio, sciat reverentissima et amantissime colenda dulcissima vestra paternitas hoc[h] me agere nequivisse pro his, quae continentur in subditis. Videlicet quia cum litteris ad vestram auctoritatem deferendis idem Rothadus iam commissus erat eis, qui ad vestram praesentiam illum deducerent; et mihi non erat possibile integrum fratrum collegium convocare, quo- 20 niam, ut supra[9] scripsi, a diocesi nostra longius eram remotus in filii vestri[i] regis[i] nostri servitio; et quoniam sine illorum iudicio, qui in eius depositione fuerant et quibus inde scripsistis[10], restitui regulariter non valebat et episcopi aliarum[k] provinciarum per meam convocationem in multis occupati congregari non poterant. Sed et coepiscopi Remorum provinciae ab ipsa sinodo[11], in qua epistolam sanctitatis vestrae audivimus, causa resi- 25 stendi Normannis ad suas sedes festinare maturaverunt. Pauci etiam numero episcopi, qui mecum in filii vestri regis nostri erant obsequio, cum eis benignitatis vestrae commendationem de Rothado relegi, responderunt non se scire talem vitam atque intellegentiam taleque studium sacri ministerii in eo fuisse, ut in hoc se miscere auderent, praesertim cum is, qui antea aliquam reverentiam de deiectione sua habebat et semper in- 30 oboediens et sacris regulis et regiae dignitati et metropolitano privilegio fuerat, nunc effrenatius ad multorum malum exemplum et plurimorum benivolentium scandalum desaevire et neglegentius atque perniciosius[l] vivere voluntatibus suis serviens cum libertate deberet.

De eo autem, quod benignitas animi vestri pensans non beluinum, sed humanum 35 hominis animum scripsit dicens[12]: **Fortasse cognoscet delictum suum et sua sponte in iudicio, quo iudicatus est, perseverare deliget[m]. Quod si fecerit, apud regem Karolum** — dilectissimum

a) duxerat *1.* b) scire se *1b.* c) eorum *1b.* d) adhuc *2.* e) suessionem *2.* f) videbitur *2.* g) ibi deinde scriptum *2.* h) hec *1.* i) vestri regis *fehlt 1.* k) aliarumque *2.* l) pernitiosus *1, 2.* m) diligit *1.*

40 1) *Vgl. Rothadi libell. proclamationis, Migne 119, 752:* unam abbatiam repromittentes atque spondentes, tantum ut in meam damnationem ego subscriberem. 2) *II. (855—869).* 3) *Zu Hinkmars Stellung im Ehestreit König Lothars II. vgl. seine Schrift 'De divortio', Migne 125, 623 ff. und oben S. 76 A. 1.* 4) *Des Deutschen.* 5) *Karls des Kahlen.* 6) *858. Vgl. oben Nr. 116 S. 57; Schrörs S. 240 und A. 16.* 7) *Vgl. Perels, Neues Archiv 44, 64. 68 ff.* 8) *S. oben* 45 *S. 145 A. 5.* 9) *Vgl. S. 146 Z. 34 f.* 10) *Brief Nikolaus' I. Nr. 57, MG. Epist. VI, 355 ff.* 11) *Ob die Verlesung des durch den B. Odo von Beauvais überbrachten Papstbriefes (s. oben S. 145 A. 5) erst auf dem Konzil von Verberie vom 25. Oktober 863 (vgl. Schrörs S. 253) erfolgte oder aber bereits auf einer früheren Synode — von der wir sonst nichts wissen —, ist nicht zu entscheiden.* 12) *Vgl. MG. Epist. VI, 377 Nr. 65 und A. 1; oben S. 145 A. 5.*

864. videlicet filium vestrum — **agendum est, ut liberalitate sua eidem congrua beneficia, quibus sufficienter cum suis sustentari atque[a] honorifice degere possit, benigno[b] mentis largiatur affectu[c]:** sciat dignatio vestra non illum esse huiusmodi temperantiae. Nam ab eo, quod coepit, numquam potuit revocari.

Quae etiam ego famulus vestrae dominationis meditatus[d] cum corde meo et conferens cum fidelissimo filio vestro domno meo rege glorioso in hac causa providi, vestrae sapientissimae auctoritati scribere dignum duxi. Id est, quia, licet fretus vestrae auctoritatis litteris per Liudonem meae exiguitati[e] directis[1], quarum mentionem fecistis in epistola, quam filio vestro domno regi[f] nostro[f] misistis[2], quasque illi relegi, apud eum obtinere possem, ut missis suis, qui Rothadum ad vestram deducendum praesentiam susceperunt, mandaret, quatinus ab arripiendo Romam itinere[g] expectarent, donec[h] oportunum tempus episcopos regionum nostrarum convocandi[i] adveniret, quia non erat ratio, ut aliis notificaretur, cur Rothadi transmissio tardaretur, antequam episcopis vestrae[k] auctoritatis epistola legeretur, poterat fieri, ut qui me divina clementia et sua benignitate et[l] amoris devotione colunt et aliquid aestimant esse, cum nihil sim, cognoscentes meo obtentu id[m] accidisse, in me scandalum paterentur, quasi contempni aut neglegi facerem vestram commendationem, qui intra constitutos a vobis dies in epistola per Hodonem[n] episcopum missa[3] ad oboediendum vestram accelerari[o] fecerim[p] quantum potui iussionem. Et si, quando in unum convenirent, episcopos, qui sciunt et me una cum eis scire norunt Rothadi neglegentem vitam et diutinam in sacro ministerio inutilitatem, de eius restitutione alloquerer, omnes me exsufflarent et amentem penitus[q] iudicarent[q]. Si[r] etiam Rothado, ut se concrederet — quod non suae[s] salutis intuitu faciet[t] —, beneficia nos impetraturos promitteremus — quoniam omnes[u] pene[u] in istis provinciis sciunt, quia secundum Cartaginenses et Affricanos canones et decreta beati Gregorii electorum se commisit iudicio[4]; et amplius quam quingenti interfuerunt diversi ordinis viri videntes, quando calix aureus cum gemmis a caupone et tabernaria per missum regis de illius pignere sumptus ac delatus fuit in sinodum, et scientes coronas argenteas a Iudaeo, cui illas dederat, resumptas[v] et facultates ecclesiasticas ab eo suppressas et latenter commendatas indeque receptas et ecclesiae redditas et vascula argentea, quae non pauci ponderis a longo tempore in ecclesia pependerunt, sed et alia, quae sui decessores ac praedecessores ceterique fideles pro remedio animae suae eidem ecclesiae obtulerunt, ab eo sine consensu metropolitani ac coepiscoporum et[w] sine[w] echonomi[w] ac presbiterorum et diaconorum suae ecclesiae consensu pro libitu suo donata, cum etiam beatus Gregorius multotiens in epistolis suis ex sacris canonibus scribat[5], quaecumque episcopus post ordinationem episcopatus adquisierit, omnia esse ecclesiae, in qua extitit ordinatus, unde constat, quia nec ipse[x] sine echonomo et conscientia clericorum illa debeat dispensare —: sed et omnes urbis incolae ac populi, qui cum rege ac episcopis ad sinodum convenerunt et ut revera ad spectaculum currentes eum viderunt usque ad ostium sinodi venientem et inde ut maniaticum[6] redeuntem quique sciunt, quantam benignitatem regis

Vgl. Gal. 6, 3.

---

a) ac *2, 3.* b) benigne *1*[a]. c) affectum *1;* effectum *2.* d) *Zugefügt 3.* e) exiguitatis *1.* f) nostro regi *2, 3.* g) retinere *1.* h) *Fehlt 1*[a]*; von späterer Hand übergeschr. 1*[b]. i) convocandum *1.* k) *Fehlt 2.* l) *Fehlt 2.* m) *Fehlt 2.* n) Odonem *2, 3.* o) accelerā *1.* p) facerem *1.* q) penitendi carent *1.* r) sic *2.* s) super *1.* t) faceret *1*[b]. u) pene omnes *2, 3.* v) sumptas *1*[b]. w) *Fehlt 1*[b]. x) ipsi *1*[b]*;* ipsa *2.*

1) *S. oben S. 145 A. 5.* 2) *Vgl. MG. Epist. VI, 375 Z. 31f. Nr. 63.* 3) *Vgl. MG. Epist. VI, 360 Z. 12ff. Nr. 57.* 4) *Vgl. oben S. 147 A. 6 und 7.* 5) *Vgl. Gregor. I. Reg. VI, 1, MG. Epist. I, 380f. (J.-E. 1380); XII, 14, MG. Epist. II, 361 (J.-E. 1864).* 6) *Vgl. Du Cange s. v.*

et fratrum spernens qualiter de certis capitulis, unde sacri canones expressa decreverunt iudicia, iudicatus lacrimantibus rege et episcopis durior saxo recesserit[a], putarent nos, qui eum secundum sacros canones, sicut eos intelleximus, iudicavimus et postea, ut ipsi praecipiunt canones, per coepiscopum nostrum, qui eidem[b] iudicio interfuit, prius iudicium nostrum de eo referre et nunc illum ipsum cum nostris litteris atque vicariis, sicut iussistis, ad apostolicam sedem, quae paternos canones servandos confirmat et confirmatos ac observandos sua observatione demonstrat, dirigere procuravimus, de vestrae auctoritatis iustitia et aequitatis libramine dubitare et ideo, ut se concrederet, locarium[c] ei promittere, sicque nos ut insanos merito denotarent. Cum etiam, si fieri posset, quod[d] ab illa prima et sancta sede ac[e] summo apostolatu vestro fiendum non creditur, ut talis a vobis cognitus restitutus in ordine nominetur, nulla de cetero nobis conscientia de sibi a vobis commissis animabus esset periculum. Et cum omnes in istis regionibus sciant, quam neglegens et contemptor sacrorum canonum et quamdiu quamque patienter atque benigne fuerit toleratus et a quam invitis, quia se corrigere noluit, secundum sacras regulas, sicut eas intelleximus, fuerit[f] iudicatus, nullam habere possemus verecundiam de restitutione illius, si foret facta a vestri summi pontificatus potestate; quia omnes senes cum iunioribus scimus nostras ecclesias subditas esse Romanae ecclesiae et nos episcopos in primatu beati Petri subiectos esse Romano pontifici, et ob id salva fide, quae in ecclesia semper viguit et Domino cooperante florebit, nobis est vestrae apostolicae auctoritati oboediendum. Nobis quippe cum aliis quibusque scriptum est[g], quia[h] 'Iesus erat subditus parentibus suis'; nobisque item scriptum est[h]: 'Oboedite praepositis vestris et subiacete eis'; et: 'Nihil per contentionem neque per inanem gloriam'; et: 'Et si quis vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia Dei'. Propterea locutus cum fidelissimo filio vestro, domno meo rege glorioso, illi replicavi, quod saepe inculcavi quodque libentissime accepit et adimplere cupit, quia, sicut 'Domini est terra et plenitudo eius, orbis terrarum et universi, qui habitant in eo', et ipsius est regnum et cui voluerit dabit illud, ita ipse supra fundamentum apostolicae petrae suam fundavit ecclesiam, quam et ante passionem et post resurrectionem suam speciali cura et singulari privilegio beato Petro et in illo suis commisit vicariis. Cuius sedem suaeque sedis pontificem qui honorat, illum honorat, qui[i] dixit: 'Qui accipit si quem misero, me accipit'; et ab ipso honorabitur dicente: 'Honorantes me honorificabo, et qui contempnunt me erunt ignobiles'.

864.

Luc. 2, 51. Hebr. 13, 17. Phil. 2, 3. 1. Cor. 11, 16. Ps. 23, 1. Vgl. Ps. 21, 29. Vgl. Matth. 16, 18. Ioh. 13, 20. 1. Reg. 2, 30.

Idcirco quia multi sciunt, qualiter se Rothadi reclamatio habeat, et quidam inde aliter dicunt et omnes generaliter sciunt, quoniam vestra auctoritas illum cum nostris vicariis ad suum praecepit destinari iudicium, dignum et iustum est, ut, quemcumque episcopum Romanus pontifex ad se Romam venire mandaverit, si infirmitas vel gravior quaecumque necessitas vel impossibilitas, sicut sacri praefigunt canones[1], eum non detinuerit, ad illum venire studeat; multo magis etiam is, quem pro tali querela ad se quocumque modo clamantem praesentiae suae indicat[k] exhibendum. Et quicumque[l] viderit vel audierit, quod rex et episcopi apostolicae sedis summum pontificem prompte[m] obaudiunt et honorant, promptius et humilius eis sui[n] subiecti[n] oboedient. Nam, ut beatus Gregorius dicit[2], sicut languente capite subiecta membra incassum vigent, ita gloria et honore coronato, id est honorificato ac decorato capite subiecta membra eius honore atque decore fulgebunt. Et

a) recessit *1b*. b) eiusdem *1*. c) iocarium *1*. d) et quod *2*. e) *Fehlt 2*. f) fuerat *SS. XIII*. g) erat *2*. h) *Umgestellt:* nobisque item scriptum est, quia 'Iesus erat subditus parentibus suis' *1*. i) quod *(von jüngerer Hand* qui*) 1*. k) iudicat *1b*. l) quodcumque *1*. m) propter *1*. n) subiecti sui *2, 3*.

1) *Vgl. conc. African. c. 43, Codex canonum (1609) S. 236; Hinschius S. 307 c. 10.* 2) *Vgl. Regula pastor. II, 7, Migne 77, 39.*

864. Rothado in nullo poterat[a] melius[a] satisfieri, quam si ad vestram pergeret praesentiam et ei tantorum subscriptionibus episcoporum, qui Deo et vobis mentiri nolunt, et allegationibus tot vicariorum eorundem episcoporum fuerit illum bonam causam nequaquam habere ostensum. Quamobrem sibi ipsi[b] et non vobis reputare debebit, quia sine bona causa se et multos alios fatigavit[1].

Unde illum vestra discretissima pietas, quae compassionem proximo et rectitudinem debere vitiis novit, suis apostolicis litteris sufficienter praemonuit[2]. Quique inter alias socordias tantae[c] duritiae esse dinoscitur, ut, cum multotiens sine ullo respectu timoris vel amoris divini et absque ulla humana verecundia per tot annos et in tantis causis totiens sacris canonibus et decretis sanctae sedis Romanae pontificum et suae metropolis privilegio ac sinodalibus iudiciis resultaverit et per tantos annos tantisperque[d] toleratus a sua stulticia se revocare contempserit, a rege et episcopis multipliciter obsecratus in hoc adduci non potuit, ut sacris canonibus et decretis sanctae sedis Romanae pontificum et[e] secundum ea suae metropolis privilegio de cetero se oboediturum subscriberet — quoniam sine horum observatione nemo nostrum potest esse episcopus — et sic pace fraterna in omnibus potiretur.

Postea autem sua sponte in libello suae professionis[3],per quem[f] ad electorum iudicium provocavit, haec se observasse impudenter, quia scientibus cunctis mendaciter, sinodo misit et sic ad iudicium provocavit, quae se servaturum, ne iudicaretur, subscribere detrectavit[g]. Quod ideo, sicut postea nobis dixerunt qui ab ipso audierunt, subscribere noluit—quod et nos percepimus—, ne vinceretur. Sed si in nostra rex et episcopi permaneremus sententia, Romam iret, antequam vinceretur, et quando illuc veniret, his per vestram iussionem, cum a vobis foret nobis nolentibus absolutus, subscriberet; non intellegens, immo intellegere non valens —excaecavit enim eum malitia sua—vestram auctoritatem sapientissime intellegere, quare Dominus de caelo alloquens Paulum et dicenti: 'Quid me iubes, Domine, facere?' non omnia, quae agenda illi erant, exposuit, sed ad[h] Ananiam, a quo agenda auditurus et accepturus erat, illum direxit. Sic et angelus Cornelium, postquam illum exauditum esse denuntiavit, ad Petri doctrinam atque oboedientiam misit. Quem licet ante baptismum sancto, ut ita dicamus, spiritu baptizatum beatus Petrus illius baptismate, qui baptizat in spiritu sancto et in quo credentium corda fide purificantur, baptizari praecepit. Unde facta quaestione contra eum etiam a minoribus suis, tamen fidelibus, cur ad gentes intraverit, idem apostolorum princeps summorum gratia donorum repletus et innumerabilium miraculorum potestate suffultus querelae non ex potestate, sed ex ratione respondit causamque per ordinem ea mansuetudine exposuit, qua[i] humilitate praefato Cornelio se adorare volenti dixit: Vide, ne feceris; nam 'et ego ipse homo sum sicut et tu.' Si enim in querela fidelium, ut Gregorius dicit[4], aliquid de sua potestate diceret, profecto doctor mansuetudinis non fuisset. Humili ergo eos ratione placavit atque in causa reprehensionis suae humiliter rationem reddidit et[k] etiam testes adhibuit dicens: 'Venerunt autem mecum et sex fratres isti.' Cuius humilem auctoritatem et mansuetissimam potestatem et rectissimam praedicationem dicentis: 'Non dominantes in clero, sed forma facti gregi' secutus

a) melius poterat *1b*. b) ipsum *1*. c) *Fehlt 1b*. d) atque tantisper *1*. e) *Fehlt 1*. f) quod *2*. g) detractavit *1*. h) ut *1*. i) quia *1*. k) *Fehlt 1*.

1) *Vgl. Nikolaus I. an Rothad, MG. Epist. VI, 374 Z. 13f. Nr. 62:* — — nec te fatigare nec alios velis; *dazu MG. Epist. VI, 373 Z. 8ff. Nr. 61:* — — si tamen te iniuste lesum nosti et bonam te habere causam per Dei gratiam arbitraris. 2) *Vgl. die in der vorhergehenden A. angeführten Papstbriefe.* 3) *Nicht erhalten. — Zur Sache vgl. Schrörs S. 243f.; Perels, Neues Archiv 44, 64ff.* 4) *Nicht ermittelt; der Bedeutung und der biblischen Anlehnung nach käme Regula pastor. II, 6, Migne 77, 35f. in Frage.*

beatus Gelasius in decretis suis ad omnes episcopos de institutis ecclesiasticis dicit[1]: Cumque nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nil licere et, cum sedes apostolica super his omnibus favente Domino, quae paternis canonibus sunt praefixa, pio devotoque studeat tenere proposito, satis indignum est quemquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc[a] observantiam[a] refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere; satisque conveniens sit, ut corpus[b] ecclesiae in hac sibimet observatione[c] concordet, quam illic[d] vigere conspiciet, ubi[e] dominus ecclesiae totius posuit principatum. 864.

De[2] Barnaba quoque et Saulo dicente veraciter: 'Paulus apostolus non ab hominibus[f] neque per hominem, sed[g] per Iesum Christum et Deum[h] patrem', qui postquam diutius fruiti sunt apostolorum consortio, non ipsis apostolis[i], sed iuxta fidem sacrae historiae ministrantibus Domino prophetis et doctoribus, qui erant Antiochiae, 'dixit spiritus sanctus: Separate mihi Barnabam et Saulum in opus ministerii, ad quod assumpsi eos.' 'Tunc ieiunantes et orantes imponentesque eis manus dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi a spiritu sancto abierunt', vocati apostoli. Et in sequenti anno, id est XIIII. post passionem Domini, licet 'qui operatus est Petro in apostolatum circumcisionis', operatus sit et Paulo inter gentes, tamen iuxta condictum[k] Iacobi, Cephae[l] et Iohannis gentium magisterium una cum Barnaba Paulus accepit. Idem quoque Paulus apud Corinthios neglegentibus rectoribus de incestuoso scripsit: 'Congregatis vobis et meo spiritu, traditum huiusmodi in interitum carnis sathanae, ut[m] spiritus salvus sit in die Domini.' Ipsi enim Corinthiorum rectores illum tradiderunt in interitum carnis sathanae[m] et Paulus cognito eius opere sua auctoritate cum illis. Et comperta eius poenitentia ipsi eum[n] restituerunt et Paulus sua auctoritate cum illis: 'Cui', inquiens, 'aliquid donastis, et ego. Nam et ego, si quid donavi, propter vos in persona Christi.' Hinc beatus Gregorius: A bono inquit[3], vestro non dissentio. Meum sit quod ipsi fecistis. Cui velut si dicere praesumamus, quare ita caute discipulis te copulas? Quare vel te illorum vel illos tuis actionibus tam sollicita mente conformas? 'Ut non circumveniamur', inquit, 'a sathana; non enim ignoramus cogitationes eius', id est, ne hoc, quod bene mens inchoat, ipse in malitiae finem vertat. Et Innocentius[4]: Haec[o] ad Corinthios apostolica[p] est declarata benignitas[q], ut in uno spiritu[q] ductam ac reductam sententiam boni semper indifferenter sequantur. Et Leo ex apostolo[5]: 'Nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius'; et: 'Unusquisque proximo suo placeat in bonum ad aedificationem'. Non enim poterit unitatis nostrae firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem[r] soliditatem vinculum caritatis adstrinxerit. Quoniam, sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum[s] corpus sumus in Christo, singuli autem alter[t] alterius membra. Conexio totius corporis unam sanitatem, unam pulchritudinem facit. Et haec quidem conexio totius corporis unanimitatem requirit, sed praecipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi ordo est generalis, non tamen communis est dignitas omnibus[6].

Gal. 1, 1. — Vgl. Act. 13, 1. 2. — Act. 13, 3. 4. — Vgl. Gal. 2, 8. 9. — 1. Cor. 5, 4. 5. — 1. Cor. 2, 10. — 2. Cor. 2, 11. — 1. Cor. 10, 24. — Rom. 15, 2. — Vgl. 1. Cor. 12, 12.

Haec autem servata altiori intellegentia circa supradictos sunt acta et a praedictis docta, ut cognoscatur, qualiter minores potioribus debeant oboedire et potiores minoribus

a) observantiam hanc *2.* b) corpus sit *1.* c) observationem *1.* d) illi *2.* e) et ubi *1.* f) homine *1*b. g) *Fehlt 1*b. h) *Vgl. SS. XIII, 495 Z. 52 Var. k.* i) apostolicis *1, 2.* k) conditum *1.* l) Caiphe *1*a; Caephe *1*b. m) ut—sathanae *(Z. 20) fehlt 2.* n) enim *1.* o) Nec *1.* p) apostoli apostolica *1.* q) benignitas—spiritu *doppelt 1*b. r) separ *1; in- später übergeschr. 1*b. s) unus *1*b. t) *Fehlt 1*b; aut*l*er *1*a.

1) *Thiel, Epist. Romanor. pontif. gen. I, 367 c. 9; Hinschius S. 651f. c. 11 (J.-K. 636).* 2) *Vgl. oben Nr. 160 S. 133f. Z. 38ff.* 3) *Gregor. I. Moral. l. 33, 8, Migne 76, 681f.* 4) *Decr. Innocent. I. c. 57, Codex canonum (1609) S. 385; Hinschius S. 551 c. 7 (J.-K. 303).* 5) *Decr. Leon. I. c. 41, Codex canonum (1609) S. 471; Hinschius S. 620 c. 10 (J.-K. 411).* 6) *Umstellung Hinkmars; Leo I. a. a. O.:* quibus etsi dignitas communis non est, tamen ordo generalis est.

864. providere et ordo a Deo dispositus ab omnibus et in omnibus valeat conservari. Unde summus
1. Petr. 4, 11. ecclesiae pastor docet: 'Si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus,
Matth. 25, 15. ut in omnibus honorificetur Deus', qui servis suis commisit negocia sua et 'unicuique
1. Cor. 12, 11. secundum propriam virtutem', sicut et de spiritu sancto scriptum est, quod 'dona dividit singulis, prout vult'. Et hinc iuxta Sardicense concilium[1] summus primae et sanctae sedis Romanae pontifex pro examinis renovatione ad se reclamantis et confugientis cum sua clamatione deiecti provincialis episcopi non statim singularitate privilegii et auctoritatis suae restituit, sed remittens eum ad provinciam, ubi causa patrata fuerat et in qua iuxta Cartaginenses canones et iura legis Romanae causa potest diligenter inquiri et quo[a] [2] non sit difficile testes producere, veritas inveniri, aut finitimis[3] episcopis dignatur scribere aut e latere suo mittit, qui[b] habentes eius auctoritatem praesentes cum episcopis iudicent et diligenter causam inquisitam diffiniant, aut dignatur credere episcopos sufficere, ut negocio terminum possint imponere. Et Innocentius, si quae causae vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae, congregatis secundum sinodum Nicaenam eiusdem provinciae episcopis iurgium praecipit[c] [4] terminari. Et Bonefacius de Maximo scribit[5], ut ad provinciam venire cogatur et illic se constituto praesentare iudicio et, quicquid de illo duxerint provinciae episcopi decernendum, cum ad eum relatum foret, sua firmaretur auctoritate, quatinus, ut idem ad Hilarium[d] scribit[6], metropolitani sui unaquaeque provincia in omnibus rebus ordinationem semper expectet, sicut scriptum est in Nicaeno concilio[7], ut, sicut apud Alexandriam, quia et urbis Romae episcopo parilis mos est, similiter et apud Antiochiam ceterasque provincias suis privilegia serventur[e] ecclesiis. Unde bene placuit[8] annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter omnibus simul episcopis congregatis provinciae discutiantur huiusmodi quaestiones.

Et haec dico, non, quod absit, praeiudicans summae sedis apostolicae et sancti apostolatus vestri potestatem[f] in[f] aliquo[f], cui in omnibus sum, sicut rectum est, oboedire paratus; sed quia summae auctoritati vestrae obsequium praestare me puto, cum ea, quae sentio, aut ad probationem aut ad correctionem humiliter sapientiae vestri magisterii pando. Et Rothadi mores vobis intimare procuro, ne mea neglegentia, qui eos novi, vos lateant, quatinus certius quod vobis placuerit de illo vestra auctoritas decernere valeat. Quem si nunc in depositione iudicium vestrum manere decreverit, scimus de benignitate et modestia ac pietate filii vestri domni nostri regis Karoli, quoniam quicquid de illo praefato filio vestro praeceperitis et rationabiliter poterit adimplere, sine ulla retractatione oboediet. Sed et coepiscopi nostri de ecclesiarum suarum stipendiis habundantissime illi impendent. Mea etiam exiguitas, sicut numquam ad retributionem mali propter contemptus et contumelias ab illo mihi illatas pervenire volui, ita quicquid benignitatis potero, libentissime, habundantius etiam quam umquam fecerim, impendere procurabo.

Si vero sine ulla satisfactione tam diutini contemptus sacrorum canonum et sedis apostolicae decretorum ac suae metropolis privilegii atque sinodalium iudiciorum, quibus

a) quod *3*. b) quod *1*b. c) precepit *1*. d) Illarium *1*b. e) servantur *2*. f) in aliquo potestatem *2, 3*.

1) *C. 7, Codex canonum (1609) S. 161f.; Hinschius S. 267. Dieser Kanon ist im folgenden teils wörtlich, teils frei verwertet. — Vgl. übrigens auch Ann. Bertin. 865 ed. Waitz S. 76.* 2) *Vgl. Konzil von Karthago c. 30, Codex canonum (1609) S. 199; Migne 67, 192.* 3) *Vgl. c. 7 des Konzils von Sardika, s. oben A. 1.* 4) *Decr. Innocent I. c. 10, Codex canonum (1609) S. 340; Hinschius S. 529f. c. 3 (J.-K. 286).* 5) *Decr. Bonifac. I. c. 3, Codex canonum (1609) S. 400; Hinschius S. 555 (J.-K. 349).* 6) *Decr. Bonifac. I. c. 4, Codex canonum (1609) S. 402; Hinschius S. 556 (J.-K. 362).* 7) *C. 6, Codex canonum (1609) S. 4; Hinschius S. 258.* 8) *Vgl. Konzil von Antiochia c. 20, Codex canonum (1609) S. 65; Hinschius S. 272.*

nec oboedire nec se oboediturum de cetero profiteri vel subscribere voluit, et absque professione vel subscriptione suae correctionis et oboedientiae coram fratribus suis, quorum multotiens regularia spreverat monita, cum inde pluraliter in Leonis et Gregorii epistolis relegatur, — si[a] etiam, ut illa praetereamus, quae ob sacerdotii verecundiam et obprobrium saecularium sequentes Affricanum concilium[1] nec ad nominationem in sinodum deduci permisimus, parvipensis et sine aliqua correctione dimissis eis capitulis auctoritati vestrae sub fidei astipulatione directis, pro quibus fuerat iudicatus ab episcopis, ad quorum iudicium provocaverat, secundum expressa sacrorum canonum et apostolicae sedis decreta Caelestino dicente[2]: Quae enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum[b] pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur? mox vestrae potestati placuerit[c] illum restituere, ut primae sedis et matris ac magistrae[c] omnium ecclesiarum pontificis cunctorumque episcoporum patris atque magistri regulare iudicium ferre convenit, aequo animo feram. Credo tamen diligentissimam discretionem vestram provisuram contemptum ac contumaciam subiectorum erga praelatos suos et libertatem impune delinquendi contra canones sacros, quae hinc in nostris[d] regionibus poterunt, ut quibusdam videtur[e], noxias vires accipere. Praesertim cum sapientissimae auctoritati vestrae constet esse notissimum demonstrare Sardicense concilium in septimo suo capitulo[3], qualiter deiecti et ad se clamantis episcopi restitutionis vel in depositione permansionis executio cum indempnitate simpliciter iudicantium ab apostolica sede debeat celebrari. Quod et Innocentius ac[f] Bonefacius, verum Leo in decretis et Gregorius evidentius in epistolis suis demonstrant, Cartaginensis concilii, immo apostolicae sedis, quae in suis eidem praesedit vicariis, decreta sequentes: videlicet ut[4], a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerint, vel inimico animo iudicasse vel aliqua cupiditate aut gratia depravati.

864.

Unde nobis et conscientia testimonium[g] perhibet[g] et omnibus, qui interfuerunt, notum factum fuisse dinoscitur, quoniam illum servare quam iudicare maluimus, si pro sacrorum canonum neglectu eorum iudicio, per quos sancto[h] spiritu[h] inspirante promulgati sunt, cum eo, quem corrigere nequibamus, dampnari pariter non timeremus. Et idcirco nullo inimico[5] animo, nulla cupiditate aut gratia depravati flentes illius incorrigibilem socordiam et inrevocabilem pertinaciam regularia in eum iudicia executi sumus, quae ab eo suspendere diutius non praesumpsimus. Vestra etiam sapiens et summa auctoritas in decernendo attendet apostolum docentem, quia 'quorundam peccata praecedentia sunt[i] ad iudicium, quorundam etiam et[k] subsecuntur.' Quae, sicut beatus exponit Ambrosius[6], acsi posita in bilance in iudicio sunt examinanda, utrum bona opera amplius pensando remuneranda praecedant et male[l] facta minima misericorditer dimittenda demonstrent, an male[m] facta amplius pensando praecedant, ut mereantur dampnationis iudicium et bona paucula suffocent. Quia et nos pro modulo nostro non solum inutilitatem, verum et noxietatem in Rothado cum factis suis pensavimus et velud ficulneam infructuosam[7] terram rationalem diutius

1. Tim. 5, 24.

a) sic 2. b) constitorum 1ª; constiturum 1ᵇ. c) placuerit—magistrae (Z. 11) *fehlt 1.* d) sacris 1ª. e) vimdetur 1. f) et 2. g) perhibet testimonium 2. h) spiritu sancto 2. i) *Doppelt 1ᵇ.* k) *Fehlt 1.* l) mala 1, 2. m) mala 1ᵇ.

1) *Mehr als eine gewisse Wort-Übereinstimmung mit conc. African. c. 76, Codex canonum (1609) S. 237; Hinschius S. 307 c. 12 ist nicht festzustellen.* 2) *Decr. Coelestin. I. c. 20, Codex canonum (1609) S. 425; Hinschius S. 561 c. 1 (J.-K. 371).* 3) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 161f.; Hinschius S. 267.* 4) *Konzil von Karthago c. 15, Codex canonum (1609) S. 191; Hinschius S. 298 c. 10.* 5) *Vgl. oben Z. 24 und A. 4.* 6) *Vgl. Apolog. proph. David I, 6, 24, Corp. Vindob. 32, 2 S. 314.* 7) *Noch im Jahre 865, nach Rothads Restitution, knüpft Nikolaus I. an diese von Hinkmar auf jenen angewandte Bezeichnung an, MG. Epist. VI, 312 Nr. 38.*

864. inutiliter occupantem et etiam post plura tempora pluresque admonitiones quasi cophinos pinguedinis sibi appositos non recipientem, sed sterilem permanentem, non sine dolore cordis succidendum providimus.

Et cum haec ita se habeant, absque dubitatione confido, quia illud, quod in praefato Cartaginensis concilii capitulo sine ulla interpolatione subsequitur, decretum vestri moderaminis nequaquam praeteriet[a]: Sane, inquit[1], si ex consensu partium electi fuerint iudices, etiam a pauciore numero quam constitutum est, non liceat provocari[b]. Qui numerus constitutus in duodecimo superiori capitulo[2] demonstratus et consensus partium expetitus in diiudicatione Rothadi constat fuisse completus. Quorum etsi iudicium pro quacumque causa forte rationabiliore et adhuc nobis incognita vestrae summae auctoritati, quam multa nobis occulta non transeunt, placuerit refragari, quia meum est mea vobis oboediendo committere et non iudicia vestra discutere, sustinebo et contra vestram regularem[c] restitutionem[c], si forte in eo agenda visa fuerit — in qua vestra disponet auctoritas, qualiter isdem victor, ut solet, et voti compos quae sunt episcopi de reliquo faciat —, non recalcitrabo: ducens pro magno, si a diutinis et multis molestiis, quas ab illo et pro illo passus sum, iam tandem aliquando valeam respirare et numquam mihi contingat ulterius contra illius inquietudines inutiliter laborare, et quod[d] non solum ab ecclesiasticis personis, verum et multo magis etiam a saecularibus nostra iudicia contempnuntur et pro nihilo ducuntur, dicentibus eis et ad medium devocantibus illa, quae mihi vestrae[e] auctoritati non sunt ascribenda, ut non animum vestrae[f] dulcedinis[f] in aliquo moveam, quod summo opere cavere desidero. Si qui in provincia nostra, quorum querela illo restituto ad vos valeat pervenire, de maioribus causis de cetero quaedam commiserint, sicut de quibusdam rebus frequentius quam[g] in[g] istis[g] retroactis temporibus committuntur, ne a Deo dampner silentio, eos commonere studebo et, si corrigere se voluerint, congaudebo; sin autem, eos[h] ad[h] vestrum[h] iudicium provocabo. Qui si ire voluerint, vestra sancta sapientia, quid inde melius viderit, decernere procurabit. Si autem ire noluerint, facient quod sibi utile iudicaverint. Me utinam hinc a divina dampnatione sententia sancti Ambrosii liberet, qua dicit[3]: Si, inquiens, quis potestatem non habet quem[i] scit reum abicere aut probare non valet, immunis est.

Sicque, ut puto, quia in multis occupatus et itineris longitudine atque insoliditate obstrictus de omnibus, antequam insolentium querela ad vos perveniat, ad apostolicam sedem referre non valeo infirmitate gravatus et gratias Deo termino iam vicinus, potero praecavere, ne a quocumque sanctitatis vestrae animus erga me moveatur, ut aliqua mihi excommunicatio intentetur[4]. Et licet noverim secundum apostoli evangelium redditurum Dominum 'unicuique secundum opera eius', 'testimonium reddente illis conscientia et inter se invicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, in die, qua iudicabit occulta hominum', et, ut Leo dicit[5]: Si quid per servitutem nostram, videlicet sacerdotalem, bono ordine et gratulando impletur affectu, non ambigamus per spiritum sanctum nobis fuisse donatum et quod secus fuerit ratum esse non poterit: modis omnibus, quantum ipse donaverit, a quo est 'omne datum[k] optimum[k] et[k] omne[k] donum perfectum', providere studebo, ne a communione sedis apostolicae, quod absit, quolibet modo extorrem me ultimus dies, qui mihi incertus est et subito venire potest, inveniat.

Vgl. Matth. 16, 27; Rom. 2, 6. Rom. 2, 15. 16. — Iac. 1, 17.

a) preteriret *1, 2.* b) provocati *1.* c) restitutionem regularem *2.* d) ex *1.* e) nostra *1;* nostre *2.* f) dulcedinis vestrae *2, 3.* g) *So 1, 2, 3;* in istis quam *3b.* h) ad vestrum eos *2, 3.* i) quam *SS. XIII, 497 Z. 40 (gemäß 3b).* k) *Fehlt 1b;* datum *getilgt,* optimum et omne *fehlt 1a.*

1) *Vgl. oben S. 155 A. 4.* 2) *Vgl. Konzil von Karthago c. 12, Codex canonum (1609) S. 190; Hinschius S. 296 c. 10.* 3) *Comment. in epist. ad Corinth. c. 5, Migne 17, 219.* 4) *Vgl. den Brief Nikolaus' I. Nr. 58, MG. Epist. VI, 364.* 5) *Ad Theodor. Foroiul., Hinschius S. 625 (J.-K. 485).*

Erit enim, quamvis tardius quam necesse sit, quoniam ego gravis peccator gravi carcere corporis diu inclusus teneor merito in multis afflictus, providentissimo Domino providente et tempus et persona in Remorum ecclesia, quando et in qua ab apostolica auctoritate privilegium integratum sibi ex antiqua consuetudine collatum et conservatum habebitur[1]. Quae numquam excepto Romano pontifice primatem habuit, nisi quamdiu eiecto sine[2] ullo crimine ab ea suo pontifice[a][3] violentia tiranni Milonis tempore Karoli[b] principis[4] pastore vacans Bonefacio apostolicae sedis legato aliquamdiu, sicut et ecclesia Trevirensis[c], commissa fuit[5]. Inter quas, Remensem scilicet et Trevirensem ecclesiam — has enim duas tantum provincias Belgica regio habet —, haec semper distinctio fuit, sicut in ecclesiasticis monimentis invenimus et vetustissimam consuetudinem semper obtinuisse comperimus, ut isdem episcopus non loci, sed dignitate ordinis prior secundum[d] sacras regulas haberetur, qui foret in qualibet istarum ecclesiarum metropoli antea ordinatus[6]. Mihi vero necesse erit me taliter gerere, ne totiens auctoritatis vestrae epistolas excommunicationes intentantes et obiurgationes, quas raro et magna necessitate fiendas in apostolicorum virorum litteris legimus, ferentes de reliquo accipiam, sicut istis[e] temporibus peccatis meis merentibus frequenter accepi. Quod si sanctitati vestrae placuerit, non vobis opus agere in postmodum erit, donec apostolica vestra iussio me inoboedientem in aliquo contra regulas sacras per contemptum, quod absit, invenerit. Qui enim, quare Dominus in evangelio centurionis fidem dicentis: 'Dic verbo et sanabitur puer meus'[f], intellegit, quam operatorium sit episcopi, immo sicut in Paulo in se loquentis Christi, quanto magis pontificis apostolicae sedis verbum[g] et quam oboedienda sit ipsius praeceptio, etiam sine ulla adiurationis adiectione cognoscit. Quod et scientibus inculcare et nescientibus intimare sapientibus et insipientibus debitores debemus episcopi. Quibus si de reliquo verba iniquorum praevaluerint adversum nos, sicut[h] iactitant[i] proferentes, non erit necesse de provincialibus sinodis, in quibus hactenus laboravimus, magnopere laborare; quippe quoniam erit et lex et spes sibi quisque.

864.

Matth. 8, 8.

Vgl. 2. Cor. 13, 3.

Quod quidem vestra humilitati nostrae scripsit[7] sublimitas primo, vos commotos esse ad Rothadi causam inquirendam cura, qua pro universis fratribus vestris constringimini[8], cum debita reverentia gratanter accepi, intellegens, quia in numero fratrum nos qualescumque metropolitani computari debemus. Eapropter, sicut vestrae discretioni providendum est, ne[k] subiecti episcopi a metropolitanis irregulariter condempnentur, ita nihilominus providendum est[k], ut metropolitani a subiectis episcopis non irregulariter contempnantur[l]. Deinde quod perspectissime scripsistis[9] secundo, quoniam sedem apostolicam Rothadus noscitur appellasse et ne videamini ecclesiae vestrae privilegiorum

---

a) Rigoberto *von späterer Hand übergeschr. 1*[b], *übernommen 3.* b) Karli *1*[b]. c) Treverensis *(häufig) 2.* d) *Doppelt 1*[b]. e) estis *1.* f) *Zu ergänzen wohl:* laudet *oder* laudaverit. g) *Fehlt 1*[b]. h) sic *2.* i) lactitant *1.* k) ne—est *(Z. 32) fehlt 1.* l) *So Sirm.;* condempnantur *SS. XIII, 498 Z. 31 (gemäß 1, 2).*

1) *Vgl. das Privileg Nikolaus' I. von 863, MG. Epist. VI, 365f. Nr. 59.* 2) *Vgl. das interpolierte Privileg Hadrians I. für Eb. Tilpin von Reims ed. E. Lesne, Le Moyen âge XVII (1913), 349 (J.-E. 2411). S. auch Neues Archiv 44, 53 A. 2.* 3) *Gemeint ist B. Rigobert von Reims. Zur Sache vgl. H. Schmidt a. a. O. (oben S. 2 A. 2) S. 38ff.* 4) *Karl Martells.* 5) *Vgl. H. Schmidt a. a. O. S. 57 A. 1. S. auch oben Nr. 160 S. 125f.* 6) *Zu dieser Stelle vgl. die eingehenden Bemerkungen von H. Schmidt a. a. O. S. 96ff.* 7) *Hier und im folgenden ist anscheinend auf den durch den Diakon Liudo überbrachten Papstbrief (vgl. oben S. 145 A. 5) Bezug genommen, dessen Inhalt aus dieser Stelle wenigstens teilweise etwas schärfer erkennbar wird.* 8) *Vgl. den gleichzeitigen Brief Nikolaus' I. an Königin Irmintrud, MG. Epist. VI, 376 Z. 25 Nr. 64.* 9) *Vgl. MG. Epist. VI, 360 Z. 23f. Nr. 57; auch MG. Epist. VI, 363f. Nr. 58.*

864. detrimenta diebus vestris aequanimiter tolerare: et hoc nihilominus a nobis et ab omnibus est rectissime suscipiendum et sollertissime conservandum. Quod et ego pro modulo meo servandum esse volui et volo et favente Domino in hac devotione manebo, sciens privilegium metropolitanae sedis Remorum, cui me divina dignatio servire disposuit, in summo privilegio sanctae sedis Romanae manere et privilegium esse sedis Romanae, si sua auctoritate privilegium sibi subiectae sedis fecerit vigere et studuerit confirmare[1]. De eo vero, quod tertio loco ad medium devocastis, scribere aliud nihil praesumpsi[2], nisi quia causa Rothadi a causis illorum, de quibus scripsistis, est pene in cunctis dissimilis. De eo, quod tandem apostolica vestra benignitas indignitati meae scribere est dignata[3], ut haec vobiscum cogitem et quod de Rothado decernitis approbem et non ad mei iniuriam id vos egisse aliquantulum autumem: quantum valeo, totis medullis cordis cum omni supplicatione et debita ac submissa humilitate immensas gratiarum actiones sancto apostolatui vestro rependo, cum omni sinceritate animi rescribens, quia, sicut scribere[a] mihi[a] dignati[a] estis, ita per omnia credo.

Et quia privilegium vestri summi pontificatus, ut condecet et omnes desideramus, evindicatum habetis[b], quod nemo nostrum contradixerat, in deductione Rothadi, sicut praecepistis, ad vestram praesentiam, ut perdonare dignati estis, videre desidero et visurum me esse confido; quia non aliud nisi, ut supra monstravi, quod regulae sacrae praecipiunt et mihi petendum et vobis concedendum est[c], postulo: videlicet ut sic Rothado ab auctoritate vestra compassio exhibeatur, ut vigor ecclesiasticus non dissolvatur, et sic vigor ecclesiasticus conservetur, ut debita misericordia et necessaria sufficientia ei non denegetur[d], quatinus nec ipsius exemplo ad excedendum alii provocentur; ne, quibus in istis regionibus longius ab apostolica sede remotis censurae ecclesiasticae moderatio est commissa, hinc, quod absit, conspiciant, unde aut neglegentia aut dissolutione tepescant vel terminos, quos statuerunt patres, transgrediendi materiem se sumere posse dicant, quos, sicut intelleximus, nos hactenus servasse putamus. Vos videbitis, quid inde facto melius erit; et nobis in iudicio vestro videndum est, quid Deus velit. Quoniam iniusta esse non poterunt divina iudicia, quae a soliditate confessionis apostolicae petrae, adversus quam inferi portae, id est suggestiones vel operationes pravae, non praevalebunt, dictante iustitia proferentur.

(Vgl. Prov. 22, 28.) (Vgl. Matth. 16, 18.)

Epistolam[4], quam mihi auctoritas vestra cum obtestatione praecepit Rothado dirigere, domnus noster rex filius vester, mox ut ad eum venit, per abbatem suum Rothado direxit. Rodulfus quoque, eiusdem filii vestri domni nostri regis avunculus[5], III. Idus nunc elapsi mensis Decembris[6] a Hludouuico Germaniae rege revertens, cum valde vesperi a corte regis nostri ad mansiones nostras super fluvium Ligerim secus confinium regni Aquitaniae festinarem[e], misit ad me hominem suum nomine Rodulfum, mandans, quia praefatus rex Hludouuicus quendam hominem Rothadi cum epistolis vestrae sanctitatis manui et fidei suae commisit, quatinus ita ad praesentiam domni nostri regis Karoli cum eisdem epistolis eum perduceret, ut nullum malum ei inferret. Est[f] enim apud domnum nostrum regem idem homo accusatus, quod fraudatus sit res et thesaurum ecclesiae et post per-

---

a) mihi scribere dignati *2;* scriberemus dignati *1b*. b) habemus *1b*. c) *Fehlt 1.* d) degetur *1.* e) festinarent *1, 2;* festinaremus *3b*. f) Et *1.*

1) *S. oben S. 157 A. 1.* 2) *Vgl. oben Nr. 165 S. 143.* 3) *Dem Sinne nach ähnlich hat Nikolaus I. später in der Angelegenheit Wulfads an Hinkmar geschrieben, MG. Epist. VI, 429 Z. 26f. Nr. 80.* 4) *MG. Epist. VI, 373f. Nr. 62.* 5) *Vgl. oben S. 63 Z. 35f. und A. 8.* 6) *Vgl. oben S. 144 A. 2.*

iurium inde commissum fuga lapsus ad Hludouuicum regem perrexerit. Unde idem Rodulfus petiit, ut ego illum inde apud domnum nostrum regem adiuvarem, ut, quoniam praedictum hominem in sua fide acceperat, nullum malum haberet. Cui respondi, ut teneret ipsum hominem secum, ne interim ullum malum pateretur, donec ad cortem redirem et quantum possem inde illum adiuvare curarem. Ipsum autem hominem nec tunc nec postea vidi nec quo abscesserit cum epistolis audivi. 864.

Quae idcirco sanctitati vestrae scribere studui, ut, si aliquis malivolorum nostrorum more suo vobis quiddam sinistri ex hoc suggerere voluerit, quid inde verum sit, cognoscatis et erga me vestrum animum non moveatis. Rationem[1] denique, quam reddidi coram electis iudicibus, de quibus per libellum provocationis ad electorum iudicium[a] fueram a Rothado impetitus, ipsi venerabiles episcopi vestrae auctoritati transmittunt. De gestis vero a Rothado post excommunicationem suam in provinciali[b] sinodo compilatis, quas[c] per vicinos nostros[2] ad vos in derogationem nostram pervenisse audivimus, episcopi Remorum provinciae per communes legatos nostros vestrae sanctitati quae sciunt intimare curarunt*[3].

Denique praefato[4] Ebone[5] defuncto ecclesia, sed et parrochia nostra secundum consuetudinem, quam ex antiquo habuit etiam de his, qui in episcopatu usque ad obitum in eadem ecclesia non permanserunt, ipsius nomen inter sacrosancta misteria in episcoporum catalogo[d] recitare pietatis gratia coepit et hactenus facit. Quod ego, ne scandalizarem devotos quasi invidens saluti fraternae, maxime autem quiescentis in Domino animae, qui non pro exorbitatione a catholicae fidei sanitate anathematizatus, sed sua conscientia stimulante primum a se ipso et postea a sinodo, sed et apostolica sede dampnatus extitit, hoc prohibere sine apostolicae sedis auctoritate nequaquam praesumpsi, dicente[6] beato Caelestino papa, quia nefas est haec pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque convenit macerari. Nunc autem in epistolis sanctitatis vestrae[7], quas Engeluuinus[e] diaconus[8] nobis attulit, invenimus, ut Teotgaudum[f 9] et Guntarium[10] in catalogo[g] episcoporum non recipiamus. Et Anthiocenum[h] concilium[11], ut praemisimus[12] et melius ipsi scitis, de eo, qui post dampnationem iuxta praecedentem consuetudinem episcopale praesumit ministerium, quod Ebonem fecisse non dubium est[i], — rescribere mihi dignetur apostolica vestra auctoritas, utrum eundem Ebonem inter episcopos in sacris dipticis in ecclesia nostra nominare permittam an, ne de cetero in episcoporum catalogo nominetur[k], prohibere debeam, quatinus vestra auctoritate fultus, quid in nostra ecclesia inde sit observandum, sine ambiguitate decernentibus vobis demonstrem.

---

*) *Hiernach Auslassung bei Flod., der bemerkt:* Item post aliquanta de promotione ipsius domni Hincmari ad episcopatum, quae iam superius partim praenotata *(vgl. MG. SS. XIII, 475),* non curavimus hic iteranda.

a) *Fehlt 1b.* b) provincia *1.* c) quae *3.* d) cathologo *2.* e) Engeluinus *1b.* f) Teotgaudium *1, 2.* g) cathologo *2.* h) Antiocenum *1b.* i) *Es wäre hier weitere Bezugnahme auf den betr. Kanon von Antiochia (vgl. unten A. 11) zu erwarten.* k) nominet *1.*

1) *Diese zu den Synodalakten von Soissons (862) gehörige Rechtfertigung ist samt jenen verloren. Vielleicht hat sie für das Stück oben Nr. 160 S. 122 ff. teilweise als Grundlage gedient.* 2) *Die lothringischen Bischöfe. S. auch oben S. 147 Z. 11 und A. 4.* 3) *Nicht erhalten. Ob dieses Schreiben der* episcopi Remorum provinciae *mit dem oben Nr. 160 S. 138 von Hinkmar erwähnten Synodalbericht zusammenzubringen ist (vgl. auch ebenda A. 4), erscheint nicht ohne weiteres durchsichtig.* 4) *In dem von Flodoard übergangenen Teile des Briefes, vgl. oben Z. 33 ff.* 5) *Vgl. oben S. 6 Z. 21 und A. 9.* 6) *Decr. Coelestin. I. c. 2, Codex canonum (1609) S. 408; Hinschius S. 557 (J.-K. 381).* 7) *Vgl. MG. Epist. VI, 286 Nr. 19, Ann. Bertin. 863 ed. Waitz S. 63 ff.* 8) *Vgl. Dümmler II², 111 und A. 1.* 9) *S. oben Nr. 58 S. 33 und A. 4.* 10) *S. oben Nr. 135 S. 81 und A. 7.* 11) *C. 4, Codex canonum (1609) S. 57 f.; Hinschius S. 270.* 12) *Wohl in dem nicht erhaltenen Teile dieses Schreibens, vgl. oben Z. 33 ff.*

864. Ceterum Liudo mihi dixit, quod cum eo rationem de dampnatione et reclusione Gothescalci[1] habuissetis. Unde quoniam per alios iam audieram ad sanctitatem vestram verba venisse, misi auctoritati vestrae quaedam ex verbis et catholicorum sensibus in rotula, qualiter contra ipsius[a] pestiferi hominis sensum sentiam[b], per Odonem episcopum[2] et nihil inde responsionis accipere merui. De quo nihilominus ut redderem rationem, 5 quidam episcopi, quorum nihil de illo intererat, quoniam nec eos, ut ipsi manifestis indiciis prodiderunt, ad hoc caritas commovebat[c] nec auctoritas deducebat, me ad conciliabulum nuper Metis habitum, quod vocari sinodum vetuistis[3], sicut intellego, inregulariter quarto die antequam congregaretur, cum ego longius quam LXXX et idem Gothescalcus plus quam C milibus ab ipsa civitate disparati essemus, nihil me inde ante praemonitum 10 per quendam laicum hominem litteris[4] vocaverunt.

Et nunc ideo breviter de eo sanctitati vestrae suggero[5], quoniam, antequam ad episcopatus ordinem pervenirem, sicut abbas suus et[d] monachi, inter quos fuerat conversatus, ei testimonium perhibent, in **metropolis[6] ecclesiae Remorum monasterio** in Suessonica[e] parrochia, quod **Orbacis[f] dicitur, habitu monachus, mente ferinus, quietis impatiens** et vocum[g] novi- 15 tate[7] delectans ac **inter suos mobilitate noxia singularis, de omnibus, quae** in his regionibus **perverse tunc temporis sensa cognoverat,** quaedam **sibi elegit capitula**[8], ut novitate vocum[g][7] innotesci **valeret[h]** utque **simplicium[i] et devotorum sensus pervertere et magistri sibi nomen usurpando post se discipulos trahere illisque, qui ad sua vota auribus prurientes magistros sibi coacervare decertant[9], quaerere indebite, quoniam legittime non poterat,** simulation**e vita**e **religiosa**e **et doctrina** 20 **praeesse. Quique** a Remorum corepiscopo[k][10], qui tunc erat, contra regulas presbiter ordinatus **a monasterio inregulariter exiens peragratis regionibus plurimis** et exitiosa semina sator pessimus seminans, tandem **in Mogontina[l] civitate habitae[m] sinodo[11]** et[n] **Rabano archiepiscopo[12] libellum sui erroris porrigens dampnatus** ab omnibus Germaniae episcopis **cum litteris sinodalibus[13] ad metropolim Remorum,** cui iam auctore Domino praeeram, **est remissus.** Postea autem **a[14]** 25 Belgicae, Remorum ac Galliarum provinciarum **episcopis auditus[15]** et **inventus haereticus,** quia resipisci[o] a sua pravitate non voluit, **ne aliis noceret qui sibi prodesse nolebat,** iudicio praefatarum provinciarum episcoporum in nostra parrochia, quoniam Rothadus, de cuius parrochia erat[16], illi nesciebat resistere et novitates amans timebatur a nobis: ne disceret prava[p] sentire, qui noluit discere[q] recta docere, neve idem Gothescalcus cum aliis com- 30 munem vitam ducens errori suo faceret esse communes, monasteriali est[r] custodiae[17]

Vgl. 2. Tim. 4, 3.

a) *Fehlt 1.* b) sententiam *1.* c) comonebat *1.* d) *Fehlt 1; von späterer Hand übergeschr. 1b.* e) Suessionica *2.* f) Orbacus *3.* g) votum *1.* h) *Auch für den anschließenden Finalsatz ist dieses* valeret *in Anspruch zu nehmen. Vgl. Migne 125, 84.* i) supplicium *1b.* k) coepiscopo *2.* l) Magontina *2.* m) habita *SS. XIII.* n) *A usgelassen SS. XIII.* o) resipiscere *3b.* p) parva *2.* q) dicere *1, 2.* 35 r) *Fehlt 2.*

1) *Vgl. Traube, MG. Poet. III, 719 n. 48.* 2) *Vgl. oben Nr. 158 S. 121 und A. 5.* 3) *Vgl. MG. Epist. VI, 285 c. 1:* — — nec vocari synhodum, sed tamquam adulteris faventem prostibulum appellari decernimus. 4) *Nicht erhalten. Vgl. Traube, MG. Poet. III, 719 n. 47. Fragment der Antwort darauf: oben Nr. 164 S. 141f. mit dem Anfang:* Quidam homo laicus ut ipse dixit 40 nomine Fulradus. 5) *Vgl. oben S. 8 A. 3.* 6) *Im folgenden bis* est remissus *(unten Z. 25) weitgehende Übereinstimmung mit Hinkmar, De praedestinatione, Migne 125, 84f.* 7) *Vgl. oben Nr. 141 S. 109 Z. 37.* 8) *Vgl. Traube, MG. Poet. III, 713 A. 1; auch oben S. 27 und A. 2.* 9) *S. auch oben Nr. 141 S. 109 Z. 37f.* 10) *Rigbold. — Vgl. Traube, MG. Poet. III, 711 n. 11 und A. 1; oben Nr. 25 S. 9 und A. 2.* 11) *Oktober 848. Vgl. oben S. 8 A. 1.* 12) *Vgl. oben S. 8 A. 2.* 45 13) *Gemeint ist das Schreiben Rabans an Hinkmar, überliefert bei diesem in 'De praedestinatione', Migne 125, 84ff. Vgl. Werminghoff, Neues Archiv 26, 614f.* 14) *Vgl. den in der vorigen A. genannten Brief Rabans, Migne 125, 85.* 15) *Auf der Synode von Quierzy 849. Vgl. oben Nr. 37 S. 23 und A. 6.* 16) *S. oben Nr. 23 S. 8.* 17) *In dem Kloster Hautvillers. Vgl. Schrörs S. 104.*

mancipatus, docente apostolo: 'Haereticum hominem post primam et secundam correptionem devita, sciens subversum esse huiusmodi et proprio iudicio condempnatum.' Qui, ut Leo papa de Eutice dicit[1], cum videret insipientiae suae sensum catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat nec ita ecclesiae praesules commovere[a], ut dampnationis 5 sententiam mereretur excipere. Quam utique, si in suo sensu voluerit permanere, nullus poterit relaxare. A qua dampnatione[b] si voluisset ad sensum catholicum resipiscere, paratus semper fui et sum, quoniam sic venerabiles iudicaverunt episcopi, eum in catholicae ecclesiae communionem recipere, sicut ei iubeo quae sunt corpori necessaria ministrare.

864. — Tit. 3, 10. 11.

Si autem vestra catholica sapientia vult scire, quae contra catholicam fidem ex veteri 10 haeresi Praedestinatiana[c] — quae primum in Affrica, postea in Galliis per idem tempus, quando et Nestoriana[d] haeresis est exorta, et tempore Caelestini[2] papae[3] ipsius auctoritate et instantia sancti Prosperi est revicta[4] — dicere videatur, de multis pauca vobis numero, sed non pondere, capitulatim significamus.

Dicit[5] — quod et veteres Praedestinatiani dixerunt —, quoniam sicut Deus quosdam 15 ad vitam aeternam[e], ita quosdam praedestinavit ad mortem aeternam. Dicit — quod et veteres Praedestinatiani dixerunt —, quoniam non[6] vult Deus omnes homines salvos fieri, sed tantum eos, qui salvantur; omnes[7] autem salvari, quoscumque[f] ipse salvare voluerit, ac per hoc quicumque non salvantur penitus non esse voluntatis illius, ut salventur. Quoniam[g], si non omnes salvantur, quos vult Deus salvos fieri, non omnia quaecumque voluit fecit. Et 20 si vult quod non potest, non omnipotens, sed infirmus est. Est[8] autem omnipotens, qui fecit quaecumque voluit, dicente[9] scriptura: 'Omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo et in terra, in mari[h] et in omnibus abyssis'; et item: 'In voluntate tua, Domine, cuncta sunt posita, et non est qui[i] possit tuae[k] resistere[k] voluntati. Si decreveris nos salvari[l], continuo liberabimur.' Dicit[10] — quod et veteres Praedestinatiani dixerunt —, quod non 25 pro totius mundi redemptione, id est non pro[m] omnium hominum salute et redemptione, dominus et salvator noster Iesus Christus sit crucifixus et mortuus, sed tantum pro his, qui salvantur. Dicit quoquo modo dispari traditione, sed pari errore — quod et veteres Praedestinatiani dixerunt —, exponens[11] sententiam apostoli Petri 'eum[n], qui[n] emit[n] eos, Dominum negantes': Baptismi, inquit, sacramento eos emit, non tamen pro eis crucem subiit 30 neque mortem pertulit neque sanguinem fudit. Quod autem baptismi perceptio redemptio nuncupatur, doctor gentium manifeste fatetur: 'Nolite contristari[o]', inquit, 'spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis.' At[12] illa, quae propria et specialis est solorum omnium electorum, quam eis tantummodo crucifixus impertivit pius redemptor ipsorum, sicut a praeteritis, ita nimirum et a praesentibus natos et nascituros, vivos et mortuos, videlicet omnes pariter electos, redemit, eruit 35 abluitque peccatis. Ipsi prorsus, ipsi sunt mundus, pro quo passus est Dominus, ut ipse dixit:

Vgl. 1. Tim. 2, 4. — Ps. 134, 6. — Est. 13, 9. — 2. Petr. 2, 1. — Eph. 4, 30.

a) commonere *2.* b) clamatione *1b.* c) predestinata *1b.* d) Hestoriana *1.* e) etiam nam *1.* f) *Vgl. SS. XIII, 500 Z. 54 Var. x.* g) et *1.* h) mare *2.* i) *Fehlt 1.* k) resistere tuae *2.* l) *Vgl. SS. XIII, 501 Z. 53 Var. d.* m) *Fehlt 1b.* n) emit eum quod emit *1.* o) contristare *3.*

1) *Brief an Kaiserin Pulcheria, Hinschius S. 571 (J.-K. 425).* 2) *Ganz ähnlich Hinkmar* 40 *in 'De praedestinatione', Migne 125, 298. 394.* 3) *422—432.* 4) *Vgl. auch oben Nr. 136 S. 104.* 5) *Vgl. Gottschalks Glaubensbekenntnis in Hinkmars 'De praedestinatione', Migne 125, 89f.* 6) *S. oben Nr. 48 S. 27 und A. 2.* 7) *Aus dem Brief des Prudentius an Wenilo, Migne 115, 1367, bei Hinkmar, De praedestinatione, Migne 125, 211. Vgl. auch Migne 125, 449. 452.* 8) *Vgl. Hinkmar, De praedestinatione, Migne 125, 215.* 9) *Vgl. den Brief des Prudentius a. a. O.* 45 *(s. oben A. 7).* 10) *Vgl. oben Nr. 48 S. 27 Z. 8f.* 11) *Gottschalk an Raban bei Hinkmar, De praedestinatione, Migne 125, 365. 370. 291.* 12) At illa—crucis tuae *(unten S. 162 Z. 5): Gottschalk bei Hinkmar, De praedestinatione, Migne 125, 371f. Vgl. auch ebenda 125, 291.*

864. 'Panis, quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita'. Et item alibi idem Gotescalcus scribit:[1] Absit
Ioh. 6, 52. procul a me, ut vel illud solummodo velim sompniare, nedum semel susurrare, ut ullum eorum perpetualiter secum periturum antiquus rapere valeat anguis, pro quibus redimendis tam pretiosus Deo patri domini Dei nostri filii sui fusus est sanguis. Amen. Et item loquens ad Deum: Claret itaque satis aperte, quod nullus tibi perit, quisquis redemptus est per sanguinem crucis tuae. 5

Quod Praedestinatiani veteres non dixerunt, iste ut audacius ita et perniciosius dicit[a]: deitatem sanctae trinitatis trinam esse[2]. Sunt et alia, quae et[b] ipse et alii plures in istis partibus dicunt, quae nobis sanae fidei adversari videntur. Quae dum per alium quam per vilitatem personae[c] meae[c] auctoritas vestra cognoverit, forte attendet sollertius et quae inde tenenda sunt docere studebit quantocius. Erit enim in proximo inde necessitas; quia[3], 10 etsi[d] eorum corda in[e] insania perversi sensus ebulliunt, ortodoxi tamen regis nostri tempore
Ps. 32, 7. prava, quae sentiunt, eloqui non praesumunt, ita ut aperte videamus impleri quod scriptum est: 'Congregans sicut in utre[f] aquas maris.' Aqua enim maris sicut in utre congregata est, quia amara haereticorum scientia, quicquid hodie in isto regno filii vestri domni Karoli pravum sentit, in pectore comprimit et aperte dicere non praesumit. Meam quoque exiguitatem et occulte canino dente 15 corrodunt. Facile[g] adiuvante Domino portare valebo, quia et mihi paucum superest temporis spacium et, si inter filios ecclesiae permittente Deo in me acceperint potestatem corporaliter affligendi, divina gratia adiuvante exercebunt patientiam. Sed et, si tantummodo male sentiendo adversabuntur, exercebunt quantulamcumque scientiam et, ut etiam
Vgl. Matth. 5, 44. inimici secundum praeceptum Domini diligantur, exercebunt benivolentiam. 20

Praefatum autem Gothescalcum, si vestra auctoritas mihi scripserit, ut eum a custodia solvam et aut ad vos eundi, ut per vos eius doctrinam experiamini, aut ad quemcumque ex nomine designatum pergendi licentiam donem — quia, ut melius ipsi scitis, sicut absolute[4] quisque regulariter ordinari non valet, ita nisi ex ipsius consensu, cuius esse dinoscitur, certae personae commendandus et ad certum locum monachus vel quisque sub 25 regula constitutus a loco suo absolvi iuxta regulas sacras non valet —, vestris iussionibus nullomodo resultabo: tantum ut[h] auctoritatem vestram habeam, ne tantorum episcoporum iudicium[5] mea praesumptione parvipendere videar. Non enim illius delector, quam iuste sustinet pertinaciter[6] contumax, quantulamcumque[i] reclusionis molestiam[k], sed doleo, a qua revocari non potest, perfidiam. Quem si cuicumque commendandum vestra auctoritas 30 viderit, hoc in commendatione etiam providebit, ut cui commendabitur catholicus sit et gravitatem ecclesiasticam et vigorem ac scripturarum scientiam habeat, quia non solum scripturas ad suum sensum violenter inflexas, sed et catholicorum dicta detruncata per totum diem sine respiratione aliqua praevalet memoriter decantare.

Unde non solum idiotas in admirationem sui abducere, verum et sciolos et incautos 35
Vgl. Rom. 10, 2. atque zelum Dei, sed non secundum scientiam habentes in sententiam suam solitus erat traducere. Et non solum doctorum suorum doctor videri appetit, sed et hoc sollerter satis intendit, ut secum loquentes vel in sermone capere[l] valeat. Et, si de veritate non poterit,

---

a) dixit *1.* b) *Fehlt 2, 3.* c) meae personae *2, 3.* d) si et *1.* e) *Fehlt 1a.* f) utrem *1.* g) autem *hinzugefügt 3.* h) *Fehlt 1.* i) quantulam *1;* quantulacumque *3.* k) molestia *3.* 40 l) *Fehlt 1.*

1) *Die gleiche Form des Überganges auch bei Hinkmar a. a. O.* 2) *Vgl. die Schedula Gottschalks oben Nr. 141 S. 110 ff.* 3) *Vgl. Hinkmar, De praedestinatione, Migne 125, 354.* 4) *Vgl. Konzil von Chalcedon c. 6, Codex canonum (1609) S. 124; Hinschius S. 285.* 5) *Gemeint offenbar der Urteilsspruch der Synode von Quierzy 849, vgl. oben S. 23 und A. 6.* 6) *Vgl. oben S. 23 Z. 15,* 45 *auch S. 10 A. 5.*

invincibiliter sacramentis affirmare curabit ea secum loquentes dixisse, quae forte non dixerant, ut ipse verax et illi, qui ei contradicunt, probentur esse mendaces et adversus suam doctrinam docentes[a]. 864.

170.

Hinkmar gutachtet in Sachen König Pippins II. von Aquitanien und über dessen Buße; er befiehlt Vorlage seiner Meinungsäußerungen bei König Karl dem Kahlen. Juni 864.

Hs.: S. Laurentii Leodiensis, verschollen (B).
Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 829 (aus B); Migne 125, 1119.
Schrörs Reg. 175.

Sanctus[1] papa Gregorius in decretis ad Felicem Siciliensem episcopum diffinivit dicens[2]: Progeniem suam unumquemque de his, qui fideliter edocti et iam firmata radice plantati stant inconvulsi, usque ad septimam observare decernimus generationem, et quamdiu se cognoscunt affinitate propinquos, ad huius copulae non accedere societatem. Nec eam, quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit vel aliqua illicita pollutione maculavit, in coniugium ducere ulli profecto licet Christianorum vel licebit, quia incestuosus est talis coitus et abominabilis Deo et cunctis hominibus. Incestuosos vero nullo coniugii nomine deputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus. Et item papa Gregorius hinc inter alia in decreto synodali ante beati Petri corpus diffinivit hoc modo[3]: Si quis de propria cognatione et quam cognatus habuit duxerit in uxorem, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit. Et hinc sacri canones dicunt[4]: De incestis coniunctionibus nihil prorsus veniae reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestuosos vero nullo coniugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem. Sanctus Siricius in decretis suis de apostatis monachis: Has, inquit[5], impudicas detestabilesque personas a monasteriorum coetu ecclesiarumque conventibus eliminandas esse mandamus, quatenus retrusae in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes purificatorio possint poenitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem saltem solius misericordiae intuitu per communionis gratiam possit indulgentia subveniri.

In hoc capitulo stat modo Pippinus et in alio capitulo, quod de apostatis idem Siricius decrevit[6]. Quia vero nunc dicit se poenitere de praeteritis malis, quia habitum et professionem suam deseruit et sacramentum, quo se constrinxit, graviter violavit et quia cum paganis se iunxit, et profitetur se ad suam professionem et habitum velle redire: quoniam

---

a) *Schluß des — offenbar nicht vollständigen — Brieftextes bei Flod. Vgl. auch oben S. 144 A. 2.*

1) *Das nur fragmentarisch überlieferte Stück entbehrt des Titels und der Adresse (vgl. unten S. 165 Z. 12:* Accipe, frater et fili, istam rotulam*). Die Inskription 'Hincmari consilium de poenitentia Pippini regis' wird kaum als alt angesprochen werden dürfen, sodaß Hinkmars Autorschaft in der Hauptsache durch die ihm eigentümliche deduktive Beweisführung unter Häufung beliebter Zitate sehr wahrscheinlich gemacht wird. Hinzukommt, daß er eben in Fragen des Kirchenrechts der angesehenste Gutachter des westfränkischen Reiches war. — Die Verurteilung Pippins wird wohl von Dümmler II², 104 und Vogel, Die Normannen und das fränkische Reich S. 204 richtig der Synode von Pîtres 864 zugeschrieben (dementsprechend die Einreihung von Schrörs Reg. 175; jedoch S. 236 irrig mit der Synode von Pîtres 862 verknüpft). Vgl. auch Ann. Bertin. 864 ed. Waitz S. 67. 72.* 2) *Hinschius S. 751 (J.-E. † § 1334).* 3) *Decr. Gregor. II. c. 9, Codex canonum (1609) S. 611; Hinschius S. 754.* 4) *Konzil von Agde (506) c. 61, Hinschius S. 336 = Konzil von Epaon (517) c. 30, MG. Concil. I, 26.* 5) *Decr. Siric. c. 6, Codex canonum (1609) S. 317 f.; Hinschius S. 521 (J.-K. 255).* 6) *Ebenda c. 3, Codex canonum (1609) S. 316; Hinschius S. 521 (J.-K. 255).*

864. illius causa synodali diffinitione atque iudicio decreta fuit[1], si tempus et locus permitteret, synodali iudicio immutari debuerat. Nunc autem, quia huic iudicium et hinc nos circumstat misericordia, pro iudicio synodali sequenda nobis sunt, quae a sede apostolica et per synodalia iudicia sunt diffinita, dicente beato Leone[2], quia in dispensandis Dei donis non debemus esse difficiles nec accusantium se gemitus lacrimasque neglegere, cum ipsam poenitendi 5
2. Tim. 2, 25. 26. affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente apostolo: 'Ne forte det illis Deus poenitentiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem'. Et item idem in decretis suis dicit[3]: Propositum monachi proprio arbitrio aut voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Quod enim quis vovit Deo debet ei reddere. Unde qui relicta singularitatis professione ad militiam vel nuptias devolutus est, publicae poenitentiae satisfactione purgandus est. 10 Quia etsi innocens militia et honestum potest esse coniugium, electionem meliorem[a] deseruisse transgressio est.

Et quia Pippinus se paganis sociavit[4], qua societate multa mala in Christianitate profecta sunt, sequendum est de eo Leonis capitulum, quo dicit[5]: Si convivio solo gentilium et escis immolatitiis usi sunt, possunt ieiuniis et manus impositione purgari, ut deinceps ab idolothytis 15 abstinentes sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem idola adoraverunt aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos nisi per poenitentiam publicam non oportet admitti. Et Niceni canones de his, qui praeter necessitatem praevaricati sunt, qualiter poeniteant, dicunt[6]. Quia vero, ut audivi, paralysi solet Pippinus percuti, sequenda est de illo sententia magni Leonis, qua dicit[7] de his, qui in tempore necessitatis et in periculi urgentis instantia prae- 20 sidium poenitentiae et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est nec reconciliatio deneganda, quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere nec tempora diffinire, apud quem
Vgl. Is. 45, 22. nullas patitur veniae moras vera confessio, dicente Dei spiritu per prophetam: Cum ingemueris, tunc
Ps. 129, 7. salvus eris; et iterum: 'Quia apud Dominum misericordia est et copiosa apud eum redemptio.' Et Innocentius dixit[8]: De poenitentibus, qui sive ex gravioribus commissis sive ex levioribus poeniten- 25 tiam gerunt, si nulla interveniat aegritudo, quinta feria ante pascha eis remittendum Romanae ecclesiae consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere aestimando delictorum sacerdotis est iudicare, ut adtendat ad confessionem poenitentis et ad fletus atque lacrimas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in aegritudinem inciderit atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus paschae relaxandum, ne de saeculo absque communione discedat. 30

Plura sunt alia, quae hinc possemus colligere, nisi ista crederemus posse sufficere. Unde quantum mihi videtur, non praeiudicans synodali sententiae[9] de Pippino decretae,
Iac. 2, 13. sed confisus de Dei misericordia, qui per apostolum suum dicit, ut superexaltet 'misericordia iudicium', et de caritate confratrum nostrorum et de auctoritate sacrorum canonum et pontificum Romanorum, exhortandus est Pippinus, ut puram confessionem de 35 omnibus peccatis suis, quae ab ineunte aetate perpetravit, secrete faciat, quia forte talia peccata fecit, quae turpe est etiam in publicum dicere. Et de hoc quod suum habitum dimisit et se periuravit et quia cum paganis se iunxit, de qua sua coniunctione multa mala

---

170. a) meliorum *Sirm.*

1) *Vgl. Schrörs S. 236 A. 75.* 2) *Ad Theodor. Foroiul. episc., Hinschius S. 626 (J.-K. 485).* 40 3) *Decr. Leon. I. c. 26, Codex canonum (1609) S. 459; Hinschius S. 617 c. 12 (J.-K. 544).* 4) *Vgl. Ann. Bertin. 864 ed. Waitz S. 67:* Pippinus, Pippini filius, ex monacho laicus et apostata factus, se Normannis coniungit et ritum eorum servat. 5) *Decr. Leon. I. c. 30, Codex canonum (1609) S. 461; Hinschius S. 617 f. c. 17 (J.-K. 544).* 6) *C. 11, Codex canonum (1609) S. 6; Migne 67, 149.* 7) *Ad Theodor. Foroiul. episc., Hinschius S. 625 f. (J.-K. 485).* 8) *Decr. Innocent. I. c. 7, Codex* 45 *canonum (1609) S. 335 f.; Hinschius S. 528 (J.-K. 311).* 9) *Vgl. Schrörs a. a. O., aber auch oben S. 163 A. 1.*

sunt perpetrata, coram ecclesia inter publice poenitentes se lacrimabiliter accuset et poenitentiam et reconciliationem humiliter petat et de omnibus, quae vel secrete confessus fuerit vel publice accusaverit, per manus impositionem episcopalis auctoritatis publice reconcilietur et reconciliatus tonsuram clericalem accipiat et habitum monasticum recipiat et profiteatur se de cetero servare quae expetit et expedit et sic communionem sacri altaris recipiat. Reconciliatus autem benigne tractetur et tali loco sub libera custodia misericorditer custodiatur, ut custodes monachos ac bonos canonicos habeat, qui eum exhortentur et quorum doctrina et exemplo bene de cetero vivere et praeterita peccata plangere discat et quorum providentia et loci convenientia ita custodiatur, ut ad pristinum vomitum redire nequeat, etiamsi diabolo suadente voluerit, et recidivum scandalum per eum in sancta ecclesia et in ista Christianitate oriri non possit.

864. Vgl. Prov. 26,11.

Accipe, frater et fili, istam rotulam, sed et illam de cognatione non coniungenda, et porta illas domno regi[1] et relege coram illo et de ista fac secundum illius consilium et commendationem et de illa, quae de cognatione non coniungenda tibi mittitur, per eius consilium et auxilium sequere sacras auctoritates tibi directas. Providentia de Pippino non est neglegenda et, ut certi ac fideles custodes adhibeantur, satis est procurandum nec obliviscendum, quid de eo in monasterio sancti Medardi accidit[2] et quid de Karlomanno[3] in Corbeia evenit. Nam quod factum est adhuc fieri potest.

171.*

Hinkmar an Erzbischof Wenilo von Rouen über die Normannenabwehr an der Seine.

Schrörs Reg. 176. *um Mitte 864.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[4] Weniloni Rothomagensi[5] de operariis et opera, quam faciebat ad Pistas in Sequana[6].

172.*

Hinkmar an König Karl den Kahlen über den Brückenbau bei Pîtres.

Schrörs Reg. 177. *um Mitte 864.*

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 18 (MG. SS. XIII, 510): Item[7] de opera pontis, quem rex[8] cum ipso ac ceteris nonnullis fidelibus suis faciebat ad Pistas in Sequana.

---

1) *Karl dem Kahlen.* 2) *Im Jahre 854 war Pippin aus dem Kloster S. Médard in Soissons entwichen, vgl. Ann. Bertin. 854 ed. Waitz S. 44. Schrörs a. a. O.; Dümmler I², 387.* 3) *Anscheinend Verwechslung mit Pippins Bruder Karl, der 854 aus Corbie entfloh, vgl. Ann. Bertin. 854 ed. Waitz S. 44. Schrörs S. 236 A. 75; Dümmler I², 387.* 4) *Vgl., auch zur zeitlichen Einordnung, Schrörs S. 235 und S. 572f. A. 75; Dümmler I², 106 A. 1; Vogel, Die Normannen und das fränkische Reich S. 204 und A. 2.* 5) *Vgl. oben S. 64 A. 5.* 6) *In der unter Teilnahme Hinkmars ausgestellten bischöflichen Urkunde für St. Germain in Auxerre heißt es (Quantin, Cartul. de l'Yonne I, 87):* — — in loco, qui Pistas vocatur, quo nos generalis necessitas traxerat instituendi munitiones contra Nordmannos; *s. auch Ann. Bertin. 864 ed. Waitz S. 72:* [Karolus] firmitates in Sequana, ne Nortmanni per idem fluvium possint ascendere, ibidem fieri iubet, *sowie Edictum Pistense vom 25. Juni 864, MG. Capit. II, 311 c. 2:* — — de istis operibus, quae contra Dei et sanctae eius ecclesiae et nostros communes inimicos Nortmannos incepimus, sine defectu et lassatione viriliter laboretis, *und ebenda II, 327 c. 37:* Et quoniam fideles nostri in istis, quae in Sequana fiunt, et in aliis operibus laborant — —. 7) *Vgl. oben Nr. 171 und A. 4. 6.* 8) *Karl der Kahle.*

173.*

852–865. *Hinkmar ermahnt den Grafen Rudolf zur Eintracht mit König Karl dem Kahlen. 864.*

Schrörs Reg. 178.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 26 (MG. SS. XIII, 40f.): Item[1] de eo, quod in litteris[2] ipsius comitis inter ipsum comitem et regem[3] commotionem cognoverat esse indebitam, unde satis tristis effectus erat. Et quia de his, quae sibi litteris significaverat, 5 apud regem prout potuisset satageret, et quicquid inveniret, si ad eum remitteret, ipsi remandare curaret; adiciens, quid sibi de hominibus suis acciderit, quos secum super Ligerim habuit; (Vgl. 1. Reg. 30, 6.) monens et confortans in Domino, ne commoveatur leviter pro talibus, quibus illi, qui Deum timere nesciunt, commoventur, sed suum bonum nomen, sicut bene coepit, usque ad finem perducere studeat; et quia regis animum iam bene cognosceret, 10 qui, licet aliqua sit perturbatione commotus, statim ut cum eo locutus fuerit et ei suam devotionem manifestaverit, sicut decet, sicut et rectum est, eum habebit; admonens, ut iuxta apostolum (Vgl. Eph. 4, 31.) omnis indignatio auferatur ab eo cum omni malitia. Quod si fieret, pro eo, quod rex nepos[4] ipsius esset, plus pium animum erga eum haberet, pro hoc, quod senior ipsius esset, plus humilem haberet animum circa ipsum. Et cetera. 15

174.*

Hinkmar an seine Getreuen Amalgis und Ragbert betr. Besitz der Reimser Kirche in Aquitanien. 852—865.

Schrörs Reg. 179.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 28 (MG. SS. XIII, 553): Amalgiso[5] et Ragberto fidelibus suis pro rebus ecclesiae suae in Aquitania sitis[6], precipitque istis, ut easdem res 20 ex integro recipiant et habeant in sua providentia.

175.*

Hinkmar an den Grafen Regimund von Toulouse. 852—865.

Schrörs Reg. 180.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 28 (MG. SS. XIII, 553): — — pro[7] quibus Regimundo[8] litteras miserat, deprecans, ut eisdem missis suis[9] adiutorium pro rebus ipsis 25 evindicandis impenderet.

---

1) *Vgl. oben Nr. 105 S. 51 und A. 4. Schrörs S. 234 und S. 568 A. 45, dessen Datierung (gegenüber von Noorden S. 142: 857) zu folgen ist.* 2) *Nicht erhalten.* 3) *Karl dem Kahlen.* 4) *Als Sohn der Kaiserin Judith, Rudolfs Schwester.* 5) *Vgl. Schrörs S. 464. 573 A. 78. Die Datierung ergibt sich aus der Amtszeit des Grafen Regimund (= Raimund) von Toulouse (852—864/865), der* 30 *gleichzeitig ein Schreiben erhielt (unten Nr. 175). — Zur Sache s. auch oben Nr. 13 S. 6, unten Nr. 175 —177.* 6) *Es folgt eingeschoben unten Nr. 175.* 7) *Vgl. Schrörs S. 464. 573 A. 78; Calmette, Annales du Midi XVII, 15; oben Nr. 174 und A. 5. 6.* 8) *Vgl. oben A. 5.* 9) *Amalgis und Ragbert, vgl. oben Nr. 174.*

176.*

Hinkmar an Bischof Agius von Orléans betr. Besitz der Reimser Kirche in Aquitanien. *852—865.*

Schrörs Reg. 181.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 519): Agio[1] episcopo[2] pro rebus ecclesiae Remensis in Aquitania coniacentibus.

177.*

Hinkmar an Erzbischof Rudolf von Bourges betr. Besitz der Reimser Kirche im Gau Limoges. *852—865.*

Schrörs Reg. 182.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Rodulfo[3] Biturigensi[4] pro rebus Remensis ecclesiae in pago Lemovico coniacentibus.

178.*

Hinkmar an König Ludwig den Deutschen über seine Bemühungen, den Frieden zwischen ihm und seinem Bruder Karl herzustellen. *863—865.*

Schrörs Reg. 183.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 20 (MG. SS. XIII, 511): Item[5] ad eundem, qualiter de pace inter ipsum et fratrem eius Karolum[6] stabilienda laborabat, referens ei gratiarum actiones pro filiis ecclesiae Remensis[7], qui in ipsius bene tractabantur regno; petens, ut secure liceret illis suas, quas ibi habebant, tenere proprietates.

179.

Hinkmar erklärt König Ludwig dem Deutschen Psalm 103, 17: 'Herodii domus dux est eorum.' *nach 19. Februar 865.*

Hss.: München Clm. 14738 Bl. 82—88', 10. Jh. (B), kollat. Perels; S. Remigii Remensis (C), verschollen.

Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 152 (aus C); Migne 125, 957. — Die Schlußverse (unten S. 172 Z. 6 ff.) auch MG. Poet. III, 416 n. VI (aus B).

Schrörs Reg. 184.

---

1) *Vgl. Schrörs S. 463. 573 A. 78; Calmette, Annales du Midi XVII, 10. 14 f. — Das Stück gehört ebenso wie unten Nr. 177 höchstwahrscheinlich in denselben Zusammenhang wie oben Nr. 174 und Nr. 175 S. 166, woraus sich die Datierung ergibt.* 2) *Von Orléans (843—867).* 3) *Vgl. — auch zur Datierung — Schrörs S. 463. 573 A. 78; oben Nr. 176 und A. 1.* 4) *Vgl. oben S. 88 A. 1.* 5) *Vgl. oben Nr. 117 S. 58; ferner — auch zur Datierung — Schrörs S. 232. 573 A. 79.* 6) *Dem Kahlen.* 7) *Dazu und zum folgenden vgl. oben Nr. 107 S. 52 und A. 1.*

865. DOMINO HLUDOUUICO REGI GLORIOSO[a] HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC[b] PLEBIS DEI FAMULUS[1].

Nuper quando in Tusiaco[2] cum domino meo rege Karolo[3] unico fratre vestro locuti estis, sicut bene reminisci valetis, quadam die accersito Altfrido venerando episcopo[4] apud exiguitatem meam secundum sapientiam vobis a Deo datam de quibusdam sacrae scripturae abditis et difficilioribus[c] sententiis quaerere et subtiliter investigare coepistis. De quibus, prout Dominus dedit et oportunitas temporis ac loci permisit, respondere curavi. Sed inquisitio[d] vestra eo usque processit, ut et quaesitum atque dissertum[e] foret, cum iuxta veritatem scripturae Genesis omnia opera Dei bona sint valde. Quod et confirmat[f] apostolus dicens: 'Omnia sunt munda mundis'; et: 'Nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione[g] percipitur', cur in lege quaedam inmunda et non percipienda Dei populo describantur. Et cum haec[h] quaestio traditione catholicorum extitit absoluta, interrogastis, quid sibi vellet, quod in psalmo canitur: 'Herodii domus dux est eorum'. Ad quae praeoccupans vocem meam, ut Saxo genere ac per hoc naturalis prudentiae suatim me paratior in sermone, Altfridus venerandus episcopus dixit, quod interpretum septuaginta translatio diceret: 'Fulicae domus dux[i] est eorum'. Post quem cum respondere inciperem, quia duo sunt genera herodiorum, sicut et duo sunt genera pellicanorum, unde in centesimo primo psalmo ad discretionem cum additamento canitur: 'Similis factus sum pellicanus solitudinis', quia est et alterius generis, fluvialis scilicet pellicanus, supervenit dominus meus rex Karolus unicus frater vester. Et commonente illo perrexistis ad adnuntiandum vestris fidelibus, quapropter conventus vester extiterit. Et in eundo servituti meae vestris bonis desideriis iniungere placuit et promisisse[k] me memini, ut, quod tunc inde respondere debueram, scripto alligare et dominationi vestrae studerem transmittere.

Vgl. 2. Petr. 3, 15. — Vgl. Gen. 1, 31. — Tit. 1, 15. 1. Tim. 4, 4. — Vgl. Lev. 11. — Ps. 103, 17. — Ps. 101, 7.

Quod quia antea exequendi oportunitatem non habui, nunc breviter, quae ex magnorum inde traditione didici, vestrae sapientiae auribus intimare et promissionis meae debitum exsolvere procuravi. De hoc, unde agitur, interpretante[l] beato Hieronimo Hebraica veritas ita habet: 'Saturabuntur ligna Domini[m], caedri Libani, quas plantasti, ibi aves nidificabunt, milvi abies domus eius'. Septuaginta[n] autem interpretum translatio, quam tertio plurimis eam falsantibus beatus emendavit Hieronimus, primo quidem Romae[5], secundo Bethleem ad Paulam et Eustochium[6] ipsis petentibus, deinde ad Sonniam[o] et Fretelam[7] scribens, sicut in eius invenitur epistolis, et quam ipse exposuit quave Hierosolimitae et orientis ecclesiae, sed et nunc Galli utuntur[p], ita dicit: 'Saturabuntur ligna campi, et caedri Libani, quas plantavit, illic passeres nidificabunt, herodii domus dux est eorum.' Translatio vero communis, quae et vulgata, sic habet: 'Saturabuntur omnia ligna campi et caedri Libani, quas plantasti, illic passeres nidificabunt, fulicae domus dux est eorum.' De qua translatione beatus Hieronimus in praefata epistola ad Sonniam et Fretelam ita dicit[8]: Breviter ammoneo, ut sciatis aliam esse editionem, quam Origenes et Cae-

Ps. 103, 16 sec. Hebr.

179. a) l *verb. aus* r *B.* b) *Fehlt Sirm.* c) dificilioribus *B.* d) inquitio *B.* e) *So Sirm.;* desertum *B.* f) a *auf Ras. B.* g) ac- *verb. B.* h) *Fehlt Sirm.* i) *Fehlt Sirm.* k) *Teilweise auf Ras. B.* l) interp̄tante *(stets) B.* m) campi *Sirm.* n) septiaginta *B.* o) *Erstes* n *verb. B.* p) untuntur *B.*

1) *Vgl. Schrörs S. 166, 233 und 573 A. 79; Dümmler II², 113 und A. 2.* 2) *19. Februar 865. Diese Zusammenkunft, die nach Hinkmar* nuper *stattgefunden hat, bildet den terminus post quem für die Datierung des Briefes.* 3) *Den Kahlen.* 4) *Von Hildesheim (847—874).* 5) *Im Jahre 383. Vgl. PRE. III³, 38. S. Ps.-Hieronymus an Damasus 'De Psalmorum emendatione', Migne 30, 304 ff.* 6) *Im Jahre 392. Vgl. PRE. III³, 38 f. S. Ps.-Hieronymus an Paula und Eustochium 'De virtute Psalmorum', Migne 30, 315 f.* 7) *Vgl. unten Z. 36 f. und A. 8.* 8) *Corp. Vindob. 55, 248 Nr. 106.*

sariensis Eusebius omnesque Greciae tractatores κοινά[a], id est communem, appellant atque vulgatam, 865.
et a plerisque nunc Λουκιάνειος[b] dicitur, aliam septuaginta interpretum, quae[c] in ἑξαπλοῖς[d] codicibus repperitur et a nobis in Latinum sermonem fideliter versa est et Hierosolimae atque in orientis ecclesiis decantatur. Et item idem de[e] eadem[e] editione[e] [1]: Κοινή[f] autem ista, hoc est communis,
5 editio ipsa est, quae et Septuaginta. Sed hoc interest inter utramque, quod κοινή[g] pro locis et temporibus et pro voluntate scriptorum vetus corrupta edicio est, ea autem, quae habetur in ἑξαπλοῖς[h] et quam nos vertimus, ipsa est, quae in eruditorum libris incorrupta et inmaculata septuaginta interpretum translatio reservatur. Quicquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita et ab Hebreorum auctoritate discordet[i]. Hanc autem communem editionem, quae dicit: 'Fulicae domus
10 dux est eorum', qua tunc temporis omnes pene utebantur Latini, exposuit beatus Augustinus[2] et post eum Prosper[3], deinde Cassiodorus[4]. De qua volucre in[k] expositione[k] sua[k] dicit beatus Augustinus[5] : Fulica, sicut omnes novimus, marina avis est; vel in stagnis est vel in mari est. Habet quandam domum non facile in litore terrae aut numquam, sed in his, quae in media aqua sunt, plerumque ergo in petris, quas aqua circumdat. Sanctus quoque Prosper[6] :
15 Domus, inquit, fulicae, quae marina est avis, non est in terrae foraminibus neque in ramis arborum, sed in petra, quae aquis[l] sit circumdata. Petra vero intellegitur Christus. Et Cassiodorus ex beati Augustini et Prosperi in expositione sensibus[7]: Fulica mansueta avis et nigra est, anate[m] quidem parvior, sed corporis positione consimilis, quae in stagnis delectabiliter commoratur[n]. Haec ad baptizandos bene refertur, qui in sacratissimi fontis gratia perseverant. Horum itaque mansiones,
20 id est baptismatis perseveratio, dux est passerum, qui in caedris nidificant; scilicet quia omnium Christianorum sacer fons dux est, dum eos ad caelorum regna perducit[o]. In libris denique fisicorum, qui de naturis volucrum, animalium et serpentium et arborum atque herbarum scripserunt, de eadem ave ita relegi: Fulica, inquiunt[8], dicta est, quod caro eius leporinam sapiat. Lagos enim lepus dicitur, unde et apud Grecos lagos vocatur. Est autem[p] avis stagnensis[q] habens[r]
25 nidum in medio aquae vel in petris, quas aquae circumdant, maritimoque semper delectatur profundo. Quae dum tempestatem persenserit, fugiens[s] in vado ludit[t]. Sed et in eisdem libris legi quae subiungere procurabo, unde puto, sicut et vos poteritis conicere, quia communis[u] editio[u] fulicam pro herodio transtulit. Scribunt enim idem fisici dicentes[9] diomedias aves a sociis Diomedis appellatas[v], quos ferunt fabulae in easdem volucres fuisse conversos; forma fulicae
30 similes, magnitudine cignorum[w], colore candido, duris et grandibus rostris. Sunt autem circa Apuliam in insula Diomedia inter scopulos litorum et saxa volitantes. Iudicant inter suos et advenas. Nam si Grecus est, propius accedunt et blandiunt[x]; si alienigena, morsu inpugnant et vulnerant, lacrimosis quasi vocibus dolentes vel suam mutationem vel regis interitum. Nam Diomedes ab Illiriis interemptus est. Hae autem aves Latine diomediae vocantur, Greci autem[y] eas herodios dicunt.
35 Hinc beatus Hieronimus in praefata epistola ad Sonniam et Fretelam dicit[10]: Pro herodio, quod in Hebreo dicitur asida, Simmacus ἰκτῖνα[z], id est milvum, interpretatus est. Denique et nos ita vertimus in Latinum: 'Ibi aves nidificabunt; milvi abies domus est', quod scilicet semper in ex- Ps. 103, 17 sec. Hebr.

---

a) *ΚΟΙΗΝΑ B.* b) lu|sianios, *hinter* lu-, *am Zeilenanfang, 2 Buchst. rad. B.* c) quam *B.*
d) *ΕΧΠΑΟΙΣ B.* e) in eadem epistola *Sirm.* f) *ΚΟΙΝΗ B.* g) *ΚΟΙΝΗ B.* h) *ΕΧΑΠΑΟΙΣ B.*
40 i) discordat *Sirm.* k) *Fehlt Sirm.* l) aqua *Sirm.* m) *So Sirm.;* anati, *danach etwa 7 Buchst. rad. B.*
n) commotatur *B.* o) pdicit *B.* p) enim *Sirm.* q) nsis *auf Ras. B.* r) haben *auf Ras. B.*
s) *Ras. zwischen* u *und* g *B.* t) luit *B.* u) Symmachus *Sirm.* v) *Letztes* a *aus* i *verb. B.*
w) agnorum *Sirm.* x) *Teilweise auf Ras. B;* blandiuntur *Sirm.* y) *Fehlt Sirm.* z) ei *ΚΤΕΙΝΑ B.*

1) *A. a. O. 55, 249.* 2) *Vgl. unten Z. 12 ff. und A. 5.* 3) *Vgl. unten Z. 14 ff. und A. 6.*
45 4) *Vgl. unten Z. 16 ff. und A. 7.* 5) *Enarr. in psalm. 103, Migne 37, 1372.* 6) *Expos. in psalm. 103, Migne 51, 293.* 7) *Expos. in Psalter., Migne 70, 735.* 8) *Vgl. Isidor. etymol. lib. XII, 7, 53. S. auch Schrörs S. 467 A. 52.* 9) *A. a. O. lib. XII, 7, 28—29.* 10) *Corp. Vindob. 55, 281 Nr. 106.*

865. celsis et arduis arboribus nidos facere consueverit. Unde et sexta editio manifestius interpretata[a] est: Milvo cypressi[b] ad nidificandum. Pro abietibus autem et cypressis in Hebreo ponitur barysim, quod magis abietes quam cypressos significat.

Et quia duo sunt, sicut vobis tunc dixi, herodiorum genera[c], demonstrant beatus Hieronimus[1] atque sanctus Gregorius[2]. Unum videlicet maius, quod nunc[d] ex verbis 5 fisicorum ostendi, de quo et beatus Hieronimus in expositione huius versus dicit[3]: Illic, inquiens, passeres nidificabunt, sapientes aedificabunt herodii, hoc est 'herodius[e] domus dux est eorum'. Maior est enim omnium[f] volatilium, qui aquilam vincit et comedit. Alterum minus, Iob 39, 13. de[g] quo est in libro Iob scriptum: 'Penna[h] strucionis similis est pennis herodii et accipitris'. Unde beatus dicit Gregorius[4]: Quis herodium et accipitrem nesciat aves reliquas quanta 10 volatus sui velocitate transcendant? Strucio vero pennae eorum similitudinem habet, sed volatus eorum celeritatem non habet. A terra quippe elevari non valet et alas quasi ad[i] volatum specie tenus erigit, sed tamen numquam se a terra volando suspendit. Et item[5]: Accipitris quippe et herodii parva sunt corpora, sed pennis densioribus fulta[k], et idcirco cum celeritate transvolant, quia eis parum inest quod adgravat, multum quod levat. At contra strutio raris pennis induitur et inmani corpore 15 gravatur, ut, etsi volare appetat, ipsa pennarum paucitas molem tanti corporis in aere non suspendat. Haec quoque ipsa strutionis penna ad pennas herodii et accipitris similitudinem coloris habet, virtutis vero similitudinem non habet. Illorum namque conclusae et firmiores sunt et volatu aerem premere virtute suae soliditatis possunt[l]. At contra strutionis pennae dissolutae[m] eo[n] volatum[o] sumere nequeunt, quo ab ipso, quem premere debuerant, aere transcenduntur. 20

Haec[p] iuxta litteram de fulica et herodiorum generibus ex magnorum scriptis vestrae dominationi secundum iussionem vestram scribere studui. Ceterum[q] quia nec vos ius- Ps. 93, 10. sistis nec indigetis quem Dominus docet, 'qui docet hominem scientiam' et a cuius est[r] Vgl. Exod. 36, 1 u. ö. facie[r] sapientia et intellectus, iuxta tipicam vel moralem intellegentiam, quae hinc[s] catholici doctores tractaverunt, vobis latius scribere non praesumpsi, ne referretur[t] mihi 25 illud poeticum:

Tu ne[6] forte feras in silvam ligna viator.

Sed ne in totum praeterisse mysticum sensum viderer, quaedam potius significare Ps. 103, 16. quam exponere censui[7]. 'Saturabuntur', inquit psalmus, 'ligna campi', id est plebes populorum, gratia spiritali, 'et caedri Libani', id est nobiles atque sublimes mundi, 'quas 30 Dominus plantavit', qui etiam de divitibus et inlustribus multos iustificavit, qui dicunt: Ipse fecit nos et non ipsi nos, quia sicut nos homines et inlustres, ita[u] nihilominus et iustos Ps. 103, 17. fecit. 'Illic passeres nidificabunt', scilicet in istis caedris Libani, quas gratia Dei plantat et satiat, nidificabunt passeres, hi videlicet, qui elegerunt humilitatem et relictis quae habebant aut venditis nihil sibi in hoc saeculo reservarunt, sed divitum Christianorum 35 domibus agrisque susceptis necessariis solaciis adiuvantur. Qui tamen licet in caedrorum altitudine requiescant, non ipsis caedris ducibus utuntur, sed domus[v] herodii dux est eorum. Herodius enim maioris generis, ut verbis Hieronimi diximus[8], maior est omnium volatilium,

---

a) interpraetatus *B.* b) cupressus *Sirm.* c) *Danach 2 Buchst. rad., vielleicht aus* generant *verb. B.* d) *Davor 1 Buchst. oder Schaft rad. B.* e) *So B, Sirm.; wohl statt* herodii. f) ominium *B.* g) *Auf Ras. B.* 40 h) *Danach 1 Buchst. — wohl* s *— rad. B.* i) *Übergeschr. B.* k) *Danach 1—2 Buchst. rad. B.* l) *Übergeschr. B.* m) dis- *übergeschr. B.* n) et *Sirm.* o) volutum *B.* p) hinc *Sirm.* q) caeterum *(häufig) B.* r) facie est *Sirm.* s) n *übergeschr. B.* t) *Erstes* re- *übergeschr. B.* u) *Davor am Zeilenende* ita nihil *durchstrichen B.* v) domos *B.*

1) *Vgl. unten Z. 6 ff. und A. 3 sowie comment. in Iob c. 39, Migne 26, 772.* 2) *Vgl. unten Z. 10 ff. und A. 4. 5.* 3) *Breviar. in psalm. 103, Migne 26, 1133.* 4) *Moral. lib. 31, 8, Migne 76, 578.* 5) *A. a. O. 76, 579.* 6) *Vgl. Horat. Sat. 1, 10, 34.* 7) *Vgl. zum folgenden Augustin. enarr. in psalm. 103, Migne 37, 1371 f.* 8) *Vgl. oben Z. 8 und A. 3.* 45

qui aquilam, quae rex volatilium sicut leo est[a] bestiarum, vincit et comedit. Saepe enim in scripturis per aquilam significatur[b] diabolus[1]. Et iuxta evangelicam veritatem fortem armatum custodientem atrium suum et in pace sua possidentem, id est fortem diabolum, mundum, qui in maligno positus est, usque ad adventum salvatoris male pacato potientem imperio fortior superveniens Christus vicit et universa eius arma, in quibus confidebat, abstulit et spolia eius, quod est insigne triumphantis, distribuit, quoniam astutias eius destruxit[c], et hominibus deceptis ab eo salvatis captivam ducens captivitatem dona distribuit, id est spiritus sancti dona, quae apostolus enumerat, pro uniuscuiusque captu donavit. Cuius herodii domus, id est rectores ecclesiae[d], dicente Paulo 'quae domus sumus nos', duces passerum, mundi videlicet contemptorum, super[2] egenum et pauperem[e] intellegentium, sumptibus sustentatorum esse noscuntur. Et nec in minore herodii genere haec intellegentia abhorret a vero, cum dicitur: 'Herodii domus dux est eorum'; quia iuxta apostolum Christus, cum dives esset, propter nos pauper factus est, ut nos ipsius inopia ditaremur. Et propheta de illo dicit: 'Vidimus eum et non erat aspectus' et cetera usque dum[f] 'nec[f] reputavimus eum'. Qui nobis reliquit exemplum, ut sequamur vestigia eius. Cuius herodii domus dux est[g] passerum, id est mundi contemptorum; quia saepe etiam in saecularibus, in quorum cordibus per fidem habitat Christus et in quorum opere ipsius lucent exempla, non solum ecclesiastici vel monachi, in subditis praelati, in privatis regia potestate praecelsi, videre valent quod imitentur, verum et unde se reprehendant[h] et erubescant, quia sunt interdum minores merito, qui sunt maiores nomine et laudabiliores sanctitatis infructuoso honore. Unde propheta dicit: 'Erubesce, Sydon; ait enim mare, fortitudo maris dicens'. Per Sydon quippe religionis nomine quasi quadam fortitudine muniti et decorati, per mare autem saeculares intelleguntur, qui[i], ut[i] verus[i] herodius velocitate volatus et magnanimitate virtutis quasi capiens volucres semen iuxta viam comedentes, id est daemones verbum de corde audientium tollentes, ne credentes salvi fiant, cohercet et comprimit, ne tantum possint temptare homines, quantum[k] volunt[k], docet: 'Discite', inquiens, 'a me, quia mitis sum et humilis corde', parvi sunt apud se in corde et apud homines laude. Qui etsi cura rei familiaris ac terrena fragilitate adgravati, quamdiu in hac vita sunt, sine culpae contagio esse non possunt, tamen cum eis inest quod[l] deprimat, multa virtus bonae actionis suppetit, quae illos in superna sustollat. Unde cum maximo timore ac tremore cumque maxima sollicitudine continue considerare atque timere debemus, ne nos, qui plus ceteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab auctore mundi gravius inde iudicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior atque ad serviendum promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione, sciens, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur, et iuxta scripturae sententiam 'potentes potenter tormenta patientur, exiguo concedetur misericordia'.

Accipite ista succinctius dicta. Si autem iusseritis[m], et de hoc et de aliis scripturae

865. — Vgl. Luc. 11, 21. — Vgl. 1. Ioh. 5, 19. — Vgl. Luc. 11, 22. — Vgl. Act. 2, 38. — Hebr. 3, 6. — Vgl. Iob 24, 14 u. ö. — Ps. 103, 17. — Vgl. 2. Cor. 8, 9. — Is. 53, 2. 3. — Is. 23, 4. — Vgl. Matth. 13, 4; Marc. 4, 4; Luc. 8, 5. — Vgl. Luc. 8, 12. — Matth. 11, 29. — Vgl. Eph. 6, 5. — Vgl. Luc. 12, 48. — Sap. 6, 7.

a) et *B.* b) *Verb. aus* significantur *B.* c) x *auf Ras. B.* d) *Davor ein Buchst. — wahrscheinlich* a *— rad. B.* e) pauperum *B.* f) *Auf Ras. B.* g) *Übergeschr. B.* h) reр̄hendant *B.* i) *So Sirm.;* qui herodii domus ut et verus *B.* k) *So B;* velut *Sirm.* l) *Teilw. auf Ras. B.* m) *Verb. aus* iusseris *B.*

1) *Vgl. Hieronym. breviar. in psalm. 103, Migne 26, 1133:* quia aquila saepe pro diabolo ponitur. — *Übliche Gleichsetzung für diabolus lediglich draco, leo, lupus, serpens; vgl. Thes. linguae Latin. s. v. Bei Augustinus noch aquilo und aquilus als Symbol für diabolus (Migne 36, 534), während aquila nur für Christus steht (Migne 34, 884). Vgl. auch Raban. Maur. 'de universo' VIII, 6, Migne 111, 243:* In scriptura sacra vocabulo aquilae aliquando maligni spiritus — — designatur.
2) *Augustin. enarr. in psalm. 103, Migne 37, 1371.*

852—866. sacrae sententiis et pro imposito ministerio et pro debita vobis oboedientia, quoniam
Vgl. 1. Petr. 2, 13. apostolica auctoritas oboedire in Christo et subiectos regi nos esse debere commendat,
Agg. 2, 12. Ezech. 33, 7. sciens scriptum vobis: 'Interroga sacerdotes legem meam'; et nobis: 'Audiens ex ore meo sermonem nuntiabis eis ex me', quae ad salutem et instructionem eruditionis vestrae
Ps. 80, 11. proficere poterunt, libentissime, quantum ipse dederit, qui fideli sermone[a] promittit: 'Aperi 5 os tuum, et ego adimplebo illud', et verbis et litteris disserere et vobis explanare curabo.

Tempora concedat Christus felicia regni
Huius et aeterni, rex, tibi, care mihi.
Floreat aeternis tecum sapientia donis,
Ut tibi permaneat laus, honor atque salus. 10
Dextera te[b] Christi semper defendat ubique:
Vive Deo felix et sine fine vale.

180.*

Hinkmar an Erzbischof Remigius von Lyon. *863—866.*

Schrörs Reg. 189.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 515): Item[1] de causa prefati 15 Lotharii[2] regis et de predictis rebus eidem nonnulla scripta direxit.

181.*

Hinkmar an Erzbischof Rudolf von Bourges. *852—21. Juni 866.*

Schrörs Reg. 188.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 514): Item[3] pro quibusdam excommunicatis. 20

182.*

Hinkmar an Bischof Hinkmar von Laon: Einladung auf den 7. Juli zur Ordination des Bischofs Johann von Cambrai. *Juni 866.*

Schrörs Reg. 190.

Erwähnung im Briefe Hinkmars unten Nr. 183 S. 173 Z. 9 und im Lib. expostul. Hinkmars c. 3, Migne 126, 569 f. sowie in Hinkmars 55 Kapitelwerk c. 2, Migne 126, 297[4]. 25

a) servo *Sirm.* b) *Übergeschr. B.*

1) *Vgl. oben Nr. 137 S. 107 A. 3. — S. — namentlich zur Datierung — Schrörs S. 573 A. 81.* 2) *II.* 3) *Vgl. oben Nr. 177 S. 167 und A. 3. — Die Datierung ergibt sich aus der Reihenfolge bei Flodoard und dem Todestag Rudolfs.* 4) *Hinkmar spricht (Migne 126, 569) von* litteris canonicis certum diem et locum designantibus et ad ecclesiam suam ex more directis, quarum exemplar habeo. 30 *S. im übrigen unten S. 173 A. 7 und 10. — Schrörs' Zeitansatz ist nach unten S. 173 Z. 9 ff. annehmbar.*

183.

Hinkmar lädt Bischof Hinkmar von Laon zum zweiten Male zur Ordination des Bischofs Johann von Cambrai ein. 866. *13. Juli 866.*

Hs.: Paris lat. 1594 Bl. 9'—10, 9. Jh. (B), kollat. Ertl.

Drucke: Cellot (1658) S. 75 (ex cod. ms. Alexand. Petavii senatoris = B); Delalande S. 179. 209 5 *(ex cod. Petav. = B); Labbe-Cossart VIII, 1556; Mansi XVI, 584; Migne 126, 569.*

Schrörs Reg. 192.

HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS DILECTO FRATRI HINCMARO ET VENERABILI COEPISCOPO NOSTRO[1] SALUTEM[2].

Sicut iam altera vice litteris dilectioni tuae mandavi[3], clerus ac plebs Camaracensis 10 ecclesiae cum decreto canonico petierunt sibi ordinari episcopum Iohannem presbiterum[4], virum boni testimonii. Ad cuius ordinationem Non. Iul.[5] convenimus secus Belvacum[6]. Sed quia tua fraternitas illuc non convenit nec pro se vicariam personam aut litteras sui consensus direxit, ordinationem illius distulimus[7]. Propterea quoniam, sicut ipse scis, eadem sedes diu in multorum periculum vacat pastore, XII. Kal. Aug.[8] conveni cum ceteris 15 fratribus nostris in monasterium, quod dicitur Isla[9], in parrochia Belvacensi, ad eundem fratrem nostrum ex more ordinandum episcopum[10].

Data III. Id. Iul.

184.

Hinkmar überreicht den Erzbischöfen Remigius von Lyon, Wenilo von Rouen und der ganzen Synode von Soissons 866 vier Denkschriften über die Sache Wulfads und der übrigen 20 *auf der Synode von Soissons 853 abgesetzten Reimser Geistlichen:*

a) über die rechtliche Lage und die Stellungnahme des apostolischen Stuhles; b) über die Gültigkeit der Absetzung Ebos von Reims und seine eigene Ordination; c) über die Frage der Abänderlichkeit kirchenrechtlicher Entscheidungen; d) über Wulfad im besonderen.

18. August 866.

Hs.: Laon 407 Bl. 39'—62', 9. Jh. (B), kollat. Werminghoff, Finsterwalder, Ertl.

25 *Drucke: Sirmond, Conc. Gall. III, 282 (aus B); Sirmond, Hincm. opera II, 265; Labbe-Cossart VIII, 816; Mansi XV, 712; Migne 126, 46.*

Schrörs Reg. 193.

---

1) *Von Laon; s. oben S. 55 A. 4.* 2) *Vgl. Schrörs S. 324; Dümmler II², 145 und A. 2; F. Lot, Une année du règne de Charles le Chauve, Le Moyen âge XV, 404 A. 3.* 3) *Vgl. oben Nr. 182 S. 172.* 30 4) *Als B. von Cambrai nachweisbar bis 878; vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux III, 114.* 5) *7. Juli.* 6) *Vgl. Schrörs S. 319 A. 23.* 7) *Vgl. Hinkmars Vorbemerkung im Lib. expostul. c. 3, Migne 126, 569 und in Hinkmars 55 Kapitelwerk c. 2, Migne 126, 297; auch unten A. 10.* 8) *21. Juli.* 9) *Vgl. Lot a. a. O.* 10) *Auch zu dem zweiten Termin — an dem die Ordination des Johann von Cambrai stattfand — erschien der B. von Laon nicht. Vgl. Hinkmar, Lib. expostul. c. 3, Migne 126, 569:* Et convenienti- 35 bus nobis ad praedictum locum praedictis Kalendis nec ipse venit nec pro se vicariam personam vel litteras sui consensus ad me, sicut praecipiunt sacrae regulae, direxit, *sowie das 55 Kapitelwerk Hinkmars c. 2, Migne 126, 297f.:* Quia vero semel ac secundo ceteris coepiscopis nostris ad ordinationem secundum sacras regulas convenientibus et absentibus per scripta consentientibus tu semel ac secundo regulariter convocatus venire vel regularem consensum tuum mittere detrectasti, secundum 40 praefatos sacros canones praedictum ecclesiae Cameracensis regulariter electum cum his, qui convenerant vel per scripta consenserant, ordinavimus.

a.

866. HINCMARUS* REMORUM EPISCOPUS REMIGIO[1], WENILONI[2] ET CETERIS[a] ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS DOMNI PAPAE NICOLAI AUCTORITATE AD SYNODUM, QUO ET EXIGUITATEM MEAM CUM COEPISCOPIS NOSTRIS VENIRE PRAECEPIT[3], IN HANC SUESSORUM CIVITATEM PRO CAUSA VULFADI[4] ET COLLEGARUM EIUS CONVOCATIS[5].

Si vobis visum fuerit per quoscumque ad rei notitiam secundum seriem litterarum domni apostolici[6] canonice per ordinem cuncta, quae in suprascriptis fratribus gesta sunt, examinare et subtiliter investigare, ut quod iustum et pium sensum fuerit de causa eorum sine contradictione, sicut idem[b] domnus[b] apostolicus[b] et fraternitati vestrae[7] et humilitati meae[8] scripsit, possitis perficere, devote ac libenter accipiam. Et si hanc, quae sequitur, brevem responsionem, quantum ex me est, ad apostolica scripta videritis vobis sufficere, non ingratum forte habebitur, quod ad rem pertinentia succinctissime refero.

Videlicet quia Remensis ecclesiae filii de collegio Vulfadi ab Ebone[9] post depositionem suam ordinati non meo iudicio nec ab episcopis solummodo Remorum provintiae primum suspensi et postea deiecti — ut meo vel communi cum eis tantum placito iuxta Nicenos[10] et Anthiocenos[11] canones humaniorem aut alteram suscipere sententiam valeant —, sed prius suspensi et processu temporis a synodo[12] episcoporum quinque provintiarum, ad quam provocaverant, secundum decreta Innocentii ad Rufum et Eusebium[13], inspectis quae scripsit ad Martianum[14], et iuxta Zosimi successoris Innocentii decreta ad Patroclum Arelatensem episcopum[15] et ad Massiliensem ecclesiam[16], sed et ad alias plures ecclesias[17] de his, quos Proculus vitae suae conscius datis litteris in abdicationem sui per professionis atque subscriptionis suae libellum sacerdotio submotus ordinavit, iuxtaque sacros canones et Leonis ac ceterorum Romanae sedis pontificum decreta, quae hic ponere praetermisi et studio brevitatis et ut vobis notissima, sunt iudicati et ab ecclesiasticis ordinibus deiecti, praeiudicante Leone papa atque dicente[18]: Omnia decretalia constituta tam beatae recordationis Innocentii quam omnium decessorum nostrorum, quae de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita a vestra dilectione custodiri debere mandamus, ut, si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. In qua, ut regulae sacrae dicunt[19], perfecta et canonica episcoporum quinque

*) *Vorausgeht:* Haec, quae sequitur, scedula prima porrecta est synodo. *B.*

184. a) caeteris *(häufig) B.* b) *Teilw. auf Ras. B.*

1) *Eb. von Lyon, vgl. oben S. 44 A. 4.* 2) *Eb. von Rouen, vgl. oben S. 64 A. 5.* 3) *Vgl. Brief Nikolaus' I. Nr. 74, MG. Epist. VI, 404ff. (s. auch Epist. VI, 405 Z. 27ff. und A. 12) mit der Ansage der Synode von Soissons zum 18. August 866 (J.-E. 2802).* 4) *Vgl. oben S. 50 Z. 7 und A. 4.* 5) *Vgl. Schrörs S. 277ff.; Dümmler II², 148; F. Lot, Une année du règne de Charles le Chauve, Le Moyen âge XV (1902), 414f.; Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 137. — S. auch Ann. Bertin. 866 ed. Waitz S. 82f. — Flodoard III, 21 (MG. SS. XIII, 515) verzeichnet:* Item ad eundem Remigium et ceteros episcopos domni papae Nicolai auctoritate in sinodum apud Suessionem venire iussos pro causa Vulfadi et collegarum eius. *Dieses von Schrörs Reg. 191 — ebenso Lot a. a. O. XV, 410 und A. 2 — gesondert notierte und datierte Stück ist offenbar mit unserem identisch, von dem allerdings nur die Adresse ausgeschrieben ist. — Eine genauere Zeitbestimmung der vier der Konzilsvorbereitung dienenden Denkschriften dürfte nicht möglich sein.* 6) *S. unten A. 7 und 8.* 7) *MG. Epist. VI, 408 Z. 15ff. Nr. 75 (J.-E. 2803); MG. Epist. VI, 410 Z. 13ff. Nr. 76 (J.-E. 2804).* 8) *MG. Epist. VI, 405 Z. 29ff. Nr. 74 (J.-E. 2802).* 9) *Vgl. oben S. 6 A. 9.* 10) *C. 5, Codex canonum (1609) S. 3; Hinschius S. 258.* 11) *Gemeint wohl c. 6, Codex canonum (1609) S. 58:* — — sententiam suscipiat alteram; *Hinschius S. 271.* 12) *Konzil von Soissons 853, vgl. Neues Archiv 26, 618f.; Mansi XIV, 977ff.* 13) *Codex canonum (1609) S. 375ff.; Hinschius S. 549ff. (J.-K. 303).* 14) *Codex canonum (1609) S. 373f.; Hinschius S. 549 (J.-K. 299).* 15) *MG. Epist. III, 10f. Nr. 4 (J.-K. 333); Epist. III, 12 Nr. 6 (J.-K. 340).* 16) *MG. Epist. III, 12f. Nr. 7 (J.-K. 341).* 17) *MG. Epist. III, 6ff. Nr. 2 (J.-K. 331).* 18) *C. 5, Codex canonum (1609) S. 437; Hinschius S. 615 (J.-K. 402).* 19) *Vgl. Konzil von Sardika c. 17, Codex canonum (1609) S. 168; Hinschius S. 269.*

provintiarum synodo[1], quoniam ecclesiae mihi commissae filii finitimos episcopos pro causa sua interpellarunt et huiusmodi Africae provintiae canones[2] vicinos episcopos audire et inter eos ac proprium adhibitos ab eis episcopos iubent querimoniam diffinire, ego Vulfadum et collegas eius non iudicavi neque ab ordinibus ecclesiasticis pepuli vel deieci nec etiam cum iudicibus eorum subscripsi, sicut norunt qui interfuerunt et ipsa etiam episcopalia gesta eorum inconvulsis subscriptionibus subnixa, a quibus fuere patrata, praesentialiter monstrant[3]. Unde iubentibus eisdem episcopis tantum baiulus fui: causam videlicet ecclesiae mihi commissae ab illis diffinitam ad sedem apostolicam deferendi[4]. 866.

Quae domni Benedicti apostolici privilegio[5] sub anathematis interpositione, ut inde questio nullis aliquando temporibus oriatur, sunt confirmata et demum domni Nicolai papae confirmatione[6], sicut sanctae recordationis Benedictus pontifex illam confirmavit salvo Romanae sedis in omnibus iussu atque iudicio sub terribili anathemate, ut, quaecumque persona[7], magna vel parva, temerario ausu contra hoc suum apostolicum decretum agere praesumpserit, anathematis vinculo sit innodatus, sunt roborata: velut hic potestis retexere et sigilla eorum salva ac incorruptas scripturas atque subscriptiones valetis inspicere. Et quia sedes apostolica, ut in decretis suorum pontificum legimus[8], in hoc[a] prorsus sua sibi magnopere[b] iura conservat et aliena custodit, immo sua propria facit, ut omnis questio ad eam relata iudicio et suae confirmationis decisione finem accipiat, omnem ex hac causa suspitionem querulitatis hae duorum praeclarissimorum luminariorum confirmationes atque subscriptiones a nostris regionibus et mentibus abstulerunt.

Nunc vero, quia isdem[c] domnus et pater noster Nicolaus papa suis epistolis[9] ex hoc negotio a vobis sanxit refricari iudicium, monente apostolo: 'Oboedite praepositis vestris et subiacete eis', quod privilegio apostolicae sedis de ipsis fratribus decernit vel decreverit, ut competit meae subditioni, oboedio et oboediam, sicut hactenus conservavi ea, quae domni Benedicti et sua fuerunt auctoritate firmata. Et item dicente apostolo: 'Idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis scismata', sicut servavi usque in praesens quae praedecessores quorundam vestrorum cum quibusdam ex vobis regulariter ex eisdem fratribus diffinierunt, ita et quae de ipsis canonice iuxta tenorem epistolarum domni apostolici diffinieritis, priscis, ut dicit Gelasius[10], pro sui reverentia manentibus constitutis et reservato per omnia sententiae ac iuris privilegio apostolicae sedis regularibus vestris diffinitionibus 'sollicitus servare unitatem spiritus in vinculo pacis' consentiam. Qui istorum fratrum, de quibus agitur, vel quorumcumque aliorum felicitati non invideo nec per quamcumque malitiam eos nocere festino, quorum salubrem ac regularem statum et cupivi et cupio et quaesivi et quaero et de quorum deiectione dolui satis et doleo, quia nemo maius dispendium de illorum deiectione habet quam ego. Quos, sicut mihi domnus apostolicus dignatus est scribere[11], iustum quid vel pium sentiens sine retractatione in suis ordinibus consensu ac iudicio coepiscoporum Remensis provintiae restituere maturarem, si illos ab eisdem gradibus cum eorum tantum iudicio deiecissem. Ad quod me, iuxta eius verba discretissima[12], quia eos non deieci, flecti munda conscientia non permisit. Et hoc meo ausu facere vereor, quoniam a vobis aut a decessoribus vestris, quinque videlicet provintiarum episcopis[13], quorum meo consensu ex-

Hebr. 13, 17. — 1. Cor. 1, 10. — Eph. 4, 3.

---

a) *Verb. aus* hac *B.* b) *Verb. B.* c) *Nachgetragen B.*

1) *S. oben S. 174 A. 12.* 2) *Conc. African. c. 92, Codex canonum (1609) S. 270 = Conc. Milevitan. c. 22, Hinschius S. 319.* 3) *Vgl. Schrörs S. 65.* 4) *Vgl. oben Nr. 55 S. 32; Nr. 67 S. 36; Nr. 74 S. 38.* 5) *MG. Epist. VI, 367 f. Nr. 59a (J.-E. 2664).* 6) *MG. Epist. VI, 365 Z. 21 ff. Nr. 59 (J.-E. 2720).* 7) *Ebenda VI, 366 Z. 37 f.* 8) *Vgl. Brief Nikolaus' I. Nr. 74, MG. Epist. VI, 406 Z. 23 (J.-E. 2802).* 9) *Nr. 74—76, MG. Epist. VI, 404 ff. (J.-E. 2802—2804).* 10) *Hinschius S. 650 c. 2; Thiel I, 362 (J.-K. 636).* 11) *Brief Nikolaus' I. Nr. 74, MG. Epist. VI, 405 Z. 30 f. (J.-E. 2802).* 12) *Ebenda VI, 405 Z. 21 f.* 13) *Vgl. oben S. 174 f.*

866. petierunt iudicium, secundum sacros canones[1] electorum ex consensu partium diffinitione fuere deiecti.

Et idcirco aliorum opus in illorum restitutione nullatenus usurpare praesumpsi. Quia, sicut scitis, regulae sacrae usque ad similem excusationis vindictam decernunt[2], ut ab aliis deiecti ab aliis non recipiantur, minime autem restituantur, sed aut eorundem aut maioris concilii episcoporum discussiones ac iudicia praestolentur. Et quia Leo dicit[3], ut in his, quae vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec praeceptis evangelicis contrarium nec decretis sanctorum inveniatur adversum, et domnus ac pater noster Nicolaus papa vobis, ut mihi videtur, scripsit[4], quoniam quae statuta sunt de praefatis viris, violanda non ducat, nisi forsan sacris legibus inveniantur adversa, simplici ac sincera cordis intentione ex regulis sacris perspicue tarditati sensus mei monstrari expecto, utrum quae diffinierunt fratres et coepiscopi nostri, sicut hactenus observata sunt, de cetero ut regulis concordantia debeant observari, an illorum diffinitio ut inventa[5] legibus sacris adversa debeat refutari. Sed et mihi ostendi expecto apertius, quam in suis sacris litteris intellegere valeam, si domni Benedicti ac eiusdem domni Nicolai super eandem diffinitionem sub anathemate confirmationis privilegia, nisi forte illa ipse sua singulari auctoritate dissolvenda et inmutanda viderit, quorum summam firmitatemque nobis omnibus scripsit[6] in apostolicae sedis reservatam arbitrio potestatis, nos sine regularum et sedis apostolicae praeiudicio sineque nostro communi periculo dissolvere et inmutare possimus, Caelestino dicente[7]: Quae a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur? Sed et a nobis non est parvipendenda granditer Leonis papae ad Leonem augustum de se scripta sententia: 'Si quae', inquit[8], 'destruxi, haec aedifico, praevaricatorem me constituo' et eis me ultionum conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beatae memoriae Martiani, sed etiam ego mea confessione firmavi. De quibus ultionum conditionibus quid a sancto spiritu per concilia provintiae Africae quidve Dei sapientia, qua, ut scriptum est, 'conditores legum iusta decernunt', legibus sit decretum, melius ipsi scitis.

Gal. 2, 18. Prov. 8, 15.

Quodsi etiam hoc de se intellegens et his legum conditionibus subdi tantus papa et primae sedis pontifex praecavendo refugiit[a], qualiter eisdem ultionum conditionibus subdi praecavendo timere nos debeamus subiecti, patenter ostendit. Sed et de contempto anathemate necessitate — quanto magis deliberatione — rite prolato, quod in praefatis privilegiis continetur, quid sanctus Gregorius ad Theocthistam patriciam dicat[9], sapientiam vestram a Deo doctam non latet. Et Symmacus dicit[10] ad ipsam sacrosanctam catholicam religionem pertinere, cuius omnis potestas infringitur, nisi universa, quae a Domini sacerdotibus semel regulariter statuuntur, perpetua sint; quod alias contingere poterit, si successor decessoris actibus non tribuerit firmitatem et roborando quae gesta sunt faciat rata esse quae gesserit. Et Gelasius: Patres, inquit[11], nostri, catholici videlicet doctique pontifices, quicquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica atque apostolica secundum scripturarum tramitem traditionemque maiorum facta semel

---

a) *So B.*

1) *Vgl. conc. African. c. 63 und c. 89, Codex canonum (1609) S. 253. 269; Migne 67, 214. 221 c. 96 und c. 122 sowie zur Sache besonders Mansi XIV, 984 (Synode von Soissons 853).* 2) *Konzil von Nicäa c. 5, Codex canonum (1609) S. 3; Hinschius S. 258.* 3) *Codex canonum (1609) S. 454; Hinschius S. 616 (J.-K. 544).* 4) *Brief Nr. 75, MG. Epist. VI, 409 Z. 1f. (J.-E. 2803).* 5) *S. oben Z. 10.* 6) *Briefe Nr. 74, MG. Epist. VI, 406 Z. 22; Nr. 75, Epist. VI, 408 Z. 39f.; Epist. VI, 410 Z. 36f.* 7) *Codex canonum (1609) S. 425 c. 20; Hinschius S. 561 c. 1 (J.-K. 371).* 8) *Hinschius S. 578 (J.-K. 539).* 9) *Vgl. Reg. XI, 27, MG. Epist. II, 296 (J.-E. 1817).* 10) *An B. Aeonius von Arles, Thiel I, 655 (J.-K. 754).* 11) *An die Bischöfe Dardaniens, Hinschius, S. 642; Thiel I, 393 (J.-K. 664).*

congregatione sanxerunt, inconvulsum voluerunt deinceps firmumque constare; nec in hac eadem causa denuo quae praefixa fuerant retractari qualibet recenti praesumptione permiserunt: sapientissime pervidentes, quoniam, si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret ecclesiae constitutum ac semper isdem furoribus redivivis omnis integra diffinitio turbaretur. 866.

Haec itaque de litteris divinitus inspiratis accepta vel pro rei notitia manifestata non ad resultandum, quod absit, in aliquo domni papae decretis apostolicis vel ad resistendum vestris regularibus diffinitionibus profero; sed ut, quomodo his, quae in deiectione illorum diffinita sunt, hactenus oboedivi, sic in eorum restitutione, cuius estis a domno apostolico arbitres constituti, si a vobis fienda canonice inventa et patrata fuerit, quantum ex me est, praefatis regulis sacris et episcopalibus atque apostolicae sedis exinde confirmationibus periculose non obviem et a praeceptionibus, quae in apostolicis epistolis continentur, a quibus Domino annuente vel transverso[1], ut dicitur, ungue scienter et per contumaciam non exorbitabo, in nullo per ignorantiam deviem et, qualiter absque discrimine sequi debeam regularem vestram, quorum ex delegatione sedis apostolicae interest, diffinitionem, per ipsarum regularum tramitem liquido cognoscere valeam. Ad hoc enim vel maxime ad synodum venit episcopus, ut aut discat aut doceat aut corrigatur aut corrigat. Et Caelestino dicente[2], ut nulli sacerdoti suos liceat canones ignorare nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obviare, necesse est, ut ea hinc decernatis, ne aut in questionem reveniant aut occasio exinde alicuius praesumptionis exurgat aut illa dissolvere temporibus nostris vel successorum nostrorum oporteat. Quanta, inquit Symmacus[3], vicariis beatissimi Petri apostoli iudicabitur esse reverentia, si quae in sacerdotio praecipiunt eisdem transeuntibus dissolvantur? Quia, ut item dicit[4], non potest ex parte firmum esse, quod generalitatis tangit iniuriam.

b.

HINCMARUS* REMORUM EPISCOPUS SANCTAE SYNODO[5] DOMNI PAPAE NICOLAI AUCTORITATE CONVOCATAE[6].

Cap. I. De Ebone[7], unde quidam loquuntur, qui causam eius nesciunt vel scire aut audire non volunt, cum quocumque per contentionem nullam conseram questionem, quia nec domnus apostolicus mihi agendum hoc scripsit nec cum eodem Ebone in vita sua extiti altercator nec post mortem eius illius sum derogator nec eius sedis invasor extiti, quam ab eo secundum regulas sacerdotio defuncto[8] quartus post eos, qui eam tenuerunt[9], canonice in ea electus et ordinatus regendam suscepi[10]. Ratione autem dictante, quam omni poscenti negare non debeo, veritatem proferre licite valeo. Isdem namque a se iuxta sacras regulas et traditionem ecclesiasticam ac decreta sedis Romanae ponti-

---

*) *Vorausgeht:* Haec, quae sequitur, scedula secunda porrecta est synodo, clam dicente quodam interdum non depositum, interdum fuisse restitutum Ebonem. *B.*

1) *Vgl. Hieronym. epist. 127, 8, Corp. Vindob. 56, 151.* 2) *Codex canonum (1609) S. 425 c. 20; Hinschius S. 561 c. 1 (J.-K. 371).* 3) *Thiel I, 655f. Vgl. oben S. 176 A. 10.* 4) *An B. Caesarius von Arles, Thiel I, 728 (J.-K. 769).* 5) *Von Soissons, vgl. oben S. 174 A. 3.* 6) *Vgl. oben S. 174 und A. 5. — Gegenüber den drei anderen Denkschriften zeigt die Handschrift hier eine verkürzte Adresse.* 7) *S. oben S. 6 A. 9. — Zur Persönlichkeit und Geschichte Ebos vgl. A. Werminghoff, Allgemeine Deutsche Biographie 48 (1903), 242ff.* 8) *835. Vgl. unten S. 179 Z. 4.* 9) *Fulko und Notho, Äbte von Saint-Remi, vgl. Schrörs S. 35f.; Duchesne, Fastes épiscopaux III, 88. S. auch unten S. 180 Z. 19ff.* 10) *845. Vgl. oben Nr. 1 S. 1f.*

863. ficum Zosimi[1], Iohannis[2] atque Gregorii[3], sicut ab eis constitutum multoties legitur, per professionis suae libellum ea moderatione, quam Leo magnus papa decrevit[4] ad universos episcopos per Samnium, Picenum et Tusciam, dictatum et propria manu subscriptum in synodo se deposuit et episcopali ministerio spoliavit atque secundum suam professionem et subscriptionem a quadraginta tribus episcopis iudicium depositionis suscepit, sicut 5 ille ipse libellus, quem synodo[5] porrexit, et notitia synodalis — quae habemus — evidenter ostendunt. Ut enim dicit[6] Gelasius, ideo vocatur ad iudicium certa quaecumque persona, ut aut fateatur obiecta aut ut convincatur obiectis. Sed hunc et actio pene omni mundo nota convicit et ipse propria se voce et subscripta professione damnavit. Postea vero sine ulla regulari restitutione idem ministerium[7] episcopale, quo se privaverat, contra sacros canones 10 usurpavit. Et demum sub papa Sergio[8] Romam veniens ab eo, ut[9] damnatus in laica tantum communione maneret, districta sententia, sicut et gesta ipsius papae demonstrant[10], condempnatus fuit. Qui cum metropolis Remorum, in qua fuerat ordinatus, per decennium post depositionem eius pastore vacaret, sed et usque ad terminum vitae suae, cum fere decem et septem annis post damnationem suam vixerit, eandem sedem, qua 15 regulariter se privavit, canonice non repetiit nec optinuit neque ullum canonicae suae restitutionis documentum synodo cuilibet vel principibus terrae ac populis, qui eum damnatum fuisse noverant, secundum regulas sacras ostendit. Et si quis vult dicere eum fuisse regulariter consensu episcoporum vel sedis apostolicae restitutum — sicut sanctus Gelasius in decretali sua epistola de Acacio dicit[11], quem sui complices ac fautores restitutum 20 fuisse fingebant —, doceat, a quibus et ubi ille consensus restitutionis sit gestus, si secundum ecclesiae regulas celebratus, si paterna traditione profectus, si maiorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus, si ad primam sedem, cuius intererat sententia, qua tenebatur obstrictus, secundum ecclesiae regulas est relatum, si eadem, quae ligavit, absolvit. Si haec ita gesta non sunt, cum nec a pontificibus legitime et ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nulla saeculari potestate 25 potuit praeter ecclesiae tramitem prorsus absolvi. Nec quisquam ei post depositionem quasi restituto communicare debuerat, in ea dumtaxat causa, unde a se ipso et ab episcoporum concilio, insuper et ab apostolica sede excommunicatus extiterat, sine restitutionis suae canonicis litteris ab eis, a quibus fuerat restitutus, secundum morem confectis, sicut sacri canones et decreta Felicis papae demonstrant[12]. Quapropter, ut Leo ad Theodorum scribit[13], 30 quod manens in corpore non recepit, consequi exutus carne non poterit. Unde taliter visum est de illo tenendum, sicut Gelasius de Acacio dicit[14]: Talis est, inquiens, dictus, qualis ligatus est; talis usque in finem permansit, talis esse non destitit. Ita talis est hodie, qualis est et dictus, non talis esse iam non potest. Numquam igitur talis permanendo solvendus est. Et constat, quia Vgl. Prov. 1, 31. comedens fructus viae suae suisque consiliis saturatus, docente Innocentio[15] qui particeps 35

1) *Vgl. oben S. 174 Z. 18 ff.* 2) *II. (532—535). Betr. den B. Contumeliosus (s. unten Nr. 198 S. 208 Z. 26), Migne 66, 24 (J.-K. 886. 887).* 3) *Vgl. Reg. XII, 10, MG. Epist. II, 357 f. (J.-E. 1860). — S. auch unten Nr. 198 S. 208 Z. 26.* 4) *Nach der Briefadresse ist hier zuerst an Hinschius S. 629 f. (J.-K. 545) zu denken; vgl. dazu Hinschius S. 574 f. (J.-K. 398) und S. 596 (J.-K. 405). — S. auch unten Nr. 198 S. 209 Z. 2 f.* 5) *Synode von Diedenhofen 835, MG. Conc. II, 702 f.:* 40 Libellus ab Ebone synodo porrectus. — *Vgl. auch Synode von Soissons 853, Mansi XIV, 985.* 6) *An die orientalischen Bischöfe, Hinschius S. 646; Thiel I, 425 (J.-K. 665).* 7) *Vgl. Synode von Soissons 853, Mansi XIV, 985. S. auch unten Nr. 198 S. 211 Z. 23 f.* 8) *II. (844—847).* 9) *Vgl. Synode von Soissons 853, Mansi XIV, 985.* 10) *Lib. pontific. ed. Duchesne II, 90:* — — inter communem populum communicandi licentiam tantummodo haberent. 11) *Tom. de anathem.* 45 *vinculo, Thiel I, 568 f. (J.-K. 701).* 12) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 515 f.; Hinschius S. 634 c. 6 (J.-K. 609). S. auch unten Nr. 198 S. 211 Z. 16 f.* 13) *Hinschius S. 625 (J.-K. 485).* 14) *De anathem. vinculo, Thiel I, 565 (J.-K. 701).* 15) *Codex canonum (1609) S. 379 c. 53; Hinschius S. 550 c. 3 (J.-K. 303).*

factus est damnato, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum, dimisit reliquias suas parvulis suis. Sed et de eo omnem questionem secundum leges ecclesiasticas et mundanas, quas probat ecclesia, qui damnatus fuit anno incarnationis dominicae DCCCXXXV. indictione XIII. sub die Kalendarum quarto Nonarum Martii[1], iam tricennale[2] et amplius eo tempus excludit. 866.

II. Sed dicitur usque ad vitae suae terminum episcopale ministerium in omnibus ecclesiasticis muniis peregisse. Quae praesumptio a sanum sapientibus non sumitur in exemplum, quia et in veteri et in novo sacerdotio vetus hoc artificium est diaboli et quia plures hoc praesumpserunt, sicut Bonosus, contra cuius morbum Innocentius[3], et Proculus, adversus quem laboravit non modice Zosimus[4], et Acacius, quem deiecit Felix[5] et sequens sacros canones ac decreta praedecessorum suorum cum praesumptione et usurpatione sua peremit et extinxit Gelasius[6]. Et plures alii fuerunt, qui in hanc praesumptionis sententiam transierunt et transeuntibus consenserunt, de quibus in nostro saeculo quosdam audivimus, quosdam etiam, qui hoc egerint, vidimus. Sed monente scriptura non debemus turbam sequi ad male agendum et, ut Innocentius loquens de Bonoso dicit[7], quotiens a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum soleat transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio et de reliquo maxima sollicitudine praecavendum. Et de incongruo sacris scripturis ac sanctorum decretis multorum consensu item in decretis apostolicae sedis legitur, quia, etsi[8] omnes sacerdotes et mundus adsentiat, damnatio consentientes involvit, non praevaricationem consensus absolvit. Non enim crimen minuitur, sed adcrescit, cum generale fit ex privato. Hoc enim Deus omnium indicavit, qui mundum peccantem generali diluvio interemit. Et sacrum dicit[9] Nicenum concilium, quia quod inreprehensibile est catholica defendit ecclesia. Nam si[10] hoc inpune fuerit licitum, ut hi auctoritatem in sacris ordinibus ministrandi vel eosdem ordines tribuendi usurpent, qui aut penitus non acceperint aut contra regulas ordines sacros acceperint aut quibus regulariter ministerium sacrorum ordinum fuerit interdictum, omnis ordo et vigor ecclesiasticus non tantum nutabit vel confundetur, quam penitus destruetur. Vgl. Exod. 23, 2

III. Quia denique in Mogontina provintia ministravit, contra omnem auctoritatem esse cognoscitur. Nam Anthioceni canones de vacante episcopo et vacante ecclesia regulam praefixerunt[11]; sed et de illo, qui manus impositionem episcopatus accipit et ministrare detrectat[12], necnon et de illo, qui ordinatus nullo suo vitio ad parrochiam, in qua ordinatus fuerat, non accedit[13]. De quibus regulis nulla Eboni convenit. Et canones Sardicenses[14] de vim iniustle patientibus et pro disciplina et catholica confessione vel pro defensione veritatis expulsis vel pericua evadere quaerentibus, quid teneri debeat, manifeste demonstrant. Sed nec ista regula Ebonem absolvit; cum et sacerdotes[15] et omnis pene mundus et ipsa etiam sedes apostolica eius falsis criminibus appetitum et quadam traditione pro honoribus cum iuramento exinde acceptis venditum et ab imperio atque ab ipso ecclesiae aditu pium augustum Hludouuicum[16]

---

1) *4. März 835. Vgl. auch MG. Conc. II, 702 Z. 22ff.* 2) *Vgl. Gelasius I. an die Bischöfe Siziliens c. 2, Hinschius S. 654; Thiel I, 382 (J.-K. 637); auch Brief des Ravennius an Eutyches, Hinschius S. 600. Weltliches Recht: Iuliani epitome novellarum Iustiniani const. 104, 1 ed. Haenel S. 122.* 3) *Vgl. oben S. 174 und A. 13. 14.* 4) *Vgl. oben S. 174 und A. 15—17.* 5) *484. — Hinschius S. 634f. (J.-K. 599).* 6) *Vgl. oben S. 178 Z. 19 ff.* 7) *Codex canonum (1609) S. 384 c. 56; Hinschius S. 551 c. 6 (J.-K. 303).* 8) *Diese von Hinkmar wiederholt angeführte Stelle ist einem nicht erhaltenen Briefe römischer Kleriker an einen Priester Johannes aus der Zeit des Papstes Vigilius entlehnt, vgl. Migne 126, 477f. S. auch MG. Lib. de lite II, 45 Z. 29ff.* 9) *C. 9, Codex canonum (1609) S. 5; Hinschius S. 259.* 10) *S. auch unten S. 185 Z. 8ff.* 11) *C. 16, Codex canonum (1609) S. 63; Hinschius S. 272.* 12) *C. 17, ebenda.* 13) *C. 18, Codex canonum (1609) S. 64; Hinschius S. 272.* 14) *C. 21, Codex canonum (1609) S. 170; Hinschius S. 269.* 15) *Vgl. oben Z. 19.* 16) *Den Frommen.*

866. satagente ipso abiectum[1] gravissime ingemuerit et innoxium a criminibus inventum et iustissime restitutum totus in orbe terrarum mundus gaudio exultaverit et Ebonem de- (Vgl. 1. Reg. 24, 11 u. ö.) iciendum, qui inreverentius manum in christum Domini miserat, ut reum maiestatis una cum ipso clamaverit. Sed neque necessitate cogente propria amissa provintia secundum Calchedonenses canones[2] civitate, in qua ordinatus fuerat, captivata pulsus ab hostibus ex- 5 titit, ut alibi incardinari valeret, sicut in decretis beati Gregorii[3] et aliorum sedis Romanae pontificum invenimus; nec iniuste et contra regulas sacras deiectus et regulariter sedi suae secundum Sardicenses canones[4] iussu sedis apostolicae refricato iudicio restitutus ullo documento canonico invenitur. Quapropter ab ipsa, ubi inmorabatur, parrochia contra concilium Africanum[5] appetitus, ut ibi decretum est, potestate iudiciaria per rectorem 10 provintiae protinus excludi et neque ab ecclesiis, quibus praefuit, neque a quolibet homine defensari debuerat. Constat ergo iuste deiectus ea, quae sua non fuerant, praesumpsisse; cuius non necesse est nos merita actusque discutere, cum habeat conscientiae et operis (Vgl. Ier. 29, 23.) sui testem, quem habet et iudicem. Nam, ut Leo dicit[6], quae patefacta sunt quaerere et quae perfecta sunt retractare et quae sunt diffinita convellere, quid aliud est quam de adeptis gratiam 15 non referre et ad interdictae arboris cibum improbos appetitus mortiferae cupiditatis extendere?

IV. De mea etiam ordinatione[7], cui forte si aliqui occulte, quod aperte non audio, (Vgl. Hebr. 9, 17.) derogant, in nullam altercationem contra quemcumque intrabo, quia, sicut dicit apostolus, in mortuis testamentum est confirmatum. Nam cum Remensem ecclesiam Folco fere per novem annos sine ulla regulari Ebonis reclamatione tenuisset et post eum Noto pene 20 per annum et dimidium eandem sedem similiter sine ulla Ebonis repetitione tenuisset[8], sub Sergio papa in synodo plurimorum archiepiscoporum et episcoporum apud Bellovagum dioceseos Remorum habita[9] a clero et plebe ipsius metropolis, sed et ab episcopis eiusdem provintiae petitus et ab archiepiscopo tunc meo et proprio episcopo necnon et a coepiscopis ipsius provintiae secundum Laodicense concilium[10] cum consensu abbatis 25 mei et fratrum monasterii, in quo degebam, episcopis Remensis provintiae et clero ac plebi ipsius metropolis per canonicas litteras traditus et cum decreto canonico praesentia vel consensu omnium suffraganeorum ipsius metropolis et a metropolitano meo, qui me illis tradiderat, sum in eadem ecclesia omnibus acclamantibus absque ullius contradictione vel repetitione canonice et secundum decreta sedis Romanae pontificum ordinatus. Ipsa- 30 que ordinatio mea non solum Remorum provintiae episcoporum, ordinatorum videlicet meorum, secundum Africanum concilium[11] subscriptionibus est roborata, verum et omnium pene Galliarum atque Niustriae necnon et Aquitaniae episcoporum manibus subscripta epistola[12] ad praefatum Sergium papam unanimiter dirigenda, sed et edicto domni regis Karoli[13] manu propria confirmato et sigillo ipsius corroborato est comprobata. Quae 35 omnia Sergio, antequam mittere ad illum concurrerem, in brevi defuncto Leoni papae[14]

1) *833. Vgl. auch Mühlbacher, Regesten² n. 926a.* 2) *C. 20, Codex canonum (1609) S. 130; Hinschius S. 287.* 3) *Reg. II, 37, MG. Epist. I, 132f. (J.-E. 1191). Vgl. auch Reg. III, 13. 14, Epist. I, 171ff. (J.-E. 1217. 1218).* 4) *Vgl. c. 3, Codex canonum (1609) S. 159f.; Hinschius S. 267 c. 4.* 5) *C. 15, Codex canonum (1609) S. 215f.; Hinschius S. 299 c. 38.* 6) *An Kaiser* 40 *Leo, Hinschius S. 578 (J.-K. 539).* 7) *Vgl. zum folgenden auch Synode von Soissons 853, Mansi XIV, 986; Flod. III, 1, MG. SS. XIII, 474f.* 8) *Vgl. oben S. 177 und A. 9.* 9) *18. April 845. Vgl. Schrörs S. 38f.; Lot-Halphen S. 142f. — S. auch oben Nr. 1 S. 1f.* 10) *C. 12, Codex canonum (1609) S. 77; Hinschius S. 274.* 11) *Vgl. c. 56, Codex canonum (1609) S. 243; Hinschius S. 318 (Konzil von Mileve c. 14).* 12) *Nicht erhalten. Vgl. auch Mansi XIV, 986.* 13) *S. auch Mansi* 45 *XIV, 986. Vgl. in der Urkunde Karls des Kahlen vom 1. Oktober 845 (Flod. Hist. Rem. eccl. III, 4, MG. SS. XIII, 477): — —* electo et ordinato munere sancti spiritus per Dei et nostram dispositionem in eadem sancta sede Hincmaro archiepiscopo; *Lot-Halphen S. 143 und A. 2.* 14) *IV. (847—855).*

sunt missa. Indeque a domno imperatore Hlothario suam epistolam eidem Leoni papae dirigente[1], in qua scripsit, quantum pro restitutione Ebonis apud Sergium papam sategerit[2] et nihil optinere potuerit, favoribus prosecuta et ab eodem Leone papa et usu pallii[3] et privilegio sedis apostolicae ac pluribus apostolicis suis epistolis, ut videlicet in loco pastoris sacerdotio defuncti, est multoties adprobata. Quamque ordinationem meam sanctae memoriae gratia et nomine Benedictus[4], sed et domnus ac pater noster papa Nicolaus[5] suis privilegiis eam corroborarunt. Quae in episcopali concilio et ante ordinationem electio et postea ordinatio canonice patrata fuisse non contra cuiuscumque questionem, sed adversus susurrantium atque occulte musitantium derogationes, ut omnis iniquitas oppilaret os suum, ex sacris regulis est demonstrata. Sed et illud in causa est, cur inde in nullam altercationem contra quemcumque modo intrare non deliberem, quoniam domnus papa suis apostolicis litteris mihi non scripsit, ut cuicumque inde per questionem debeam reddere rationem. Quod non de diffidentia dico, quasi documentorum probamentis ad ista deficiam — in quo iure si quis audet, audeo et ego —, sed Leonis ad Leonem augustum verba pro modulo meo sequens dicentis[6], **quia de rebus et apud Niceam et apud Calchedonam, sicut Deo placuit, definitis nullum audemus inire tractatum, tamquam dubia vel infirma sint, quae tanta per sanctum spiritum fixit auctoritas.** Cum tantus ac tantae sedis papa se ad haec dixerit non audere, ego tantillus homuntio super ea, quae tot conciliorum et tantorum pontificum sedis apostolicae de ordinatione mea, qualiscumque plebis Dei famuli, sicut certissima monimenta declarant, adprobavit et **fixit[7] auctoritas, tamquam de re dubia vel infirma, nullum audeo inire** certamen.

866.

Vgl. Ps. 106, 42.

V. De his autem fratribus nostris, de quibus nuper nobis communiter domnus apostolicus scripsit, si vobis ad apostolica scripta non sufficit brevis a me data responsio[8], ecce habetis gesta episcopalia et privilegia domni Benedicti[9] et domni Nicolai[10], quae vobis demonstrant, qua ratione et quo ordine quave auctoritate et a quibus et ubi et quando patrata sint, quae in eos acta fuerunt. Quibus omnibus perscrutatis secundum domni et patris nostri apostolici papae discretissimum ac regulare mandatum, quod **iustum[11] et pium inveneritis**, secundum canones sacros decernite et absque ulla, quantum ex me est, **contradictione perficite**; quia, sicut in praecedenti scedula vobis scripsi[12], nec illius apostolicis praeceptis nec vestris regularibus diffinitionibus contradicam.

VI. Ceterum si vestrae beneplacitae voluntati necessarium visum fuerit — non ad ullam contentionem nec adversum alicuius questionem, sed ob pleniorem rei notitiam —, ut de Ebonis adhuc latius regulari depositione et nulla canonica restitutione, sed et de mea, qualiter celebrata sit, ordinatione vel qua ratione fratres et coepiscopi nostri in synodo Meldensi[13] filios Remensis ecclesiae, de quibus agitur, suspenderunt vel unde accepit Suessonica synodus[14] non debere in gradibus ecclesiasticis eos manere rationem et ordinem atque auctoritatem: quae ibi ostensa et a sollicitudine exiguitatis meae suscepta sunt, ne offendam reticens dicendam in tempore veritatem, vestrae fraternitati pandere non negabo; tantum ut non vos morosa et forte vobis, si nota est, non necessaria ratio tedeat et sic veritas a me possit ostendi, quatenus vestrae unanimitatis caritas erga me debeat

---

1) *MG. Epist. V, 609 ff. Nr. 46; Mühlbacher, Regesten* ² *n. 1149.* 2) *S. auch unten Nr. 198 S. 210 Z. 31 f.; Mühlbacher, Regesten* ² *n. 1124a.* 3) *Vgl. MG. Epist. V, 590 f. Nr. 12. 13 und S. 591 A. 1. S. auch Flod. Hist. Rem. eccl. III, 10, MG. SS. XIII, 482. — Mühlbacher, Regesten* ² *n. 1149.* 4) *Vgl. MG. Epist. VI, 367 f. Nr. 59a (J.-E. 2664).* 5) *Vgl. MG. Epist. VI, 365 ff. Nr. 59 (J.-E. 2720).* 6) *Hinschius S. 579 (J.-K. 539).* 7) *Vgl. oben Z. 15 ff.* 8) *Vgl. oben S. 174 Z. 9 f.* 9) *Vgl. oben A. 4.* 10) *Vgl. oben A. 5.* 11) *S. auch oben S. 174 Z. 7 und A. 7. 8.* 12) *Vgl. oben S. 177 Z. 7 f.* 13) *845. Vgl. auch unten Nr. 198 S. 212 Z. 21 ff. — Schrörs S. 61.* 14) *853.*

866. conservari. Qui absque nostro detrimento non solum fratribus, sed et inimicis prodesse desidero et apostolicis mandatis quacumque contumacia non resulto nec fraternis vestris monitis et regularibus diffinitionibus intentionem vel manus obvias tendere paro, ea tamen condicione, quod et vos velle et studere cognosco, ut regularum status et sedis apostolicae privilegium maneat et commune periculum nostrum vitari praevaleat.* 5

c.

HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS REMIGIO, WENILONI ET CETERIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS DOMNI PAPAE NICOLAI AUCTORITATE AD SYNODUM, QUO ET EXIGUITATEM MEAM CUM COEPISCOPIS NOSTRIS VENIRE PRAECEPIT, IN HANC SUESSORUM CIVITATEM PRO CAUSA VULFADI ET COLLEGARUM EIUS CONVOCATIS[1].

Legimus scribente beato Innocentio[2], quod de quibusdam observatio prior durior, posterior interveniente misericordia inclinatior est. Et sanctus Leo dicit[3], quia, sicut quaedam sunt, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quae aut pro consideratione aetatum aut pro necessitate rerum oporteat temperari. Velut et de quodam indulgentiae iure dicit, in quo, inquiens[4], non regulam constituimus, sed quid sit tolerabilius aestimamus. Et facundissimus Gelasius: Priscis, inquit[5], pro sui reverentia manentibus constitutis, quae, ubi nulla vel rerum vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodiri. Hic procul dubio qui in ecclesiasticarum narratur altitudine dignitatum et in cuius virtute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus utique distributis, cunctis Deus noster et rector populis praedicandus est Christianis; ubi nemo sibimet aliquid aestimet imminutum, cum et de uniuscuiusque gradus perfectione nil deperit et convenienter retinendo, quod caelesti dispensatione conlatum est, pariter nobis et cognoscibilem Deum fieri et tribuit esse rectorem. Nam et si quid indulgetur de temporum quantitate, moribus adgregati[a] et[a] strenuitate pensatur, si vita etiam proposito continetur, quod protelata fuerat aetate curandum, dummodo illa nullatenus dissimulata subripiant, quorum, quodlibet inesse claruerit, merito clericalibus infulis reprobabilem convincat esse personam. Et si illa nonnumquam sinenda sunt, quae, si ceterorum constet integritas, sola nocere non valeant, illa tamen sunt magnopere praecavenda, quae recipi sine manifesta decoloratione non possunt. Et Africanum concilium de virginum

---

*) *Es folgt:* Post hanc scedulam synodo ostensa sunt gesta episcopalia Suessonicae synodi[6] per manus Hincmari Laudunensis episcopi[7] et gesta synodi Bituricensis provintiae[8] per manus Raginelmi Tornacensis episcopi[9] et privilegium domni Benedicti[10] per manus Erchanraui Catalaunensis episcopi[11] et privilegium domni Nicolai[12] per manus Hodonis Belvacensis episcopi[13]. Et post haec omnia data est quae sequitur scedula, qualiter priscis, ut dicit Gelasius[14], pro sui reverentia manentibus constitutis et salvis apostolicae sedis privilegiis, cum eorum etiam salvamento, qui synodo subscripserunt, in qua fratres, de quibus agitur, fuere deiecti, per indulgentiam et auctoritatem domni papae in suis ordinibus recipi et provehi possint absque contradictione, migratis iam omnibus, qui in Ebonis depositione fuerunt, episcopis excepto solo Rothado, sed et eis, qui illi excommunicato dicebantur communicasse, et aliis in eorum locis substitutis ac per eos, ut ita dicamus, innumeris ordinatis: tantum ut de cetero scandala, quae hinc valent emergi, domni apostolici auctoritate et providentia devitentur. *B.*

a) adgregata *Sirm.*

1) *Vgl. oben S. 174 und A. 5.* 2) *Codex canonum (1609) S. 349 c. 22; Hinschius S. 532 c. 2 (J.-K. 293).* 3) *Codex canonum (1609) S. 453; Hinschius S. 616 (J.-K. 544).* 4) *Codex canonum (1609) S. 459 c. 25; Hinschius S. 617 c. 11 (J.-K. 544).* 5) *Hinschius S. 650 c. 2; Thiel I, 362 (J.-K. 636). S. auch unten Z. 32 f.* 6) *S. oben S. 181 Z. 35 ff.* 7) *Vgl. oben S. 55 A. 4.* 8) *Vgl. auch unten Nr. 186 S. 192 Z. 3 und A. 2. — Schrörs S. 278 A. 41.* 9) *862—880.* 10) *Vgl. oben S. 181 A. 4.* 11) *Vgl. oben S. 43 A. 9.* 12) *Vgl. oben S. 181 A. 5.* 13) *Vgl. oben S. 122 A. 3.* 14) *Hinschius S. 650 c. 2; Thiel I, 362 (J.-K. 636). S. auch oben Z. 14 f.*

velatione retractans ita manere[1] constitutionem prioris concilii, ubi nulla perurget necessitas, decrevit[2], ut non obsit posteriori concilio certis pro causis ea, quae constituta fuerant, immutanti nec posterius concilium priori obviet, ubi[3] nulla illud perurget necessitas immutare. Sed et de Donatistis decrevit[4], ut consentientibus fratribus et coepiscopis, maxime autem apostolica sede, a quibus inde fuerat diffinitum, quatenus secundum uniuscuiusque episcopi catholici voluntatem atque consilium, qui in eodem loco gubernat ecclesiam, si hoc paci Christianae prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur, sicut prioribus eiusdem divisionis temporibus factum esse manifestum est; quod multarum et pene omnium Africanarum ecclesiarum, quibus talis error exortus est, exempla testantur, non ut concilium, quod in transmarinis partibus de hac re factum est, dissolvatur, sed ut illud maneat circa eos, qui sic transire ad catolicam volunt, ut nulla per eos unitatis compensatio procuretur. Per quos autem vel omnimodo perfici vel adiuvari manifestis fraternarum animarum lucris catholica unitas in locis, quibus degunt, visa fuerit, non eis obsit, quod contra honores eorum, quamvis salus nulli interclusa sit, in transmarino concilio statutum est.

866.

Unde manentibus[5] statutis absque regularum et apostolicae sedis praeiudicio et iudicantium ullo discrimine, quos non solum auctoritas Carthaginiensis concilii ab omni nevo defendit[6], si eorum fuerit soluta sententia, qui convinci non possunt vel inimico animo iudicasse aut aliqua cupiditate aut gratia depravati, verum et idem concilium, sed et Anthiocenum atque decreta sedis Romanae pontificum Innocentii, Zosimi atque Leonis eos commendant, per quae sua confirmavere iudicia, quae fratres et coepiscopi nostri in Suessonica synodo Remensis ecclesiae filiis ab Ebone post depositionem suam ordinatis censura ecclesiasticae severitatis iudicaverunt. Ubi eos non iudicavi[7] nec cum iudicibus eorum subscripsi; manente etiam, ut oportet et necesse est, auctoritate privilegiorum domni Benedicti et domni ac patris nostri Nicolai papae[8]: si illi placet, cui cuncta bona placent, ut decessoris sui Benedicti et sua privilegii a se confirmati sententia de his fratribus propter misericordiam per indulgentiam immutetur, ubi exinde scriptum habetur[9] salvo Romanae sedis in omnibus iussu atque iudicio, et aliter decretum confirmetur nobisque tenendum mandetur, iuxta moderationem Innocentii, qui observationem priorem duriorem, posteriorem autem interveniente misericordia inclinatiorem dicit[10], et vestra fraternitas, qui eosdem fratres iudicastis vel quorum decessores illos iudicaverunt, unanimi benignitate, iustitia, pietate condita consenserit atque decreverit, sicut sacra et mystica Nicena synodus de Novatianis[11] et per indulgentiam in epistola[12] ad universos episcopos per Aegyptum, Libiam et Pentapolim constitutos de Meletio dampnato clementi consilio, dum subtili veraque ratione nullam veniam mereretur, et ab eo post dampnationem illius ordinatis, quos Meletianos appellat, decrevit.

Nam idem Meletius, ut in veraci et recipienda hystoria legimus[13], unius civitatis Egyptiorum episcopus, sub Petro Alexandrinae civitatis archiepiscopo, qui suscepit Diocletiano imperante martyrium, depositus est et propter alias multas causas et maxime, quia in persecutione fide negata sacrificaverat. Ergo dampnatus habuit multos sequaces et haeresiarces[a] factus est eorum, qui hactenus ab eo in Aegypto Meletiani vocantur, nullam iustitiae satisfactionem habens, cur remanserit ab ecclesia

---

a) heresiarces *B*.

1) *Vgl. S. 182 Z. 15.* 2) *C. 93, Codex canonum (1609) S. 270; Hinschius S. 319 (Konzil von Mileve c. 26).* 3) *S. oben A. 1.* 4) *C. 35, Codex canonum (1609) S. 231f.; Migne 67, 204 c. 68.* 5) *S. oben S. 182 Z. 15.* 6) *C. 15, Codex canonum (1609) S. 191; Hinschius S. 298 c. 10.* 7) *Vgl. auch oben S. 175 Z. 3f.* 8) *S. oben S. 181 A. 4. 5.* 9) *MG. Epist. VI, 365 Z. 23f. (J.-E. 2720).* 10) *Codex canonum (1609) S. 349 c. 22; Hinschius S. 532 c. 2 (J.-K. 293).* 11) *C. 8, Hinschius S. 259; Codex canonum (1609) S. 4f.* 12) *Cassiod. Hist. tripart. II, 12, Migne 69, 932. Vgl. auch unten S. 184 Z. 5ff.* 13) *Cassiod. Hist. tripart. I, 18, Migne 69, 916f.*

866. separatus. Dicebat quidem iniustitiam se passum et obloquebatur sibi derogabatque Petro. Sed Petrus in persecutione percepta martyrii palma defunctus est; iste vero retulit detractiones in Achillam, qui post Petrum suscepit episcopatum, et rursus in Alexandrum, qui post Achillam noscitur ordinatus. Inter haec igitur supervenit quaestio[a] Arriana, et Meletius una cum suis defendebat Arrium, conspiratione facta cum eo adversus episcopum. De quo Meletio et eius complicibus praefata sacra 5 synodus[1] in praescripta epistola pacis redintegrandae et unitatis gratia haec decrevit ad locum: Placuit, inquiens[2], Meletium quidem clementi consilio, dum subtili veraque ratione nullam veniam mereretur, manere quidem in propria civitate, nullam vero omnimodis habere potestatem neque eligendi neque ordinandi, nec in provintia nec in qualibet civitate, purumque nomen tantummodo possidere. Eos autem, qui ab eo sunt constituti, mystica ordinatione firmatos habere honorem et ministe- 10 rium, ut tamen sequentes sint modis omnibus universorum in singulis parrochiis et ecclesiis carissimo et comministro nostro Alexandro consecratorum, ut in his nulla potestas sit placitos sibi eligere aut nomina eorum praeferre aut omnino aliquid agere praeter voluntatem ecclesiae catholicae praesulis Alexandri. Gratia namque Dei et orationibus vestris in nullo scismate repertos, sed sine macula in catholica et apostolica ecclesia permanentes, dignum est potestatem habere et eligendi quemlibet et 15 nomina eorum dandi, qui clero sunt digni, et absolute facere omnia secundum legem et sanctiones ecclesiae. Si quem vero contigerit requiescere in ecclesia, tunc provehi in honorem defuncti eos, qui nuper adsumpti sunt, solummodo si videantur digni et populus eos elegerit, condecernente simul et consignante maxime Alexandriae civitatis episcopo. Hoc itaque aliis quidem concessum est omnibus; in persona vero Meletii nequaquam eadem placuerunt propter priorem indisciplinationem 20 eius et propter procacitates eius ac petulantiae voluntatem, ne ulla daretur auctoritas vel potestas homini, qui posset rursus easdemque indisciplinationes instruere.

Et Anastasius iunior papa ad Anastasium imperatorem scribens[3] de ordinatis a dampnato Acacio recipiendos in suis ordinibus dicit. Quamquam eadem epistola sacris canonibus et decretis Innocentii, Zosimi et Leonis atque Gelasii a quibusdam non convenire dicatur, 25 quia ut ambigua sententia in eadem epistola idem Anastasius scribit, ut[b] baptizavit catholice, non canonice; nec secundum sacras regulas neque secundum ecclesiae catholicae consuetudinem sacerdotes vel levitas dampnatus ordinavit Acatius, quia possunt etiam interdum laici catholici baptizati, ut dicit Gelasius[4], catholice baptizare et etiam criminosi adhuc sedentes[5] super cathedram, sicut scribae et Pharisei et sicut Iudas, pro ministerii dignitate inter 30 apostolos sibi commissa et nondum iudicio aperto amissa pro suo officio quae in eodem ministerio operanda sunt operari. Sunt et alia, quae hic poni poterant, nisi obviari eis ab aliis Dan. 12, 4. constitutis sanctorumque decretis manifeste cognoscerentur, quoniam, ut Danihel dicit: 'Pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia', aliter de huiusmodi decreta fuisse inveniuntur. Et idcirco ista posuisse sufficiat, quae indulgentiae potius misericordiam sequi, 35 quam censuram iustitiae intentare videntur.

His ergo ita se habentibus, quantum ex me est, sedis apostolicae benignitati et vestrae Eph. 4, 3. fraternitatis bene placitae consensioni 'sollicitus servare unitatem spiritus in vinculo pacis' in fratrum istorum regulari statu non obvio. Quorum, sicut in praecedenti scedula vobis porrecta[c] praemisi[6], salubrem ac regularem statum et cupivi et cupio et quaesivi et quaero 40 et de quorum deiectione dolui satis et doleo, quia nemo maius dispendium habet de illorum deiectione quam ego. Et haec quidem scripsi pro mediocritate ingenioli mei, devotionem

---

a) questio *B.* b) *So B;* et *Sirm.* c) porrectam *B.*

1) *Vgl. oben S. 183 Z. 31.* 2) *Cassiod. Hist. tripart. II, 12, Migne 69, 932.* 3) *Vgl. Hinschius S. 656 c. 7 (J.-K. 744).* 4) *Vgl. Hinschius S. 651 c. 9; Thiel I, 366 (J.-K. 636).* 45 5) *Vgl. Anastasius II. an Kaiser Anastasius, s. oben Z. 23 f. und A. 3.* 6) *Vgl. oben S. 175 Z. 33 ff.*

mentis meae circa fratres ostendens, priscis, ut dicit Gelasius[1], pro sui reverentia manentibus constitutis et reservato per omnia sententiae ac iuris privilegio apostolicae sedis et non praeiudicans vestrae vel cuiuscumque rationabiliori seu plus tenendae ac maioris auctoritatis sententiae, quam, si mihi ostensa fuerit, paratus sum sine contradictione aliqua sequi. Illa tamen modis omnibus in istorum statu, si tamen a vobis unanimiter inde consensum et a domno papa fuerit confirmatum, conditione servata, quam et apostolica sedes pro ecclesiastico vigore ab omnibus petimus faciat conservari et a vestra fraternitate necesse est provideri, ne hac, quod absit, occasione hi[2] auctoritatem in sacris ordinibus ministrandi usurpent, qui aut penitus non acceperint aut contra regulas acceperint vel quibus regulariter ministerium fuerit interdictum. Quoniam, si hoc impune fuerit licitum, omnis ordo et vigor ecclesiasticus non tantum nutabit, quantum penitus confundetur. 866.

Sunt cum istis et alia, de quibus provide domni apostolici summa auctoritas et sub eius magisterio hinc vestra sollers considerabit sagacitas, quae in alio diplomate[3] mea vobis ostendet humilitas, ne sub huius rei occasione in ecclesia possint emergi. Vestra autem prudentia et haec clarius et alia, quae sensus mei paucitas non potest attingere, contemplabitur, et domni apostolici supereminens sapientia multo sollicitius et videbit quae providenda sunt et praesentibus medelam et futuris imponet custodiam.*

d.

HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS REMIGIO, WENILONI ET CETERIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS DOMNI PAPAE NICOLAI AUCTORITATE AD SYNODUM, QUO ET EXIGUITATEM MEAM CUM COEPISCOPIS NOSTRIS VENIRE PRAECEPIT, IN HANC SUESSORUM CIVITATEM PRO CAUSA VULFADI ET COLLEGARUM EIUS CONVOCATIS[4].

Quod invitus dico et supprimere in totum non audeo, ne forte mihi ab his, qui hoc sciunt, imputetur, quod calliditate aliqua occultaverim veritatem, et, si haec causa iuxta veterum constitutionem iudicio synodali decreta sine diffinitione synodalis sententiae modo quolibet fuerit refragata, dilecto fratri nostro Vulfado ad noxam cuiuscumque redivivo furore valeat deputari. Isdem namque dilectus frater noster post omnia, quae de sua et collegarum suorum adiudicatione a synodo[5] episcoporum quinque provintiarum diffinita et a sedis apostolicae auctoritate sub anathematis interpositione sunt confirmata[6], sine audientia et consilio episcopalis concilii sacerdotum, qui eum iudicaverunt, sineque auctoritate Romani pontificis, qui ipsa iudicia confirmavit, inconsulta etiam Remensi ecclesia extra provintiam eius, in qua baptizatus et in clericum tonsus atque per plures annos in ecclesia publice sacras scripturas legit, ubi, sicut Africanum decrevit[7] concilium cap. LVIII., postquam semel legit, ab alia ecclesia inconsulte recipi non debuerat, sicut idem concilium cap. XXI. manifeste demonstrat[8], Lingonensem ecclesiam pastore viduatam, ut ibi ordinaretur episcopus, sub nomine vocati episcopi usurpare praesumpsit[9] eiusque facultates, quae secundum Calcedonense concilium[10] penes echonomum futuro debuerant

*) *Es folgt:* Post haec ista, quae sequitur, scedula *(unten Nr. 184 d)* synodo est porrecta, sed quibusdam scandalizantibus non est perlecta. *B. Vgl. Schrörs S. 279.*

1) *Vgl. oben S. 182 Z. 14 f. und A. 5.* 2) *Das Folgende* (— confundetur) *fast wörtlich bereits oben S. 179 Z. 23 ff.* 3) *Ob hiermit das nachfolgende Stück (Nr. 184 d) gemeint ist, läßt sich nicht klar ersehen.* 4) *Vgl. oben S. 174 und A. 5.* 5) *Soissons 853. Vgl. oben S. 174 Z. 16 und S. 174 f.* 6) *Vgl. das Privileg Benedikts III., MG. Epist. VI, 368 Nr. 59 a (J.-E. 2664). S. auch oben S. 175 Z. 9 f.* 7) *Codex canonum (1609) S. 243 c. 57; Hinschius S. 318 (Konzil von Mileve c. 15).* 8) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 219 c. 20; Hinschius S. 300 c. 42.* 9) *Vgl. oben Nr. 100 S. 50 Z. 7 f. und A. 4.* 10) *C. 25, Codex canonum (1609) S. 132; Hinschius S. 287.*

866. reservari episcopo, suis suorumque usibus arrogavit, decernente ipso concilio[1], ut eos, qui ausi fuerint post diffinitionem magnae et universalis huius synodi quicquam ex his, quae sunt prohibita, perpetrare, decrevit sancta synodus a proprio huiusmodi gradu recedere, et Antiocheno concilio[2] de dampnatis aliquid praesumentibus de ministerio, ut nullomodo liceat eis nec in alia synodo spem restitutionis habere. Et ab hac praesumptione synodali auctoritate, cuius habemus 5
Luc. 17, 3. constitutionem, revocatus iubente Domino: 'Si peccaverit frater tuus, increpa illum, et si paenitentiam egerit, dimitte illi', per satisfactionis libellum[3] propria manu firmatum recipere communionem, qua regulariter secundum Nicenos et Calcedonenses canones ac decreta Gelasii fuerat privatus, promeruit, sicut idem ipse libellus, qui prae manibus habetur, ostendit. In quo sub iureiurando per sanctam trinitatem unius deitatis professus 10 est se numquam et nusquam ad sibi interdictam praesumptionem et ad graduum ecclesiasticorum administrationem ulterius adspiraturum neque aliam huiusmodi temeritatem, qua pax ecclesiae valeat perturbari et quies sacerdotalis possit inquietari, scienter[a] vel libenter ulterius[a] moliturum.

Quem libellum coram episcopis Pardulo Laudunensi[4], Guntberto Ebrocensi[5], Aenea 15 Parisii[6] coramque rege[7] et quam plurimis aliis nobis iudicibus suis a synodo constitutis porrexit, decernente beato Gregorio[8], ut revertentes a scismate iureiurando profiteantur et subscribant se numquam ad scisma, quo redierant, reversuros. Et secundum traditionem Leonis papae scribentis ad Ianuarium episcopum[9]: Saluberrimum est, inquit, et spiritalis medicinae utilitate plenissimum, ut sive presbiteri[b] sive diaconi vel cuiuslibet ordinis clerici, qui se 20 correctos videri volunt, prius errorem suum damnari a se sine ambiguitate fateantur, ut sensibus pravis et dudum peremptis nulla adspirandi supersit occasio nec ullum membrum ecclesiae talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria coeperit obviare; et ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum de erroneo ab ecclesiastica disciplina[10]: Si, inquit, fideliter aut utiliter dolet et, quam recte mota sit episcopalis auctoritas, vel sero[c] cognoscit vel si ad satis- 25 factionis plenitudinem quae ab eo male sunt sensa viva voce et praesenti subscriptione dampnaverit, non erit reprehensibilis erga correctum quantulacumque miseratio, quia Dominus noster verus et bonus pastor, qui animam suam posuit pro ovibus suis et qui venit animas salvare, non perdere, imitatores nos suae vult esse pietatis, ut peccantes iustitia coerceat, conversos autem misericordia non repellat; et item ad Anatholium Constantinopolitanum episcopum de Attico presbitero[d] 30 scripsit[11], ut remota omni dubitatione Calcedonensis synodi diffinitionem de fide, quam et apostolicae sedis firmavit auctoritas, profiteatur se per omnia servaturum, adiecta subscriptione manus propriae, quae in ecclesia populo praesente recitetur.

Quibus constat eos, qui ab ecclesiastica traditione deviant per contemptum, taliter recipi debere; quoniam, ut Hylarus dicit[12], non minus in sanctarum traditionum delinquitur 35 sanctiones, quam in iniuriam ipsius Domini prosilitur. De quibus, si a sua professione vel subscriptione exorbitaverint, Carthaginiense dicit concilium[13]: Si quis, inquiens, contra suam professionem vel subscriptionem venerit in aliquo, ipse se honore privabit. Et sanctus Gregorius ad Maximum episcopum Salonitanum de Andrea[14] diacono dicit[15], quia flagitari iudicium non

---

a) scienter — ulterius *unterstrichen B.* b) praesbiteri *B.* c) *Verb. B.* d) praesbitero *B.* 40

1) *C. 10, Codex canonum (1609) S. 126; Hinschius S. 286.* 2) *C. 4, Codex canonum (1609) S. 57 f.; Hinschius S. 270.* 3) *Nicht erhalten. Vgl. Schrörs S. 275.* 4) *Vgl. oben S. 7 A. 2.* 5) *850—862. Vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux II², 229.* 6) *S. oben S. 67 A. 4.* 7) *Karl dem Kahlen.* 8) *Vgl. Gregor. I. Reg. XII, 7, MG. Epist. II, 354.* 9) *Codex canonum (1609) S. 450; Hinschius S. 615 (J.-K. 416).* 10) *Hinschius S. 600 c. 6 (J.-K. 423).* 11) *Hinschius* 45 *S. 579 (J.-K. 540).* 12) *Thiel I, 154 c. 2 (J.-K. 562).* 13) *C. 13, Codex canonum (1609) S. 190; Hinschius S. 296.* 14) *Es handelte sich vielmehr um den Archidiakon Honoratus.* 15) *Reg. IX, 234, MG. Epist. II, 230 (J.-E. 1761).*

debet de causa, quam ipse iudicavit. Sed quia contempta fuerat indebita praesumptione non 866. solum diffinitio synodalis episcoporum, sed et apostolicae sedis domni Benedicti papae auctoritas[1], oportunitate inventa per venerabilem fratrem et coepiscopum nostrum Hodonem[2] exemplar privilegii domni Benedicti sub fidei adstipulatione dirigens domni Nicolai 5 papae auctoritati ab eo quod suus decessor firmaverat corroborari poposci[3] — non ad iniuriam, quod absit, sedis apostolicae, quasi adhuc eius in ambiguum sententia duceretur et ob id non sufficeret, quae ab ea semel domni Benedicti papae auctoritate, ut[4] inde quaestio nullis aliquando temporibus oriatur et adspirantes indebite anhelitus compressi funditus perpetuo maneant, fuerant confirmata, sed quoniam incauta praesumptio, ut constitutio 10 geminaretur, exegit —, quatenus, si obstinatio permanere deligeret, se post tot prohibitiones diffinita impune non posse temptare cognosceret.

Haec non per malitiam dicta, sed ne ut putarentur per vafritiam tacita, ad vestram notitiam necessarium duxi perducere, qui canonice cuncta per ordinem, quae in praefato fratre nostro Vulfado et collegis eius gesta sunt, secundum praeceptionem domni nostri papae[5] 15 examinare et subtilius investigare et, si quid iustum piumque sensum fuerit, de illorum reformatione debetis perficere, ne quid forte praetermissum videatur, quod vobis scire et unde a vobis conveniat diffiniri.

185.

Hinkmar berichtet Papst Nikolaus I. über die Synode von Soissons (866); er begründet, warum er dem Rate des Papstes, die Reimser Geistlichen sofort wieder einzusetzen, nicht 20 *entsprochen habe.* *1. September 866.*

Hss.: Laon 407 Bl. 79—82, 9. Jh. (B), kollat. A. V. Müller; Paris lat. 1458 Bl. 180'—181', 9.—10. Jh. (C), kollat. Krammer, Laehr.

Drucke: Cordesius (1615) S. 507 (ex mss. codicibus biblioth. Thuanae = C); Sirmond, Hincm. opera II, 282 (ex veteri codice biblioth. Thuanae = C; benutzt auch B); Labbe-Cossart VIII, 1901; Mansi 25 *XV, 765; Migne 126, 61.*

Schrörs Reg. 194.

DOMINO SANCTISSIMO ET REVERENTISSIMO PATRUM PATRI NICOLAO[a] PRIMAE AC SUMMAE SEDIS APOSTOLICAE ET UNIVERSALIS ECCLESIAE PAPAE HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS ET VESTRAE SANCTISSIMAE PATERNITATIS DEVOTISSIMUS FAMULUS[6].

30 XV. Kalend. Septembr. XIIII. indictionis[7] secundum vestram apostolicam iussionem[8] ad Suessorum civitatem cum fratribus ac coepiscopis Remorum provintiae[b], archiepiscopis et episcopis illuc ex mandato vestro convenientibus, occurrere festinavi, quo etiam dilectum fratrem nostrum Vulfadum[9] venire commonui. Eos etiam fratres nostros de ipsius collegio, qui sub nostra cura degunt, mecum adduxi. Quos[10], sicut mihi scribere dignati estis, iustum

35 185. a) Nicholao *C.* b) provincię *C.*

1) *Vgl. MG. Epist. VI, 367 f. Nr. 59a (J.-E. 2664).* 2) *Vgl. oben S. 182 Z. 31 und A. 13.* 3) *Vgl. oben Nr. 159 S. 121 f.* 4) *MG. Epist. VI, 368 Nr. 59a (J.-E. 2664).* 5) *S. auch oben S. 174 Z. 6 ff. und A. 7. 8.* 6) *Vgl. Schrörs S. 280; F. Lot, Le Moyen âge XV (1902), 422 und A. 1. — Dieser Brief, Hinkmars Antwort auf das Schreiben Nikolaus' I. vom 3. April 866, MG. Epist. VI, 404 ff.* 40 *Nr. 74 (J.-E. 2802), nimmt einerseits auf dieses Bezug, beruht aber in seinen wesentlichen Bestandteilen auf oben Nr. 184 S. 173 ff. und auf dem Synodalschreiben von Soissons vom 25. August 866, Mansi XV, 728 ff., das in der Handschrift Laon 407 unmittelbar vorausgeht.* 7) *18. August 866.* 8) *Brief Nikolaus' I. Nr. 74, MG. Epist. VI, 406 (J.-E. 2802).* 9) *Vgl. oben S. 50 Z. 7 und A. 4.* 10) *Vgl. oben Nr. 184 S. 175 Z. 35 ff. und A. 11.*

866. quid vel pium sentiens sine retractatione in suis ordinibus consensu ac iudicio[a] coepiscoporum Remensis provintiae[b] restituere maturarem, si illos ab eisdem gradibus cum eorum tantum iudicio deiecissem. Sed quoniam[1] synodi episcoporum quinque provintiarum[c], quorum meo consensu expetierunt iudicium, diffinitione fuere deiecti et, sicut melius sapientia vestra novit, sacri[2] canones usque ad similem excommunicationis vindictam decernunt, ut ab aliis deiecti ab aliis non recipiantur, minime autem restituantur, sed aut eorundem aut maioris concilii episcoporum diffinitiones ac iudicia praestolentur, aliorum opus in illorum restitutione nullatenus usurpare praesumpsi, quos meo arbitrio ab officio non suspendi et in[3] praefata[4] synodo episcoporum quinque provintiarum non tantum non[5] iudicavi vel deieci, verum nec cum iudicibus eorum subscripsi, quia mihi commissae ecclesiae filii finitimos episcopos iuxta canones Sardicenses[6] pro causa sua interpellarunt et Africae provintiae[d] canones huiusmodi vicinos episcopos audire et inter eos ac proprium episcopum adhibitos ab eis episcopos iubent querimoniam diffinire.

Unde humiliter obsecro, ne pro inoboedientia mihi reputetis, quoniam eos non statim restitui, qui ad synodum, sicut praecepistis, hoc solo meo ausu agere veritus oboedienter occurri et his, quae fratres et coepiscopi nostri vestrae sanctissimae paternitatis devotissimi filii vestra fulti auctoritate de illorum restitutione decreverunt, secundum[7] quod mistica Nicena[e] synodus scribens[8] ad diocesim[f] ecclesiae Alexandrinae de[7] ordinatis a Meletio damnato episcopo clementi[g] [9] consilio statuit, videlicet[10] ut mystica[h] ordinatione firmati haberent honorem et ministerium et proveheretur quilibet eorum in honorem episcopi in ecclesia defuncti, si visus foret dignus et eum populus elegisset cum consensu Alexandrini episcopi, sub cuius cura diocesis illa degebat, condecernente quodammodo similia Africano concilio[11] de Donatistis[i], quae non vobis ut incognita[k] ingeruntur, sed ut notissima inculcantur, sacrorum canonum et sedis apostolicae manentibus constitutis[l] [12] paratissime annuere et 'sollicitus servare unitatem spiritus in vinculo pacis' obtemperare curavi, reservato[13] per omnia sententiae ac iuris privilegio eiusdem apostolicae sedis et salva diffinitione ac confirmatione expectatae vestrae discretionis atque auctoritatis.

Eph. 4, 3.

Et quia synodo[m] per hunc venerabilem archiepiscopum Egilonem[14], qui interfuit actionibus, dirigente epistolam[15] omnium nostrum, qui adesse potuimus, cum ipso voce loquentem, quoniam, si eis manum[16] porrigitis, vobiscum pariter porrigemus, Vulfado et eius collegis pro disceptatione diversa iudicantium in eadem synodo omnibus consonanter id ipsum sentientibus[17] sedem apostolicam non fuit necessarium appellare: idcirco huiusmodi legatum, qui meam[18] vobis repraesentans personam cuiuscumque diversa sentientis alligationibus, quae modo nullae sunt, responderet et vestram exinde diffinitionem re-

---

a) *Vor* iudicio *1 Schaft rad. C.* b) provincię *C.* c) provinciarum *C.* d) provincię *C.* e) *Verb. aus* Nichena *C.* f) dyocesim *C.* g) *Verb. aus* dementi *B.* h) mistica *C.* i) *Zweites* t *verb. C.* k) *Zweites* i *verb. C.* l) c *verb. C.* m) *Zweites* o *verb. C.*

1) *Vgl. oben S. 175 f. Z. 39 ff.* 2) *Vgl. oben S. 176 Z. 4 ff. und A. 2.* 3) *Vgl. oben S. 174 f.* 4) *Vgl. oben Z. 3; oben S. 174 A. 12.* 5) *Vgl. oben S. 175 Z. 4 f.* 6) *Vgl. oben S. 174 A. 19.* 7) *Vgl. Synodalschreiben von Soissons, Mansi XV, 730. S. auch oben Nr. 184 S. 183 f.* 8) *S. oben S. 183 A. 10.* 9) *Vgl. oben S. 183 Z. 33.* 10) *Vgl. Synodalschreiben von Soissons, Mansi XV, 730 f. und oben S. 184 A. 2.* 11) *Codex canonum (1609) S. 231 f. c. 35; Migne 67, 204 c. 68. Vgl. oben Nr. 184 S. 183 Z. 4 ff. und das Synodalschreiben von Soissons, Mansi XV, 730.* 12) *Gelasius I., vgl. oben S. 185 Z. 1 f. und A. 1.* 13) *Vgl. oben S. 185 Z. 2.* 14) *Von Sens (865—870).* 15) *Das Synodalschreiben vom 25. August. S. auch oben S. 187 A. 6.* 16) *Vgl. Innocenz I. an Rufus und Eusebius, Codex canonum (1609) S. 385 c. 57; Hinschius S. 551 c. 7 (J.-K. 303).* 17) *In der Sache betrifft dieser Satz die Stelle des Briefes Nikolaus' I. Nr. 74, MG. Epist. VI, 405 Z. 32 ff. (J.-E. 2802). Vgl. auch im Synodalschreiben von Soissons, Mansi XV, 729:* unum idemque sentientibus. 18) *Vgl. Brief Nikolaus' I. Nr. 74, MG. Epist. VI, 406 Z. 2 (J.-E. 2802).*

ferret, omisi[a] dirigere, quia quae verbis et scriptis mihi per istum religiosum archiepiscopum exinde sequenda atque tenenda mandaveritis, pro scire et posse oboedire et conservare curabo, sicut hactenus ea, quae inde fuerant statuta et confirmata[1], servavi[b]. Nec causa inoboedientiae missum meae subditionis cum hoc venerando[c] archiepiscopo dimisi transmittere, sed quia sic intellexi in litteris vestrae auctoritatis contineri, tunc solum, ut verbis earum[2] utar, si disceptantibus vel fortassis alia atque alia[d] decernentibus nobis praefati deiecti sedem appellaverint apostolicam et eius speciali se iudicio damnari vel absolvi petierint, si ego vel si Vulfadus aut socii eius ad vos venire per nos non possemus, vicarios nostros ad hoc negotium ventilandum et finiendum mox post consummatum concilium XV. Kalend. Septembr. praesentis XIIII. indictionis auctoritate vestra collectum nostras praesentaturos vobis personas, nullam penitus excusationem praetendentes utrique ad sedem beati Petri mitteremus. Unde supplico, ut merear scripto hinc vestram diffinitionem recipere[e], quam paratus sum, ut oportet, enixius[f] observare. 866.

Gestorum[3] autem seriem de omnibus, quae in concilio relata, examinata atque reperta sunt, quae, sicut veneranda decreta statuunt, discretioni vestrae dirigi praecepistis, ut quae salubria videbuntur corroborentur, si forte aliqua supersunt epistolae synodali, quae debeant explanari, hic venerandus ac religiosus sanctitatis vestrae devotissimus filius et unanimis[g] frater ac consacerdos noster Egilo[h] archiepiscopus plena[4] fidelique relatione apostolicae auctoritati[i] vestrae poterit patefacere et, sicut ea visu et auditu comperit ac episcopaliter contulit, intimare[5]. Sed et de praefatis fratribus nostris Remorum[6] ecclesiae filiis ab Ebone post depositionem suam ordinatis, qui inter canonicos et monachos urbanos et parrochianos una cum Vulfado apud nos non sunt amplius quam novem[7], de quibus sanctissima vestra paternitas mihi scripsit[8], ut, cum deiectionis suae causam venire ad examen optaverint, nullam ex his quilibet indignationem meam sustineat, nullum ad coepta peragenda per suggestionem meam patiatur incommodum, qualiter me antea et postea erga eos egisse in synodo fratres[k] et coepiscopi nostri una cum eo reppererint, sufficienter dignationi vestrae praevalet enarrare[9]. Quorum[10] salubrem ac regularem[l] statum et cupivi et cupio et quaesivi et quaero et quorum deiectioni condolui et statui eorum congaudeo.

De Teutberga[m] etiam regina[11], unde sublimitati vestrae ab humilitate mea mandari rogastis[12], quia Hlotharium[13] vel ipsam Teutbergam, postquam Arsenius venerandus episcopus[14] et sanctae ecclesiae Romanae apochrisiarius ab Attiniaco palatio domni Karoli regis[15] gloriosi perrexit[16], non vidi, certae salubritatis rationem vobis mandare non valeo.

---

a) *Verb. aus* omissi *C.* b) *Danach etwa 5 Buchst. rad. C.* c) verando *C.* d) *Übergeschr. C.* e) respicere *C.* f) obnixius *C.* g) *Erstes* i *verb. C.* h) g *verb., wohl aus* b *C.* i) *Verb. aus* auctoritate *C.* k) *Verb. aus* fratris *C.* l) *Verb., vielleicht aus* regulariter *B;* singularem *C.* m) *Verb. zu* Teitberga *B.*

1) *Anspielung auf die Privilegien Benedikts III., MG. Epist. VI, 367 f. Nr. 59a (J.-E. 2664), und Nikolaus' I., MG. Epist. VI, 365 ff. Nr. 59 (J.-E. 2720).* 2) *MG. Epist. VI, 405 f. Z. 32 ff. Nr. 74 (J.-E. 2802).* 3) *Vgl. Brief Nikolaus' I. Nr. 74, MG. Epist. VI, 407 Z. 1 ff. (J.-E. 2802).* 4) *Vgl. ebenda Z. 3.* 5) *Vgl. unten Nr. 186 S. 190 ff.* 6) *Vgl. das Synodalschreiben von Soissons, Mansi XV, 730.* 7) *Auf der Synode von Soissons 853 waren 13 Geistliche namentlich genannt worden, Mansi XIV, 983; die 'Narratio clericorum Remensium' spricht von* fere tunc temporis XIIII numero, *MG. Conc. II, 813.* 8) *MG. Epist. VI, 406 Z. 16 ff. Nr. 74 (J.-E. 2802).* 9) *Vgl. unten Nr. 186 S. 193 Z. 34 f. S. auch das Synodalschreiben von Soissons, Mansi XV, 728.* 10) *Vgl. oben Nr. 184 S. 175 Z. 33 f.* 11) *Gemahlin König Lothars II.* 12) *Über dieses Ersuchen ist anderweitig nichts bekannt. Vgl. auch Lot a. a. O. (s. oben S. 187 A. 6).* 13) *König Lothar II.* 14) *Von Orte (855—868).* 15) *Des Kahlen.* 16) *Vgl. Ann. Bertin. 865 ed. Waitz S. 76. 78. Dümmler II², 131 ff.; Parisot, Le royaume de Lorraine S. 278 ff.; Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 127 ff.*

866. Deus* omnipotens sanctitatem vestram ad doctrinam et correctionem sanctae suae ecclesiae in suo apto servitio per annorum multa[a] curricula[a] conservare dignetur, domine sanctissime et reverentissime patrum pater in Domino.

Data[b] Kal. Septembr. indictione XIIII[b].

186.

Hinkmar erteilt Erzbischof Egilo von Sens, Abgesandten der Synode von Soissons an den Papst, Instruktionen für seine Romfahrt. *September 866.* 5

Hss.: Laon 407 Bl. 86′—92′, 9. Jh. (B), kollat. A. V. Müller; Paris Coll. Dupuy 9, 17. Jh. (aus B); Dublin Trinity College C. 1. 20, 17. Jh. (aus B).

Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 285 (aus B); Labbe-Cossart VIII, 1903; Mansi XV, 768; Migne 126, 64. 10

Schrörs Reg. 195.

HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS SANCTISSIMO ET REVERENTISSIMO EGILONI ARCHIEPISCOPO[1] ET CARISSIMO AC UNANIMI ATQUE FIDISSIMO MIHI PLURIMAM IN SALVATORE SALUTEM[2].

Quanta fiducia vestra utar dilectione, ex vestra mente pensare potestis. Non enim aliter in mente mea vos teneo quam me alterum exceptis peccatis meis. Quapropter sicut in vobis et de vobis confido et sicut vobis et pro vobis in omnibus esse cupio, ita erga me in omnibus sitis. Ceterum exemplar epistolae domni apostolici ad domnum Karolum[3], quod non mandastis, sed et exemplar epistolae mihi directae[4], sicut mihi[a] mandastis, dilectioni vestrae transmitto. Exemplar autem epistolae, quae uniformiter per archiepiscopos istius regni directa est[5], vos habetis, sine qua ire non debetis. Mitto etiam vobis capitula, in quibus summa continetur de omnibus epistolis, quas pro ista causa nobis omnibus domnus apostolicus misit. Et necesse vobis erit, ut ipsa capitula bene cognita habeatis et memoria teneatis, quae sparsim in ipsis epistolis continentur, ut, si illi, quos scitis, more suo sua dicta involvere voluerint, habeatis veritatem, quam illis respondere possitis. De scriptis denique, quae porrexi in synodo[6], de quibus mandastis, ut discernerem, si vobis ad portandum necessaria forent, non mihi visum est vos ullam habere necessitatem, sed videtur mihi, quia, si ostensa fuerint apostolico aut Romanis, ut aliquam dubitationem possint adferre domno apostolico, quasi contentiones inter nos fuerint in restitutione Vulfadi[7], et una cum vestro missatico suspecta synodi[8] et mea epistola[9] fiat inde aliquod inpedimentum et dilatio ad ea, quae senior noster cito optinere vult de ipso Vulfado[10]. Et puto non displicebit quibusdam, si aliqua occasio interciderit, unde

---

*) *Vorausgeht:* Et alia manu *B, C.*

a) *Auf Ras. B.* b) Data — XIIII. *über den Rand nachgetragen B; fehlt C.*

186. a) -hi *übergeschr. B.* 35

1) *Vgl. oben S. 188 Z. 27 und A. 14.* 2) *Vgl. Schrörs S. 280 ff.; Lapôtre, De Anastasio bibliothecario S. 198 und A. 1; F. Lot, Le Moyen âge XV (1902), 413 f. A. 5 und S. 422; Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 230 f. 312 f.* 3) *MG. Epist. VI, 402 ff. Nr. 73 (J.-W. 2805 a).* 4) *MG. Epist. VI, 404 ff. Nr. 74 (J.-E. 2802).* 5) *Vgl. MG. Epist. VI, 407 ff. Nr. 75. 76 (J.-E. 2803. 2804).* 6) *Oben Nr. 184 S. 173 ff. S. auch oben S. 174 Z. 28.* 7) *Vgl. oben S. 50 Z. 7 und A. 4 sowie S. 185 Z. 37 f.* 8) *Das Synodalschreiben von Soissons vom 25. August 866, Mansi XV, 728 ff.* 9) *Oben Nr. 185 S. 187 ff.* 10) *Die Übertragung des Erzbistums Bourges, die in der Tat — ohne daß der päpstliche Bescheid abgewartet worden wäre — bereits im September 866 stattfand. Vgl. Ann. Bertin. 866 ed. Waitz S. 83; Schrörs S. 279 f.*

ad illos sit ei necesse recurrere, et, sicut mihi iam mandatum est, increscit apostolico et Romanis tanta legere. 866.

In scripto quippe, quod primum dedi, nihil aliud habetur[1], nisi quia ego non suspendi eosdem fratres ab officio neque iudicavi neque a gradibus ecclesiasticis eos deieci neque cum 5 iudicibus eorum subscripsi, sed synodus episcoporum quinque provintiarum[2], et quod vos regulariter inde inveniretis[3], ego sine cunctatione sequerer secundum tenorem epistolarum domni apostolici; unde et synodus et ego rationem reddimus in epistolis nostris[4] domno apostolico, quare eos ego non restitui. Alterum autem scriptum[5] ideo dedi, quia, sicut scitis, non putabat me Vulfadus ad illum conscendere velle, et, licet non in mea praesentia, 10 tamen audiebam per alios illum dicere interdum Ebonem[6] non fuisse regulariter depositum, interdum autem regulariter restitutum. Et ideo demonstravi eundem Ebonem regulariter depositum et non regulariter restitutum, qui dampnatus anno incarnationis dominicae DCCCXXXV. IIII. Non. Mart.[7] et per decem[8] et septem annos postea in carne vivens suam sedem regulariter in synodo non repetiit neque obtinuit nec etiam suam cano- 15 nicam restitutionem aut a sede apostolica aut a synodo regulariter factam secundum canones et decreta sedis Romanae ulli synodo in vita sua ostendit; et[9] omnem questionem de illo secundum leges ecclesiasticas et humanas iam tricennale et eo amplius tempus excludit. Quoniam, ut[10] Leo ad Theodorum scribit, quod manens in corpore non recepit, consequi exutus carne non poterit.

20 De cuius depositione admodum plura habeo, quae in synodo modo ostenderim, sicut et in ipso scripto in synodo est relectum, ubi me canonice electum et canonice ordinatum monstravi[11]. In quibus, sicut scitis, et rex et omnes concordaverunt, scientes me non in duritia velle contra Vulfadum persistere, qui interdum etiam dicebat, quod meus non esset clericus, angustians, sicut scitis, ut qualicumque modo gradus posset habere. Quae 25 etiam scripta vobis non ad ostendendum, sed ad habendum mitterem, si notarius noster infirmus illa transscribere concurrisset.

Postea autem ostensa est synodus[12], cui ego non subscripsi, in qua ab ipsis, qui Ebonis damnationi interfuerunt, et verbis et scriptis atque auctoritatibus coram rege comprobatum fuit, qualiter Ebo a se iuxta[13] decreta Zosimi, Leonis, Iohannis et Gregorii per libellum 30 professionis manu sua subscriptum et a quadraginta tribus episcopis secundum suam professionem et subscriptionem regulariter depositus fuit et regulariter restitutus non fuit[14], et ob id — secundum decreta Innocentii, qui scribens ad Martianum Naisitanum episcopum iussit[15] eos recipi in suis ordinibus, quos Bonosus ante damnationem suam ordinavit, postea scribens ad Rufum et Eusebium ac ceteros Macedoniae episcopos[16] eos, quos post dampna- 35 tionem suam idem Bonosus ordinavit, nequaquam recipi in ordinibus ecclesiasticis permisit; et secundum decreta Zosimi ad Aurelium et ad universos episcopos per Africam et ceteras provintias constitutos[17] et ad Massiliensem ecclesiam[18] et ad Patroclum Arelatensem episcopum[19] de[20] his, quos post dampnationem suam Proculus ordinavit, qui se libello

---

1) *Vgl. oben S. 175 Z. 4 f., aber auch S. 188 Z. 8.* 2) *Konzil von Soissons 853. Vgl. oben* 40 *S. 174 f. Z. 27 f.* 3) *Vgl. oben S. 175 Z. 28.* 4) *Vgl. Mansi XV, 728 ff.; oben Nr. 185 S. 187 ff.* 5) *S. oben S. 177 ff. Nr. 184.* 6) *Vgl. oben S. 6 A. 9.* 7) *4. März 835. S. auch oben S. 179 Z. 3 f.* 8) *Vgl. oben S. 178 Z. 15 ff.* 9) *Vgl. oben S. 179 Z. 2 ff. und A. 2.* 10) *Vgl. oben S. 178 Z. 30 f.* 11) *Vgl. oben S. 180 f.* 12) *Soissons 853.* 13) *Vgl. oben S. 177 f. Z. 34 ff.* 14) *Vgl. Synode von Soissons 853, Mansi XIV, 985 f.:* canonice fuerat depositus et 45 non fuerat restitutus. *S. auch oben S. 181 Z. 33.* 15) *Vgl. oben S. 174 und A. 14.* 16) *Vgl. oben S. 174 und A. 13.* 17) *Vgl. oben S. 174 und A. 17.* 18) *Vgl. oben S. 174 und A. 16.* 19) *Vgl. oben S. 174 und A. 15.* 20) *Vgl. oben S. 174 Z. 19 ff.*

866. professionis suae subscripto in synodo deposuit; et secundum decreta Leonis[1] et sacrorum canonum, qui excommunicato communicaverunt in deiectione permanere — isti fratres iudicati fuerunt. Ostensa est etiam synodus episcoporum provintiae Bituricensis[2], cui praesedit Rodulfus[a] [3], manibus eorum subscripta, in qua ab ipsis, qui interfuerunt et ab Aiulfo[4], qui unus fuit de iudicibus Ebonis, audierunt, comprobatum fuit eundem Ebonem 5 regulariter fuisse depositum. Deinde ostensa sunt privilegia domni Benedicti et domni Nicolai[5], qui suis subscriptionibus et Ebonis depositionem et istorum deiectionem confirmaverunt.

Quae si omnia vobis longum fuerit enarrare, breviter poteritis dicere, quae bene firma tenere debetis, quia scitis, quales sunt quidam. Et peto, ut non displiceat vobis, 10 quod talia vobis mando firma tenere debere, quasi me putem vobis sapientiorem, quia ex caritate hoc dico et talia mihi a vobis mandari vellem, si tale missaticum haberem, sicut vos habetis. Verba autem, quae vos firma habere debetis, et etiam vestri, si aliquis inde fuerit temptatus, ista sunt: quia secundum tenorem epistolarum domni apostolici, sicut in eis scriptum[b] habetur[6], cuncta per ordinem, quae in istis fratribus gesta sunt, canonice exa- 15 minantes invenistis Ebonem iuste et regulariter depositum et non regulariter restitutum et istos fratres non a me, sed a synodo episcoporum quinque provintiarum[7] iudicatos secundum sacros canones et decreta Innocentii, Zosimi et Leonis, sicut in synodali epistola continetur[8], et quia in domni apostolici epistolis continetur[9], ut quae statuta sunt non ducat dissolvenda, nisi sacris legibus inveniantur adversa. Et in eisdem epistolis intellegens 20 synodus ipsius benignitatem erga hos fratres inventa est ista auctoritas Niceni concilii[10] de ordinatis a Meletio quondam dampnato episcopo, quam episcopi in synodali epistola illi unanimiter mandant[11], ut priscis[12], sicut dicit Gelasius, pro sui reverentia manentibus constitutis et salvis apostolicae sedis privilegiis, cum eorum etiam salvamento, qui synodo subscripserunt, in qua fratres, de quibus agitur, fuere deiecti, per indulgentiam et auctoritatem ipsius in suis ordinibus 25 recipi et provehi possint absque contradictione, migratis iam omnibus, qui in Ebonis depositione fuerunt, episcopis excepto solo Rothado. Verum et illi episcopi, qui eidem Eboni post depositionem suam dicebantur communicasse, iam ad divinum iudicium migraverunt, et aliis in eorum locis substitutis ac per eos, ut ita dicamus, innumeris ordinatis a nullo istorum fratrum restitutio contradicitur. 30

Tamen, si vos non gravaret, multum vellem, ut omnem plenitudinem suprascriptam de Ebonis depositione et de istorum adiudicatione domno apostolico referretis[c]: quod sapientiae vestrae committo arbitrio, cui melius credo, quam si ipsa scripta transmitterem. Est etiam, quoniam, si aliqua scripta per vos mitterem et vos illa portassetis, nisi tantum epistolam synodalem[13] et meam epistolam[14] concordantem eidem epistolae, — scitis quales 35 sumus — posset fieri, ut aliquorum mentes inde contra nos scandalum sumerent. Quod et modo in synodo quantum potui devitavi, ubi, sicut comprobatum est, istos fratres non iudicavi nec eidem synodo subscripsi. Et erant auctoritates canonicae et decretorum sedis

---

a) o *anscheinend verb. B.* b) *Verb. aus* scriptam *B.* c) *Zweites* r *übergeschr. B.*

1) *Vgl. oben S. 174 Z. 21 ff. und A. 18.* 2) *Vgl. oben S. 182 Z. 29 und A. 8.* 3) *Eb. von Bourges* 40 *(845—866). Seine Nennung ergibt den terminus a quo für jene Synode (gegen Hefele-Leclerq IV, 110).* 4) *Eb. von Bourges (etwa 820 — etwa 840). — Vgl. MG. Conc. II, 702 f.* 5) *MG. Epist. VI, 367 f. Nr. 59 a (J.-E. 2664); MG. Epist. VI, 365 ff. Nr. 59 (J.-E. 2720).* 6) *Vgl. oben Nr. 184 S. 174 und A. 7. 8.* 7) *Vgl. oben S. 191 Z. 5.* 8) *Vgl. Mansi XV, 730. S. auch oben S. 191 Z. 29 ff.; S. 177 f. Z. 34 ff.* 9) *MG. Epist. VI, 409 Z. 1 f. Nr. 75 (J.-E. 2803); Epist. VI, 410 Z. 42 f. Nr. 76* 45 *(J.-E. 2804).* 10) *Vgl. den Synodalbrief, Mansi XV, 730, sowie oben S. 183 Z. 31 ff.* 11) *Mansi XV, 730.* 12) *Vgl. oben Nr. 184 S. 182 Z. 32 ff.* 13) *Vgl. oben S. 190 A. 8.* 14) *Vgl. oben S. 190 A. 9.*

Romanae pontificum, quibus ipsi episcopi hos fratres iudicaverunt. Et, qui eidem synodo subscripserunt, me tacente necesse habebant hoc statuere, quod iudicaverunt et subscripserunt, aut contra professionem et subscriptionem suam euntes secundum Cartaginiense concilium[1] se honore privarent; et privilegia sedis apostolicae duorum pontificum[2], qualia sunt et quae confirmaverunt, quod ipsi episcopi iudicaverunt, ipsi vidistis et audistis. Tamen, ne scandalum fieret, secutus exemplum Domini, qui dixit ad Petrum: Nos censum non debemus, sed ne scandalizemus eos, videlicet qui censum exigebant, da staterem de ore piscis pro me et pro te, vitato scandalo et praeiudicio sedis apostolicae, ut non nos, sed ipsius auctoritas, si voluerit, solvat et inmutet[3] suam sententiam, quam ligavit et confirmavit, servandam vidi 'unitatem spiritus in vinculo pacis', similiter et in hoc sicut et ibi, ut nullum ego scriptum mittam nec vos aliud portetis, nisi quod cum rege et cum episcopis nobis convenit.

866. — Vgl. Matth. 17, 26. — Eph. 4, 3.

Eamus simpliciter, quia, sicut scriptura dicit, 'qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.' Sed si locum videritis, domno apostolico aperire debetis, quoniam multi iam dicunt, si illa firma non fuerunt, quae tunc inde confirmata sunt[4], nec ista, quae modo fiunt, firma erunt. Et nihil est iam firmum, quod episcopi et apostolica sedes decernunt. Neque de nostris iudiciis nec etiam de excommunicatione curant; nec presbyteri a nobis degradati pro nostro iudicio suum ministerium dimittent, quia nihil est firmum, quod agimus, sed, sicut vult rex et sicut nos aut odium movet aut gratia aut cupiditas aut timiditas, ita et nostra et apostolicae sedis vadunt iudicia. Et recordari debetis apostolico, qualiter de sua excommunicatione et propriae manus confirmatione fecit Guntharius[5]. Qua de re providendum est in talibus, quia iam homines plus proclivi et voluntarii sunt ad impune peccandum quam ad regularem disciplinam suscipiendam et observandam.

Prov. — Vgl. Prov. 12, 22.

Et si domnus apostolicus a vobis quaesierit ipsas auctoritates, qualiter isti deiciendi iudicati fuerunt, potestis, si vobis videtur, illi respondere, quia unanimiter episcopi suum studium ad hoc converterunt, ut isti fratres restituerentur. Unde illi miserunt auctoritatem, quam invenerunt. Et quia non fuit eorum studium, ut in deiectione permanerent, illas auctoritates sacrorum canonum et decretorum Innocentii, Zosimi, Leonis, quae supra dictae sunt[6] et illi satis cognitae, ei transmittere omiserunt. De quorum restitutione, si Vulfadus in causa non foret, satis ecclesia indurare potuisset, qui[7] inter canonicos et monachos urbanos et parrochianos una cum Vulfado non sunt amplius quam novem. Ego dico quod mihi videtur caritatis affectu; vestra autem prudentia et ad haec et ad plura alia Deo gratias satis sufficiet. Peto etiam, ut ad hoc, quod domnus apostolicus mihi scripsit de duritia Pharaonis, sicut in epistola mihi missa legetis[8], ei ex ordine condicatis, quam benigne eosdem fratres et antea et postea tractavi[9], sicut coram ipsis in sinodo comprobavi, ne talem me aestimet, sicut me aemuli mei illi depingunt.

Et habete exemplaria de epistola synodali et de mea epistola[10], ut, si aliqui inde quiddam voluerint dicere, postquam illas apostolico dederitis, habeatis earum exemplaria et habeatis eas bene cognitas. Similiter satagite, ut illas epistolas, quas domnus apostolicus de ista causa facere iubebit, legatis, antequam huc mittantur, ne aliquem dolum in eis scriptores, sicut dicuntur facere, possint imponere. Et non obliviscamini, ut faciatis cer-

---

1) *Hinschius S. 296 c. 13.* 2) *Benedikts III. und Nikolaus' I., vgl. oben S. 192 Z. 6 f. und A. 5.* 3) *Vgl. Decr. Innoc. I., Codex canonum (1609) S. 384 c. 57 (Rubrik); Hinschius S. 549 c. 7 (J.-K. 303).* 4) *Gemeint sind die früheren, entgegengesetzten Entscheidungen in der Sache der Reimser Geistlichen.* 5) *Der 863 von Nikolaus I. abgesetzte Eb. von Köln (s. oben S. 81 A. 7). — Vgl. Ann. Bertin. 864 ed. Waitz S. 67 ff.; Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 87 ff.* 6) *S. oben S. 192 Z. 18.* 7) *S. oben Nr. 185 S. 189 Z. 21 f.* 8) *Gemeint offenbar MG. Epist. VI, 406 Z. 12 ff. Nr. 74 (J.-E. 2802).* 9) *Vgl. oben Nr. 185 S. 189 Z. 25 und A. 9.* 10) *S. oben S. 191 A. 4.*

866. tum apostolicum, quia illa epistola quarti Leonis papae[1] de istorum fratrum reclamatione, quam memorat in suis epistolis[2], istis Cisalpinis regionibus non innotuit nisi per suas nuper missas epistolas. Et rogate aliquem de vestris memorosum hominem, qui vos saepe admoneat, quoniam occupati eritis, ut non obliviscamini impetrare gesta pontificum ab initio gestorum Sergii papae, in quibus invenitur Ebo fuisse dampnatus[3], usque ad praesentem annum istius praesulatus, quia nos in istis regionibus satis hoc indigemus. Nam aliorum pontificum gesta, si vos non habetis, per me aut per Fulcricum habere poteritis.

De omnibus istis, quae dilectioni vestrae mando, qualiter vobis placeant aut qualiter displiceant, quantum vobis placuerit et licuerit, et quae mitto qualiter ad vos salva pervenerint, per istum missum nostrum mihi litteris remandate. In conclusione autem vobis scribo, quod sanctus Petrus apostolus Apollinari dixit[4], quando eum Ravennam praedicare transmisit: Dominus meus Iesus Christus mittat angelum suum coram te, qui custodiat vias tuas ante te et annuat quae postulaveris.

187.

Hinkmar an Erzbischof Egilo von Sens über Gottschalk. *September 866.*

Hss.: Laon 407 Bl. 9—12, 9. Jh. (B), kollat. A. V. Müller; Paris Coll. Dupuy 9, 17. Jh. (aus B); Dublin Trinity College C. 1. 20, 17. Jh. (aus B).

Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 290 (aus B); Migne 126, 68.

Schrörs Reg. 196.

CARISSIMO ET FIDISSIMO[5] MIHI PLURIMAM IN CHRISTO SALUTEM[6].

In aliis litteris[7] ideo tanta vobis scripsi, ut haberetis rei ordinem et plenitudinem ac veritatem de his, quae fuerunt gesta in synodo[8], quia domnus apostolicus[9], sicut in vobis directa legetis epistola[10], cuncta[11], quae ibi gesta fuerunt, plena[12] fideliqué relatione ad se referri praecepit et animus vester ad iter subitaneum et difficile occupatus intendere forte ad cuncta non potuit, licet inde in epistola synodi[13] sufficienter sit positum, et etiam de aliis, quae scribo, mihi verbis vobiscum conferre non licuit, quae peto, sed et ista, quae secuntur, ut in talium manus non veniant, unde scandalum possit oriri.

Post illas autem scriptas litteras nuntiatum est mihi de cella nostra, quae vocatur Altumvillare, monachum nostrum nomine Guntbertum aufugisse cum libris et vestimentis et caballis et aliis[a] etiam, quae furari potuit. Qui saepe pro suis neglegentiis regulariter[14] correptus fuit et, quia saepe Gotescalco[15] furtim se coniunxerat et litteras ei dederat et ab eo acceperat, secundum regulam[16] in gravioribus culpis missus fuit et dicitur

187. a) alia *B.*

1) *Vgl. MG. Epist. VI, 406 Z. 8 und A. 3.* 2) *MG. Epist. VI, 406 Nr. 74 (J.-E. 2802); Epist. VI, 408 Nr. 75 (J.-E. 2803); Epist. VI, 410 Nr. 76 (J.-E. 2804).* 3) *Vgl. oben Nr. 184 S. 178 Z. 12 und A. 10.* 4) *Vgl. Passio s. Apollinaris I, 2, Acta SS. 23. Juli V, 345.* 5) *Empfänger ist Eb. Egilo von Sens (s. oben S. 188 A. 14).* 6) *Vgl. Schrörs S. 282 und — zur Datierung — S. 573 A. 83; Lapôtre S. 130 und A. 2; Dümmler II², 166 f.; Traube, MG. Poet. lat. III, 719 n. 53.* 7) *Oben Nr. 186 S. 190 ff.* 8) *Von Soissons 866; vgl. Werminghoff, Neues Archiv 26, 636 f.* 9) *Nikolaus I.* 10) *Erhalten nur die drei gleichlautenden Schreiben Nikolaus' I. an die Erzbischöfe Hinkmar von Reims, Herard von Tours und Ado von Vienne, MG. Epist. VI, 404 ff. Nr. 74—76 (J.-E. 2802—2804).* 11) *Vgl. Nikolaus I. a. a. O. VI, 405 Z. 29 f. und entsprechend VI, 408 Z. 16. 410 Z. 14.* 12) *Nikolaus I. a. a. O. VI, 407 Z. 3 und entsprechend VI, 409 Z. 9. 411 Z. 3; vgl. auch oben S. 189 Z. 18.* 13) *Zwei Synodalschreiben an Nikolaus I. vom 25. August 866; vgl. Werminghoff, Neues Archiv 26, 637.* 14) *Vgl. Reg. s. Bened. c. 32.* 15) *Vgl. oben S. 8 A. 3.* 16) *Vgl. Reg. s. Bened. c. 54.*

illius perversa doctrina depravatus. Et, sicut mihi dictum est, quasi ipsius Gotescalci reclamationem vult perferre ad domnum apostolicum, videns, qualiter illa adversum me, quae de istis partibus ad illum veniunt, suum cursum accipiunt, et audiens, quod domnus apostolicus domno regi Karolo[1] de me scripsit[2], quia semper me tegere non debet a talibus nec valet, ut providerem, ne pro eis tandem aliquando incurram quae non opto, et ipse frater et alii licenter quae volunt aut moliuntur aut faciunt. Nam ego nescio, in quibus domnus apostolicus tam saepe se tegisse me[a] dicat. Si enim de Rothado[3] dicit, non singulariter mea auctoritas, sed episcoporum regni domni nostri Karoli, ad quos contra me provocavit, eum deiecit[4], sicut subscriptiones eorum demonstrant. Si de istis ordinatis[5] dicit, sicut modo comprobatum vidistis et audistis, ego[6] eos non iudicavi neque deieci[7] neque cum iudicibus eorum subscripsi. Si de Gotescalco dicit, de quo, sed et de praefatis ordinatis ab Arsenio[8] scripto[9] interrogatus scriptis[10] rationem reddidi, eundem Gotescalcum a duabus[b] synodis damnatum[11] iubentibus episcopis, postquam iudicatus fuit, custodiendum accepi, ne[12] aliis[c] sua perversa doctrina noceret qui sibi prodesse nolebat. De quo etiam litteris[13] domno apostolico suggessi, qualis eius sit doctrina, et utrum vellet, ut[14] ei licentiam ad eum eundi darem an alteri eum per suam iussionem commendarem, ne sine auctoritate duarum synodorum diffinitionem dissolverem. Si illi placet per se ipsum audire, mandet, et ego illum dimittam, ut ad eum vadat; quia si rex[15] illum non miserit, ego non habeo tantos custodes, qui eum deducant. Si etiam illi placet, ut alius eum recipiat, et suam doctrinam sive synodus sive quilibet episcopus audiat et, si bona est, sequatur, si prava est, ab eis, qui eum audierint[d], refellatur. Et illi, quibus hoc commendaverit, faciant de illo quod sacris regulis viderint convenire, sicut illi de eo fecerunt, qui se sacras regulas intellexisse putarunt; nihil mea interest.

Tamen si aliquis vos interrogaverit de sua doctrina, hanc esse illi respondere potestis, sicut et verba et scripta illius demonstrant[16]: I. Dicit enim deitatem sanctae trinitatis trinam esse, sicut sunt tres sanctae trinitatis personae. II. Dicit ita geminam esse Dei praedestinationem, ut sicut Deus quosdam ad vitam aeternam, ita quosdam praedestinaverit ad mortem aeternam. III. Dicit, quod non vult Deus omnes homines salvos fieri, sed tantum eos, qui salvantur; omnes autem salvari, quoscumque ipse salvare voluerit, ac per hoc quicumque non salvantur penitus non esse voluntatis illius, ut salventur. IIII. Dicit, quod non pro totius mundi redemptione, id est non pro omnium hominum salute et redemptione, dominus et salvator noster Iesus Christus sit crucifixus et mortuus, sed tantum pro his, qui salvantur. V. Dicit exponens sententiam apostoli Petri 'eum, qui emit eos, Dominum negantes': Baptysmi, inquit, sacramento eos emit, non tamen pro eis crucem subiit neque mortem pertulit neque sanguinem fudit. Unde latius dicta in suis scriptis inveniuntur, quae in altera scedula[17] vobis mitto, ut, si fuerit vobis visum, domno apostolico eam monstretis a me vobis directam, non[18] ad illi ex mea parte ostendendam[e], sed ad vobis habendam[e]. Sunt et alia, quae dicit, quae mihi videntur esse pernitiosa et catholicae fidei contraria,

866. — 2. Petr. 2, 1.

a) *Übergeschr. B.* b) duobus *B.* c) alios *B.* d) int *auf Ras. B.* e) *So B.*

1) *Dem Kahlen.* 2) *MG. Epist. VI, 403 Z. 5 ff. Nr. 73.* 3) *B. von Soissons, vgl. oben S. 7 A. 5.* 4) *Auf der Synode von Soissons 862.* 5) *Wulfad und Genossen.* 6) *Vgl. oben Nr. 186 S. 191 Z. 4 f.* 7) *Auf der Synode von Soissons 853.* 8) *B. von Orte, vgl. oben S. 189 A. 14.* 9) *Nicht erhalten, vgl. Schrörs S. 271 und A. 4.* 10) *Nicht erhalten, vgl. Schrörs a. a. O.; Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 133.* 11) *Zu Mainz 848 und zu Quierzy 849.* 12) *Vgl. oben Nr. 169 S. 160 Z. 27 und A. 14, wo Hinkmar denselben Passus aus 'De praedestinatione', Migne 125, 85, übernommen hat.* 13) *Oben Nr. 169, besonders S. 160 ff.* 14) *Oben Nr. 169 S. 162 Z. 21 ff.* 15) *Karl der Kahle.* 16) *Die folgenden fünf Sätze Gottschalks auch oben Nr. 169 S. 161 f. Z. 14 ff. und A. 5 ff.* 17) *Unten Nr. 189 S. 196 ff.* 18) *Vgl. oben Nr. 186 S. 191 Z. 25.*

866. quae, si ad hoc venerit, probabunt sapientes atque catholici. Mihi de tantis ac talibus taliter impetito sufficit sedere in angulo domatis et non conserere contentionum manus cum muliere litigiosa in domo communi; et sufficit, ut sit mihi anima mea pro spolio.

Vgl. Prov. 21, 9.

Vgl. 1. Tim. 4, 1.

Nam idem Gotescalcus vel quia iam tempus est, ut veniat, quod Paulus praedixit apostolus de ultimis temporibus, vel invidia mei, quasi me tangat, quod iussu episcoporum illum custodio, dicitur multos habere fautores, sicut habuit domnum Prudentium[1], sicut scripta[2] ipsius testantur, quae a pluribus, qui illa habent, possunt proferri. Qui etiam, videlicet domnus Prudentius, in annali gestorum nostrorum regum, quae composuit, ad confirmandam suam sententiam gestis anni dominicae incarnationis DCCCLVIIII. indidit dicens: Nicolaus[3] pontifex Romanus de gratia Dei et libero arbitrio, de veritate geminae praedestinationis et de sanguine Christi, ut pro credentibus omnibus fusus sit, fideliter confirmat et catholice decernit. Quod per alium non audivimus nec alibi legimus. Unde quoniam ipsa gesta, quibus haec conscripta sunt, iam in plurimorum manus devenerunt, necesse est, ut taliter de hoc domno apostolico suggeratis, ne scandalum inde in ecclesia veniat, quasi ipse, quod absit, talia sicut Gotescalcus sentiat. Et precor, ut de mea parte nihil ei dicatis, quia commotum dicitur habere suum animum erga me multis ad eum contra me scribentibus et mihi derogantibus, ne scandalum inde in me retorqueat, unde culpam non habeo. Ipsum autem annale, quod dico, rex habet, et ipse est ille liber, quem coram vobis in ecclesia, ubi vos nobis commendavit, coram vobis ab illo mihi praestitum ei reddidi. Plura denique vobis de ipso Gotescalco scribere poteram, quam pernitiosus sit, et multo magis noxius erit multis, si ab ipsa custodia fuerit absolutus, quia pro certo talia dicit et talia facit, in quibus et de quibus evidenter cognoscitur aut daemoniacus esse aut maniaticus; et scitis, quoniam mania esse non solet absque daemone.

Et si[4] aliquis vos interrogaverit de ipsius custodia, talem esse veraciter illi respondere potestis: Quicquid fratres in cibo et potu habent, hoc ei cotidie sine ulla neglegentia ministratur. Vestimenta illi ad sufficientiam offeruntur, si vult ille accipere. Ligna ad focum faciendum illi sufficienter dantur. In mansione, in qua deget, caminatam habet et necessarium. Lavacra illi non denegantur, sed postquam in eandem mansionem intravit, non solum corpus lavare noluit, verum nec manus nec faciem. Antea enim, sicut illi testantur, inter quos conversatus erat, satis erat turpissimus et adhuc quantum potest in sua turpitudine manet. Et sciatis, quia maxima nausia in ista ecclesia commovebitur, si ad synodum venire iussus fuerit aut de ipsa custodia absolutus extiterit. Quae non pro me dico, quia nulla mihi inde est cura nisi pro aliis, sed vos probabitis me verum dicere. Tales enim surgent, qui adhuc latent.

188.

Instruktion Hinkmars für Erzbischof Egilo von Sens über Gottschalks Irrlehre.

September 866.

Hss.: Laon 407 Bl. 12—18', 9. Jh. (B), kollat. A. V. Müller; Paris Coll. Dupuy 9, 17. Jh. (aus B); Dublin Trinity College C. 1. 20, 17. Jh. (aus B).

Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 293 (aus B); Migne 126, 71.

Schrörs Reg. 197.

---

1) *B. von Troyes, vgl. oben S. 24 A. 2.* 2) *Migne 115, 971 ff. und MG. Epp. V, 323 f. 632 f.; s. auch unten A. 3.* 3) *Ann. Bertin. 859 ed. Waitz S. 53.* 4) *Vgl. hierzu Traube, MG. Poet. lat. III, 714 n. 23 und A. 1.*

HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS SANCTISSIMO ET REVERENTISSIMO EGILONI[1] ARCHIEPISCOPO[2]. 866.

Si[3] aliquis vos interrogaverit de Gothescalci[4] doctrina, unde vobis iam quaedam scripsi[5], hanc esse interroganti respondere potestis, sicut et verba et scripta illius demonstrant. I. Dicit enim deitatem sanctae trinitatis trinam esse, sicut sunt tres sanctae trinitatis personae. II. Dicit ita geminam esse Dei praedestinationem, ut sicut Deus quosdam ad vitam aeternam, ita quosdam praedestinaverit ad mortem aeternam. III. Dicit, quod non vult Deus omnes homines salvos fieri, sed tantum eos, qui salvantur; omnes autem salvari, quoscumque ipse salvare voluerit, ac per hoc quicumque non salvantur, penitus non esse voluntatis illius, ut salventur. 'Omnia'[6], inquit scriptura, 'quaecumque voluit Dominus fecit in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis'; et: 'In voluntate tua, Domine, cuncta sunt posita, et non est qui possit tuae resistere voluntati'. Ergo non vult omnes salvos fieri, sed tantum eos, qui salvantur, quia si vult quod non potest, omnipotens non est. IIII. Dicit[7], quod non pro totius mundi redemptione, id est non pro omnium hominum salute et redemptione, dominus et salvator noster Iesus Christus sit crucifixus et mortuus, sed tantum pro his, qui salvantur. V. Dicit exponens sententiam apostoli Petri 'eum, qui emit eos, Dominum negantes': Baptysmi, inquit, sacramento eos emit, non tamen pro eis crucem subiit neque mortem pertulit neque sanguinem fudit. Unde latius dicta in suis scriptis inveniuntur. Ex quibus mortiferis capitulis quanta exitiosa prodeant, catholicus et litteratus quique conspicere potest.

(Ps. 134, 6. — Esth. 13, 9. — 2. Petr. 2, 1.)

I. Hinc enim adinventione diaboli dicentis ad Adam: 'Eritis sicut dii' pluralitas deorum inducitur, quoniam, si trina est[a] deitas, tres dii erunt. Unitatem quippe in trinitate non eadem persona, sed eadem implet essentia, id est deitas, quae trinitatis est unitas. Et in lege Domino dicente: 'Audi, Israel, dominus Deus tuus Deus unus est'. Et in evangelio: 'Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti'. Et cantantibus seraphim: 'Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus Sabaoth'. Et concinente David: 'Benedicat nos Deus, Deus noster; benedicat nos Deus et metuant eum omnes fines terrae'. Et confitente Paulo: 'Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ipsi gloria'. Cum esse[a] Deus unus dicitur et in nomine, non in nominibus credens quique baptizari praecipitur et a seraphim ter sanctus cantatur et unus dominus Deus Sabaoth confitetur et a David ter Deus nominatur et metui per omnes fines terrae unus oratur et a Paulo post trinitatis confessionem unus Deus glorificatur, trium personarum sanctae trinitatis una deitas, quae trinitatis est unitas, demonstratur. Ac per hoc, quantum ex se est, ista pernitiosissima haeresi[8], idolatriae videlicet matre, mystica Nicena synodo gladio verbi Dei perempta et ab isto nuper resuscitata fides, in qua baptizati sumus et quae corde[9] creditur ad iustitiam et ore confitetur ad salutem, evertitur.

(Gen. 3, 5. — Deut. 6, 4. — Matth. 28, 19. — Is. 6, 3. — Ps. 66, 8. — Rom. 11, 36.)

II. Liberi arbitrii opera sive bona sive mala nihil valere ad meritum, sed sive ad vitam sive ad mortem cuncta Dei praedestinationem agere ab ista prava doctrina enucleatur. A qua et reprobis tollitur meritum damnationis et iustis meritum aufertur salutis. Ac per hoc nec illi iuste damnantur, qui iusti esse non possunt, nec isti iuste remunerantur, quia aliud quam iusti esse non possunt. Nec iniustis ergo quiddam adquirit meritum nec in electis aliquid gratia operatur, sed in utraque parte et perditio et salus non est ex iudicio propriae actionis, sed ex praeiudicio Domini voluntatis totumque Dei opificio reputabitur.

---

188. a) *Übergeschr. B.*

1) *Eb. von Sens, vgl. oben S. 188 A. 14.* 2) *Vgl. oben Nr. 187 S. 194 und A. 6.* 3) *S. oben S. 195 Z. 24 ff.* 4) *Vgl. oben S. 8 A. 3.* 5) *Oben Nr. 187 S. 194 ff.* 6) *S. oben S. 161 Z. 21 ff.* 7) *S. oben S. 195 Z. 30 ff.* 8) *Vgl. oben Nr. 141 S. 112 Z. 13 f.* 9) *Vgl. oben Nr. 131 S. 71 Z. 9 f.*

866. [Vgl. Rom. 9, 20.] Non enim potest dicere figmentum ei, qui se finxit: Quare me fecisti sic? Non igitur aliquis libero arbitrio condempnabitur nec quisquam pro gratia misericordias Domini in [Vgl. Deut. 28, 29.] aeternum cantabit. Si enim, quod caecus iste[1] in meridie palpans non videt, liberum non esset arbitrium, unde totus in massa perditionis Adam perditus cum suis etiam additis iuste iudicaretur mundus? Et rursum, nisi Dei gratia esset, quomodo ex eadem massa per- [Ps. 84, 11.] ditionis electus, id est gratia lectus, salvaretur mundus? 'Misericordia', inquit psalmus, 'et veritas obviaverunt sibi, iustitia et pax osculatae sunt'. Misericordia quidem est, qua salvantur electi; veritas autem est, qua in massa perditionis deseruntur relicti. Iustitia quidem est, quia non adsumuntur reprobi; pax vero his est, qui de una eademque massa [Rom. 6, 23.] perditionis gratia fiunt probi. Unde Paulus dicit: 'Stipendia enim peccati mors; gratia autem Dei vita aeterna'.

[Ps. 134, 6.] III. Sed et male interpretando scripturam: 'Omnia, quaecumque voluit, Dominus [Esth. 13, 9.] fecit in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis'. Et: 'In voluntate tua, Domine, cuncta sunt posita, et non est qui possit tuae resistere voluntati', iniquus Deus, qui infert iram his, qui contra praedestinationem et voluntatem eius salvari non possunt, et his, qui alieno, id est primi parentis, peccato venditi sunt, et pro quibus non est data redemptio, ab illo asseveratur. Et vel non intellegens vel scienter mendaciter interpretans ex scripturis quod bene et vere dictum est, dum Deum infirmum dicere vitat, iniquum facit dedignans usus pessimo praeceptore se ipso ab alio discere, qualiter debeat intellegere, quia [2. Tim. 2, 13.] sunt quaedam, quae dicitur non posse omnipotens, docente Paulo: 'Deus fidelis permanet, se ipsum negare non potest'. Qui etiam mutari, mentiri, falli, peccare, miser fieri, vinci ac mori non potest. Quae et his similia si posset vel si haec velle posset, omnipotens non esset. Unde nunc longum est scribere et, si hic nebulo in his sanum sensum haberet, in hac sententia non erraret, qui[2], dum dedignatur fieri discipulus veritatis, si ei liceret, magister fieri vellet erroris.

[2. Petr. 3, 9.] IIII. Necnon et loquentem[a][3] de se ipsa[b] in magno Petro: 'Non tardat Dominus promissis suis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad paenitentiam re- [1. Tim. 2, 4. 1. Tim. 2, 6. Hebr. 2, 9. 2. Cor. 5, 14. 15.] verti'; et in divino Paulo: 'Omnes homines vult salvos fieri', 'qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus'; et: 'Gratia Dei pro omnibus gustavit mortem'; et: 'Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est Christus'; [Ezech. 33, 11.] et in propheta cum iuramento propter incredulos: 'Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat'; et in[4] omni catholica ecclesia, quae pro omnibus hominibus ex traditione apostolica illi supplicans legem hinc credendi lege nobis statuit suppli- [Ioh. 8, 44.] candi, veritatem mendacem dogmatizat. Et cum Christus de diabolo dicat: 'Mendax est ab initio et pater eius', si idem Christus iuxta istius doctrinam mendax est, suis ipsis verbis, quod nefas est dicere, similis ei, id est diabolo, mendax esse convincitur. Est autem Deus [Malac. 4, 2.] verax et Gotescalcus mendax: quia unus idemque 'sol iustitiae' Christus, ut[5] repararet omnium vitam, recepit omnium causam, inde in omnes manante iustitia, ubi est omnis humana suscepta natura, non culpa, qui omnibus ortus est, omnibus venit et pro omnibus passus est [1. Tim. 2, 4.] et 'omnes vult salvos fieri' qui pro omnibus passus est; sed non ab omnibus videtur et non

---

a) loquente *verb. Sirm.* b) ipso *verb. Sirm.*

1) *Gottschalk.* 2) *Vgl. oben Nr. 141 S. 109 Z. 38 f. und den von Hinkmar in 'De praedestinatione' c. 34, Migne 125, 351 u. ö. angeführten Brief Leos I. an Flavian, Hinschius S. 597 (J.-K. 423).* 3) *Nämlich* veritatem *(unten Z. 34).* 4) *Decr. Coelestin. c. 11, Codex canonum (1609) S. 415; Hinschius S. 558 (J.-K. 381).* 5) *Leo I. an Bischof Juvenal von Jerusalem, Hinschius S. 570 (J.-K. 514); vgl. auch Hinkmar, De praedestinatione c. 25, Migne 125, 261, wo sich die gleichen Lesarten finden.*

[866.] omnes salvantur. ʻLux enim lucet in tenebris et tenebrae eam non comprehenderunt' [Ioh. 1, 5.]; quod non pertinet ad culpam lucis, sed ad tenebrarum. Lux quippe venit in mundum dicens: ʻEgo sum lux mundi; qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae' [Ioh. 8, 12.]. Sed ʻdilexerunt homines tenebras magis quam lucem: erant enim eorum mala opera' [Ioh. 3, 19.]. Et item comprehendentibus lucem tenebris ipsa lux per apostolum dicit: ʻFuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino' [Eph. 5, 8.]. Quod[1] autem quidam sequentes lucem salvantur, salvantis est donum; et quod quidam in tenebris remanentes pereunt, pereuntium est meritum. ʻUniversae enim viae Domini misericordia et veritas' [Ps. 24, 10.]. Ut[2] enim reus damnetur, inculpabilis Dei iustitia est; ut autem reus iustificetur, ineffabilis Dei gratia est. Et redemptio humani generis omnibus proposita est, sed fidelibus dat salutem. ʻSic enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum daret; ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam' [Ioh. 3, 16.]. ʻQui autem non credit, iam iudicatus est' [Ioh. 3, 18.]. Quod et Dominus ostendit, quando sacramenta passionis suae discipulis et apostolis suis tradidit dicens: ʻHoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur' [Luc. 22, 19.]; et: Hic est sanguis meus, qui pro vobis et pro multis effundetur [Vgl. Luc. 22, 20.]. Utrumque enim in evangelio invenitur. Inter quos, quibus haec tradidit, erat et Iudas reproborum tenens partem, sicut ceteri discipuli electorum partem ferebant. Ideo quippe non pro omnibus, sed pro multis dixit, quia non omnes crediturі erant. Effusio[3] enim sanguinis Christi iusti pro iniustis tam fuit dives ad pretium, ut, si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent. Qui autem non credunt, ipsi sibi damnationem adquirunt. Nam sicut incarnatio, praedicatio, miracula, ita et[a] mors Christi salus et honor est credentibus, non credentibus autem lapis offensionis et petra scandali [Vgl. 1. Petr. 2, 7. 8.], veluti in scripturis multoties et passim qui legunt inveniunt et in natura creaturarum conspicitur, per quas invisibilia Dei cognosci a Paulo dicuntur [Vgl. Rom. 1, 20.].

Unus namque ac idem sol lutum stringit et ceram liquat, et conditor ac redemptor atque salvator noster non alia cogitatione iustos adiuvat atque alia iniustos damnat; sed una eademque vi naturae singularis sibi semper indissimilis dissimilia disponit una praedestinatione sua, quae semper in bono est. Et sic est gemina, sicut unus sanctus spiritus et duo eiusdem data, una caritas et duo ipsius praecepta, una Dei praedestinatio[4] aut ad donum pertinens gratiae aut ad retributionem iustitiae, non ut Deus reprobos praedestinasse credatur, quod absit, ad poenam, sicut creditur electos[a] praedestinasse ad gloriam et eis gloriam praeparasse perennem, sed eius praedestinatione, veluti ei canitur a propheta: ʻMisericordia et veritas praecedent faciem tuam' [Ps. 88, 15.], per misericordiam conferantur quae ad[5] donum pertinent gratiae et ad veritatem iusti iudicii referantur quae redduntur retributione iustitiae. Bonus est enim et iustus in omnibus Dominus, quoniam bonum est, cum debitum redditur, et iustum est, cum indebitum sine cuiusquam fraude donatur, sicut scriptum est: ʻCui vult, miseretur et, quem vult, indurat' [Rom. 9, 18.]. Miseretur nimirum Deus gratis impartiendo misericordiam et auferendo nequitiam; obdurat[6] autem non impertiendo malitiam, sed iuste non impertiendo misericordiam, sicut dicitur obdurasse cor Pharaonis [Vgl. Exod. 4, 21; 8, 19.], id est per[7] gratiam non emollisse, et tradidisse quosdam in reprobum sensum [Vgl. Rom. 1, 28.], id est ex retributione iustitiae per gratiam non liberasse a reprobo sensu. Et multa alia hoc genere locutionis dicta in scripturis inveniuntur.

---

a) *Übergeschr. B.*

1) *Prosper. responsiones ad capitula obiection. Vincentian., Migne 51, 179.* 2) *Ebenda.* 3) *Brief Leos I. an Kaiser Leo, Hinschius S. 585 (J.-K. 542).* 4) *Prosper. respons. ad capit. obiection. Gallor., Migne 51, 169; s. auch Hinkmar, De praedestin. c. 10, Migne 125, 107 u. ö., mit denselben Lesarten.* 5) *S. vorige A.* 6) *Vgl. Augustin. epist. 194, Corp. Vindob. 57, 187.* 7) *Vgl. Hinkmar, De praedestin. c. 10, Migne 125, 106.*

866. V. Et qui locutus est per prophetas, dicente Dei spiritu per apostolos et evangelistas: Eph. 4, 5. 'Unus est Deus, una fides, unum est et baptysma', in quo sanctificatio[1] spiritus per aspersio- Vgl. 1. Petr. 1, 18. nem fit sanguinis Christi, quo redempti sumus de vana nostra conversatione paternae traditionis; 1. Ioh. 1, 7. 1. Ioh. 5, 6. 7. 'sanguis enim eiusdem Iesu Christi filii Dei emundat nos ab omni peccato', 'qui venit per aquam et sanguinem Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, 5 quoniam Christus est veritas; quia tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua et sanguis, et tres unum sunt': spiritus utique sanctificationis et sanguis redemptionis et aqua baptysmatis, quae tria unum sunt et individua manent, nihilque eorum a sui conexione seiungitur. Et hac fide vivit et proficit catholica ecclesia mundata lavacro aquae in verbo, quoniam non est unum et salutare baptismum, quod in eadem catholica celebratur ecclesia, vel aqua sine verbo vel verbum 10 sine aqua; sed cum accedit[2] verbum ad elementum, efficitur sacramentum spiritu, qui in principio ferebatur super aquas sanctificatum, quod uno[3] militum lancea aperiente latus Christi in cruce continuo exivit de secreto divinae humanitatis et humanae divinitatis, scilicet sanguis[4] et aqua, unde lavacro rigatur et poculo ecclesia credentium, quorum corda fide, Rom. 5, 5. quae datur per spiritum, purificantur quique spe salvi fiunt, 'quoniam caritas Dei diffusa 15 Eph. 1, 13. est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis', 'in quo credentes signati Eph. 4, 30. sumus spiritu promissionis sancto.' Et item eodem[a] dicente apostolo: 'In quo signati sumus in die redemptionis', id est in eodem sacramento[5] baptismatis, in quo nulla est discretio Rom. 6, 3. renatorum, dicente apostolo: 'Quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius bap- Gal. 3, 27. 28. tizati sumus'; et: 'Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudaeus neque 20 Grecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina, omnes enim unum estis in Christo Iesu'. Quoniam quos aut sexus in corpore aut aetas discernit in tempore, ab inmaculato divini fontis utero omnes in unam parit gratia mater infantiam; et renatus ex aqua et spiritu non solum spiritalis, sed etiam invisibiliter fit spiritus et per adoptionis gratiam Dei filius, cum visibiliter videntibus appareat caro et hominis filius. Contra quae omnia 25 ipsius unius eiusdemque baptismatis veritas isto pestilentissimo dogmate evacuatur, quod nullam credentibus spem salutis relinquit nec a quo credentes salutem sperare possimus, Vgl. Rom. 3, 4. 5. Vgl. Act. 10, 34. faciens Deum iniquum atque mendacem et personarum acceptorem, dimittit. Quae, sed et aliae ipsius blasphemiae scripturarum auctoritate et catholicorum traditione, qui Vgl. Exod. 36, 1. Vgl. Iob 21, 22. in se loquente Domino, a cuius facie est sapientia et intellectus et qui docet hominem 30 Vgl. Is. 40, 4; Luc. 3, 5. scientiam, haec prava in directa et aspera in vias planas fecerunt, facile posse revinci cognoscitis. Non igitur est perfunctorie transeundum, quod Caelestinus scripsit pro talibus atque de talibus: Merito[6], inquiens, causa nos respicit, si silentio faveamus errori. Ergo corripiantur huiusmodi, non sit his liberum habere pro voluntate sermonem. Desinat, si ita res sunt, incessere novitas vetustatem; desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Alioquin, ut Leo[7] 35 dicit, inferiorum ordinum culpae ad nullos magis sunt referendae quam ad desides neglegentesque rectores, qui multam saepe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam.

Multa vobis scribere poteram de his, sed et de aliis exitiosissimis dictis huius procacissimi hominis, si licuisset et antea hinc vobis scribere meditatus fuissem. Sed quia 40 in articulo iam profectionis missi nostri, quem ad vos dirigebam, nuntiatum est mihi ha-

---

a) *Übergeschr. B.*

1) *Leo I. an Flavian, Hinschius S. 599 (J.-K. 423); vgl. auch Hinkmar, De praedestin. c. 35, Migne 125, 376, mit den gleichen Lesarten.* 2) *Vgl. Augustin. in Ioh. evang. tract. 80, 3, Migne 35, 1840.* 3) *Im folgenden ist der in A. 1 angegebene Brief verwertet.* 4) *S. oben A. 1.* 5) *Leo I. an Turibius, Hinschius S. 594 (J.-K. 412).* 45 6) *Decr. Coelestin. c. 1, Codex canonum (1609) S. 406 f.; Hinschius S. 557 (J.-K. 381).* 7) *Leo I. an den B. von Aquileja, Hinschius S. 575 (J.-K. 398).*

bitu tantummodo **monachum**[1] **nostrum**, eiusdem Gotescalci complicem[2], in partes Italiae, quo pergitis, cum his, **quae furari** de monasterio **potuit**, **aufugisse**, necessarium duxi accito notario vel haec parva et tumultuario sermone, quae mens ori suggessit emissa, vestrae sapientiae intimare; ut, si forte isdem pestifer in illis partibus de zizania magistri sui aliqua seminaverit et a quibusdam inde interrogati fueritis, habeatis quae illis de doctrina eius certa respondere possitis, et ne pro multis detentus missus noster tam diu morari cogeretur, ut ei necesse foret vos longius sequi.

855—867. Vgl. Iob 18, 13. Vgl. Matth. 13, 25.

189.*

Hinkmar an Erzbischof Herard von Tours. *855/856—867.*

Schrörs Reg. 198.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 515): Herardo Turonensium antistiti[3] de quibusdam apostatis ad ecclesiam redeuntibus et aliis poenitentibus suscipiendis.

190.*

Hinkmar an Bischof Hilmerad von Amiens. *858—867.*

Schrörs Reg. 200.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 23 (MG. SS. XIII, 529): Hilmerado[4] Ambianensi[5] pro quodam monacho[6], qui presbiterum et monachum in monasterio sancti Richarii occidit, pro quo domnus papa Nicolaus litteras eidem domno Hincmaro direxerat[7] poenitentiae tenorem continentes.

191.*

Hinkmar an Propst Magenard und die übrigen Mönche des Klosters Saint-Riquier. *858—867.*

Schrörs Reg. 201.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 25 (MG. SS. XIII, 538): Magenardo[8] preposito et fratribus in monasterio sancti Richarii degentibus pro litteris, quas apostolicus papa[9] regi Karolo[10] sibique[11] miserat pro quodam[12], qui monachum atque presbiterum interfecerat.

---

1) *Vgl. oben Nr. 187 S. 194 Z. 27 f.* 2) *Nämlich Guntbert, vgl. oben Nr. 187 S. 194 Z. 28 f.* 3) *855/856—871. — Vgl. Schrörs S. 573 f. A. 84. Die Datierung ergibt sich aus dem Beginn von Herards Amtszeit und der Reihenfolge bei Flodoard: danach ist dieses Stück vor unten Nr. 204 S. 228 anzusetzen.* 4) *Vgl. Schrörs S. 574 A. 85. — Zur Sache s. besonders den unten A. 7 angeführten Brief Nikolaus' I.* 5) *849—871.* 6) *Eriarth.* 7) *MG. Epist. VI, 654 Nr. 133 (J.-E. 2837).* 8) *Vgl. oben Nr. 190 und A. 4.* 9) *Nikolaus I.* 10) *Dem Kahlen; nicht erhalten.* 11) *Vgl. oben A. 7.* 12) *Vgl. oben A. 6.*

192.*

845—867. *Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons.* *859—867.*

Schrörs Reg. 202.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[1] pro clerico, quem mitteret ordinandum ad regendum ecclesiam in villa Turre[2] sitam.

193.*

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons. *859—867.* 5

Schrörs Reg. 203.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[3] pro parrochia, de qua contentio agebatur inter eum et Erpuinum Silvanectensem episcopum[4].

194.*

Hinkmar an Abt Ludwig von Saint-Denis über die Wiederbeschaffung der aus der Reimser Diözese entwendeten Gebeine des h. Deodatus. *845—9. Januar 867.* 10

Schrörs Reg. 185.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 24 (MG. SS. XIII, 534f.): Ludowico[5] abbati suo litteras misit pro repetendo corpore sancti Deodati, quod quidam Giso cupiditate rerum ipsius sancti ductus ex diocesi Remensi furtim transferri fecerat in Parisiacensem parrochiam, inconsulto episcopo, in cuius iacebat episcopio. Asserit autem in his litteris se 15 nemini, neque sibi vel proprio suo sanguini, contra divina parcere iura. Vgl. Rom. 8, 32.

195.*

Hinkmar an Abt Ludwig von Saint-Denis. *845—9. Januar 867.*

Schrörs Reg. 186.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 24 (MG. SS. XIII, 535): Sed[6] et indignantem pro his abbatem iterum litteris monere non destitit, hortans et admonens, ut ecclesiasticis 20 regulis satisfacere procuraret.

196.*

Hinkmar an Abt Ludwig von Saint-Denis. *845—9. Januar 867.*

Schrörs Reg. 187.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 24 (MG. SS. XIII, 535): Item[7] pro quodam nepote suo, quem commiserat ei, et pro rebus a rege per dispositionem ipsius domni Hincmari 25 monachis sancti Dionisii traditis.

1) *Vgl. oben Nr. 116 S. 57. — Zur Datierung dieses wie des folgenden Stückes s. Schrörs S. 563 A. 11.* 2) *Vielleicht Tours-sur-Marne (Kirchenprovinz Reims).* 3) *Vgl. oben Nr. 192 und A. 1.* 4) *Um 840—871/872. Vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux III, 118; Schrörs S. 576 A. 104.* 5) *Vgl. Schrörs S. 573 A. 80. — Abt Ludwig von Saint-Denis starb am 9. Januar 867, woraus sich die Datierung* 30 *dieses wie der beiden folgenden Stücke ergibt.* 6) *Vgl. oben Nr. 194 und A. 5.* 7) *Vgl. oben Nr. 195 und A. 6.*

197.

Hinkmar an Bischof Äneas von Paris über die Ordination Bernos, eines Akoluthen des Klosters Saint-Denis. 856—867. *856/857—9. Januar 867.*

Hss.: Vatic. lat. 1347 Bl. 143', 11. Jh. (B¹), kollat. Werminghoff, Laehr; Monte Cassino 541 S. 235—236, 11. Jh. (B²), kollat. Werminghoff, Ertl.

Drucke: Baronius, Ann. eccles. (1588—1607) 912 n. 19 (ex codice Antonii Augustini in biblioth. Vatic. = B¹); Labbe-Cossart VIII, 1898; Gousset 1, 274; Migne 126, 267.

Schrörs Reg. 199.

HINCMARUS NOMINE NON MERITO REMORUM[a] EPISCOPUS AC PLEBIS DEI FAMULUS DILECTO FRATRI ET VENERABILI EPISCOPO AENEAE[1] SALUTEM[2].

Nostri fratres de monasterio sancti Dyonisii per licentiam domni abbatis Hludouuici ad educandum atque erudiendum commiserunt mihi quendam adulescentem nomine[b] Bernonem[3], quem vestra fraternitas accolitum[c] ordinavit. Propterea quoniam sine vestra[d] licentia eum nolumus in nostra ecclesia diutino tempore immorari, petimus dilectionem[e] vestram, ut de illo nobis litteras canonicas faciatis, quatenus eum in nostra ecclesia possimus regulariter ordinare[4].

197 a.

Antwortschreiben des Bischofs Äneas von Paris an Hinkmar über die Ordination seines Akoluthen Berno. *856/857—9. Januar 867.*

Hss.: Vatic. lat. 1347 Bl. 143', 11. Jh. (B¹), kollat. Werminghoff, Laehr; Monte Cassino 541 S. 236, 11. Jh. (B²), kollat. Werminghoff, Ertl.

Drucke: Baronius, Ann. eccles. (1588—1607) 912 n. 20 (ex codice Antonii Augustini in biblioth. Vatic. = B¹); Labbe-Cossart VIII, 1898.

VENERABILI IN CHRISTO PATRI HINCMARO REMORUM ARCHIEPISCOPO AENEAS SANCTAE PARISIACENSIS ECCLESIAE EPISCOPUS[a] IN DOMINO SALUTEM[5].

Canonica[b] atque ecclesiastica sancit auctoritas[6], ut nemo episcoporum alterius ecclesiae ordinatum sine consensu vel litteris dimissoriis illius episcopi, cuius ordinatus fuerat, in propria parrochia retinere aut ordinare praesumat. Hanc denique institutionem sanctorum patrum plenissime retinentes rogastis[c] vobis quendam ecclesiae nostrae filium et a nobis nuper acolitum ordinatum nomine Bernonem, qui causa discendi atque educandi vestris in partibus quondam missus[d] . . .

---

197. a) Romorum *B²*. b) *Übergeschr. B¹*. c) *Zweites* c *übergeschr. B¹*. d) *Übergeschr. B²*. e) diletionem *B¹*.

197 a. a) episcopo *B²*. b) -ni- *übergeschr. B²*. c) *Erstes* s *übergeschr. B¹*. d) *Damit bricht das Stück ab B¹, B²*.

1) *Von Paris. S. oben S. 67 A. 4.* 2) *Vgl. Schrörs S. 463 A. 32 und S. 569 A. 51; unten Nr. 197 a. — Die Datierung ergibt sich aus dem Beginn von Äneas' Amtszeit und dem Todestag des Abtes Ludwig von Saint-Denis (vgl. oben S. 202 A. 5).* 3) *Baronius a. a. O. verwechselt ihn mit Abt Berno von Cluny.* 4) *S. unten A. 6.* 5) *Vgl. oben Nr. 197 und A. 2.* 6) *Vgl. canon. aposto . c. 36, Codex canonum (1609) unpaginierter Anfang; Hinschius S. 29. — Konzil von Nicäa, Codex canonum (1609) S. 8 c. 16; Hinschius S. 260 c. 17. — Konzil von Sardika c. 18. 19, Codex canonum (1609) S. 169; Hinschius S. 269. — Konzil von Orléans (554) c. 7, MG. Conc. I, 119 u. ö.*

198.

867. *Hinkmar beantwortet den in der Pfalz Samoussy durch Erzbischof Egilo von Sens überreichten Brief Papst Nikolaus' I. in der Sache der Reimser Geistlichen.* *Juli 867.*

Hss.: Laon 407 Bl. 120—136, 9. Jh. (B), kollat. A. V. Müller; Paris Coll. Dupuy 9, 17. Jh. (aus B); Dublin Trinity College C. 1. 20, 17. Jh. (aus B).

Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 298 (aus B); Labbe-Cossart VIII, 1908; Mansi XV, 772; Migne 126, 71. 5

Vgl. auch Flod. Hist. Rem. eccl. III, 2, MG. SS. XIII, 475f. — Teile des nachfolgend daraus wiedergegebenen Textes beruhen auf Nr. 198 (vgl. unten S. 210ff.). Aber es handelt sich dabei um durchaus sekundäre Überlieferung. Im Anfang (bis Z. 16) erscheint sogar das Synodalschreiben von Troyes, Mansi XV, 794f., stärker benutzt, während Z. 25ff. wie auch 10 *am Ende eine nicht bekannte Vorlage als Quelle gedient hat (vgl. auch SS. XIII, 476 A. 2). Demnach stellt also das Ganze nicht die wörtlich getreue Wiedergabe eines einheitlichen Textes, sondern eine aus verschiedenen Quellen geschöpfte Redaktion und Verarbeitung dar:* Emenso denique anno post ipsius Hincmari ordinationem Hlotharius imperator pro contentione regni, quam erga fratrem suum Karolum habebat, cuius obsequiis idem praesul fideliter adhaerebat, contra 15 eum commotus epistolas a Sergio papa exegit pro reparando iudicio de Ebonis depositione. Unde idem papa litteras Karolo regi mittens praecepit, ut Guntboldum Rothomagensem episcopum cum ceteris episcopis regni sui, quos ipse Guntboldus ad hoc sibi eligeret, legatis eius obviam Treveris ad hanc discutiendam querelam dirigeret et Hincmarum episcopum ad ipsam sinodum venire faceret. Ipse quoque Guntboldo litteris mandavit, ut, cum post diem sanctae Domini resurrectionis 20 missos suos in servitium imperatoris mitteret, ipse cum episcopis praedictum locum hanc causam diffiniturus adiret. Sed et ipsi Hincmaro litteras misit, ut ad idem veniret concilium. Legatis itaque Sergii papae iuxta condictum non venientibus Guntboldus annuente rege Karolo cum episcopis sinodum condixit, ad quam Ebonem per litteras et legatos ex auctoritate praedicti papae convocavit. Quo tamen Ebo neque venisse neque vicariam pro se personam vel litteras ca- 25 nonicas misisse traditur. Guntboldus tamen et ceteri episcopi, qui apud Parisios tunc convenerant, Wenilo scilicet ecclesiae Senonicae metropolitanus cum diocesaneis suis, Lantrannus Turonensis cum suffraganeis suis et specialiter Hincmarus cum omnibus Remensis dioceseos coepiscopis litteras suas ad eum miserunt, ei diocesim Remensem interdicentes, ut non haberet dein licentiam ex ea quempiam sollicitare nec scripto nec 30 verbo nec misso aliquo, donec secundum iussionem Sergii papae ipsis occurreret et iuxta canonica et apostolica statuta diffinitionis sententiam ab ipsis coram generali conventu perciperet. Sed ille ad nullam sinodum vel ad sedem apostolicam vocem postea reclamationis vel repetitionis de sede Remensi aut de ordine suo emisit. Qui etiam, postquam res gestas Leoni papae referentibus episcopis et regalibus insuper epistolis ordinatio Hincmari, 35 quando fidei quoque suae tenorem Romam misit, rata est cum largitione pallii comprobata, per quinque circiter annorum curricula supervixisse fertur in corpore usque ad annum videlicet incarnationis dominicae DCCCLI.

Schrörs Reg. 204.

DOMINO SANCTISSIMO ET REVERENTISSIMO PATRUM PATRI NICOLAO PRIMAE AC SUMMAE SEDIS APOSTOLICAE ET UNIVERSALIS ECCLESIAE PAPAE HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS ET VESTRAE SANCTISSIMAE PATERNITATIS DEVOTISSIMUS FAMULUS[1]. 867.

XIII. Kal. Iun. praesentis XV. indictionis[2] mandatus a domino nostro, devotissimo filio vestro, Karolo rege glorioso[3], obviam illi eunti ad conloquium fratris sui Hludouuici regis gloriosi[4] ad Metis civitatem, quo secum me duxit, ad palatium eius, quod Salmontiacus dicitur, in Laudunensi parrochia veniens et secundum iussionem illius fratres nostros de Vulfadi[5] collegio mecum ducens, quo et fratres ac consacerdotes nostri Rothadus

---

1) *Die Zeit der Ausfertigung von Nr. 198 ergibt sich zweifelsfrei aus der Angabe unten S. 206 Z. 22:* isto qui instat mense Iulio, *in Verbindung mit dem Satze der Ann. Bertin. 867 ed. Waitz S. 88:* — — epistola Hincmari Remorum episcopi, quam per clericos suos sub peregrinorum habitu propter contrariorum vitandas insidias praecedente Iulio mense Romam miserat. *Auch was dieser über gebotene Vorsichtsmaßnahmen bei der Übersendung gegenüber feindseligen Machenschaften berichtet, deckt sich völlig mit dem Passus unten S. 206 Z. 27 ff.:* — — has humilitatis meae litteras — —, quoniam propter insidias principum mihi infestorum, quibus ad sua vota placere non audeo, aperte non valui, modo quo potui transmittere maturavi. *Offenbar ist Hinkmar auch monatelang darüber im Unsicheren gewesen, ob das Schreiben sein Ziel erreicht hatte. Tatsächlich war dies der Fall: Ann. Bertin. S. 89:* Praefati autem Hincmari clerici in mense Augusto Romam venientes, — —. *Aber diese Abgesandten haben bis zum Oktober in Rom verweilt. A. a. O.:* usque ad mensem Octobrium ibidem sunt immorati. *Und so wird anzunehmen sein, daß Hinkmar erst nach ihrer Rückkehr von dem Erfolg ihrer Mission Kenntnis erhielt; Nikolaus I. hatte ihm noch geantwortet* de omnibus sibi satisfactum esse. — *Jene Ungewißheit des Verfassers erklärt es, daß er sich ein Vierteljahr nach der Abschickung von Nr. 198 entschloß, den ihm wichtigen Briefinhalt in einem zweiten Schreiben fast wortgleich zu wiederholen. Aber Nr. 198 und Nr. 199 stimmen keineswegs von Anfang bis Ende überein. Während in Nr. 198 von einer bevorstehenden Heerfahrt gegen Bretonen und Normannen die Rede ist (s. unten S. 206 Z. 23 f.), hören wir im Eingang von Nr. 199, daß zwar die Lage infolge der* infestationes paganorum *sich so kritisch gestaltet hatte, daß eine Synode bislang nicht zusammentreten konnte (vgl. unten S. 218 Z. 4 ff.), daß inzwischen aber eine gewisse Erleichterung eingetreten war, die eine gemeinsame Beratung zwecks Stellungnahme zu den letzten päpstlichen Kundgebungen ermöglichte (vgl. unten S. 218 Z. 11 ff.). Auch in Bezug auf diese Veränderung der politischen Konstellation geben die Ann. Bertin. 867 ed. Waitz S. 87 f. die Bestätigung, indem sie gerade vom Hochsommer des Jahres ab von einer Fühlungnahme, ja von einem Bündnis zwischen Karl dem Kahlen und den Bretonen erzählen. Eine genauere zeitliche Festlegung von Nr. 199 ist durch nachstehende Bemerkung in der Handschrift Laon 407 Bl. 182′ gegeben:* Has proxime praecedentes epistolas Actardus Namneticae urbis episcopus a synodo apud Trecas habita Romam deferens Nicolaum defunctum et Adrianum ordinatum loco eius invenit, cui et epistolas tradidit. *Diese Notiz muß sich bis auf das Synodalschreiben des Konzils von Troyes vom 2. November 867 zurückbeziehen (wiederum belegt durch Ann. Bertin. S. 88:* — — rerum gestarum ordinem, de quibus agebatur, communi consensu epistola scriptum, per Actardum venerabilem Namnetensem episcopum papae Nicolao episcopi qui convenerant transmiserunt*), das in der Handschrift auf Bl. 151—158′ steht. Alle danach folgenden Stücke wurden also durch B. Aktard nach Rom überbracht, darunter unser Brief Nr. 199, der auf den Seiten 165—174′ eingetragen ist und nach seinen einleitenden Worten (s. oben Z. 25 ff.) kurz vor dem Zusammentritt der Synode von Troyes (25. Oktober 867) geschrieben wurde. — Aber nicht nur die Einleitung beider Briefe ist verschieden; fast der ganze erste Teil von Nr. 198 ist vielmehr in Nr. 199 fortgelassen (und statt dessen mehr oder weniger wörtlich in das Synodalschreiben von Troyes übernommen). Andrerseits weist der Text von Nr. 199 mehrfach Veränderungen und gelegentlich auch Zusätze auf. Es handelt sich demnach bei beiden Stücken nicht um Entwürfe, sondern um Ausfertigungen, deren Absendung und Zustellung quellenmäßig feststeht. — Vgl. Schrörs S. 285 ff.; Dümmler II², 168; Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 139; Haller, Nikolaus I. und Pseudoisidor S. 120 ff.; auch Lapôtre, De Anastasio Bibliothecario S. 202 ff.*

2) *20. Mai 867. — Vgl. auch Ann. Bertin. 867 ed. Waitz S. 86 f.:* Deinde pergens *(nämlich* Karolus rex*)* Mettis ad conloquium fratris sui Hludowici regis Germaniae, XIII. Kalendas Iunii obvium habuit in palatio Salmuntiaco Egilonem Sennensem archiepiscopum cum epistolis Nicolai papae de restitutione clericorum Remensis aecclesiae, Vulfadi scilicet et collegarum eius. Pro quibus valde satagens, ut in suis habeantur gradibus restituti, multa Hincmaro Remorum archiepiscopo imposuit in eisdem epistolis, quae non esse vera manifesta ratione constabant.

3) *Dem Kahlen.*

4) *Des Deutschen.*

5) *S. oben S. 50 A. 4.*

867. Suessorum episcopus[1] et Hincmarus Laudunensis episcopus[2] convenerunt, conveniente etiam praefato dilecto fratre nostro Vulfado, litteras sanctissimae paternitatis et praecellentissimae auctoritatis vestrae[3] coram eodem domno rege et praedictis fratribus nostris ab Egilone venerabili archiepiscopo Sennensi[4] accepi. In quibus, sed et in litteris generaliter ad episcopos[5], qui in synodo vestra auctoritate congregata apud Suessionis[6] fuerunt, ibidem relectis tantas et tales increpationes indignitati meae a dignitate vestra inlatas inveni, sicut peccata mea merentur.

Unde si praesens corpore vobis adessem, quod sanctus spiritus per os beati Benedicti in regula ab ipso dictata praecipit, sine cunctatione vel aliqua mora exsequi[a] procurarem. Si quis, inquit[7], frater pro quavis minima causa a quocumque priore suo[b] corripitur quolibet modo vel si leviter senserit animos prioris cuiuscumque contra se iratos vel commotos quamvis modice, mox sine mora tamdiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, usque dum benedictione sanetur illa commotio. Quod quia corporaliter ante vestrae sanctitatis vestigia implere non valeo, mente et spiritu ubicumque sum cum debita mentis devotione adimpleo, suadente beato Gregorio[8] sanctitatis vestrae praedecessore atque dicente in expositione evangelicae sententiae: 'Si offers munus tuum ad altare', ac reliqua. Debemus, inquit, ad proximum quamvis longe positum longeque disiunctum mente ire eique animum subdere, humilitate illum ac benivolentia placare. Et scilicet conditor noster, dum tale placitum nostrae mentis aspexerit, a peccato nos solvet, quia munus pro culpa sumet. Et quia tempus annuum, quod in litteris humilitati meae directis de causa fratris Vulfadi et collegarum eius inveni[9], ex benignitatis vestrae commotione[c] mihi concessum intellexi, diutius sustinere passus non fui, quin post reversionem de praefato itinere, nunc consequenter isto qui instat mense Iulio praesentis XV. indictionis cum domno nostro rege in hoste ex omni regno suo collecta contra Brittones et Nortmannos illis coniunctos[10], sicut et ceteri confratres ac consacerdotes nostri secundum nostrarum regionum gravem consuetudinem cum suis vadunt, quam longe infirmitate attritus potero, cum hominibus commissae mihi ecclesiae perrecturus quantotius potui vestrae sublimitati satisfacturus has humilitatis meae litteras ad vestrae sanctitatis vestigia, quoniam propter insidias principum mihi infestorum[11], quibus ad sua vota placere non audeo, aperte non valui, modo quo potui transmittere maturavi[12].

Matth. 5, 23.

Denique post praefatas vestrae auctoritatis epistolas relectum est in supradicto loco decretum vestrae praeceptionis[13] de restitutione praedictorum fratrum nostrorum, et quod decrevistis libenter amplexi sumus. Et quod praefatus venerandus archiepiscopus Egilo mihi ex vestro mandato inde iniunxit, sine retractatione exequi procuravi. Qua de re nil aliter, nisi veluti a vestra auctoritate est diffinitum, in postmodum repetere cupio, sicut in processu horum[d] doloris mei apicum pro commotione erga me vestra explanans plenius inculcabo; in quibus, ut legitur, a doloroso dictum: 'Si locutus fuero, non quiescet dolor meus, et si tacuero, non recedet a me'. Scio enim, quia, nisi[e] multam rubiginem in me conspiceret fictor meus, non totiens me isto igne purgationis ex apostolicae sedis auctoritate

Iob 16, 7.

198. a) *So B.* b) *Übergeschr. B.* c) *Verb. aus* commonitione *B.* d) harum *B.* e) i *(am Ende) übergeschr. B.*

1) *S. oben S. 7 A. 5.* 2) *S. oben S. 55 A. 4.* 3) *MG. Epist. VI, 422ff. Nr. 80, vom 6. Dezember 866 (J.-E. 2823).* 4) *Vgl. oben S. 188 A. 14.* 5) *MG. Epist. VI, 414ff. Nr. 79 (J.-E. 2822).* 6) *18. August 866. Vgl. oben S. 174 A. 3.* 7) *Reg. s. Bened. c. 71.* 8) *Dial. IV, 62 ed. Moricca, Fonti per la storia d'Italia 57, 324f.* 9) *MG. Epist. VI, 430 Nr. 80 (J.-E. 2823).* 10) *Vgl. W. Vogel, Die Normannen und das fränkische Reich S. 226f. — S. auch Ann. Bertin. 867 ed. Waitz S. 87f.* 11) *Vgl. Dümmler II², 146 A. 1; F. Lot, Le Moyen âge XV (1902), 421 A. 2.* 12) *Vgl. oben S. 205 A. 1.* 13) *Vgl. MG. Epist. VI, 432 Z. 29 Nr. 81 (J.-E. 2825):* Fruimini ergo huius nostrae praeceptionis decreto.

867.

quorundam factione adversus exiguitatem meam commota[a] tam duriter conflaret et utinam expurgaret. Sic enim bonae memoriae domnus Hlotharius[1] in initio ordinationis meae apud Sergium[2] et post apud successorem ipsius Leonem[3] pro contentione regni, quam erga fratrem suum habebat domnum Karolum, cuius obsequiis[b] fideliter adhaerebam, sategit[4]. Unde postea Deo inspirante paenitentiam egit et litteris ad sedem apostolicam missis[5] quod excesserat corrigere studuit. Per quos etiam serenissima sanctitatis vestrae tranquillitas erga indignitatem meam totiens et adeo sit commota, non debet a me conquiri nec indebitis suspicionibus debeo agitari.

Duo tamen sunt, quae tenere me veraciter puto, et tertium, quod in mente mea cognosco[6]. (Vgl. Eccli. 23, 21; 26, 25.) Scilicet quia commotio animi vestri erga humilitatem meam non ex vestris propriis motibus, sed alienis procedat suggestionibus[7]. Et si vera essent, quae vobis de me a quibusdam audio dicta, non solum merito erga me taliter moveremini, verum et incomparabiliter severius quam moveamini zelo rectitudinis accenderemini. Sed gratias (Vgl. Ps. 78, 5.) illi, cuius 'gratia sum id, quod sum', quia 'perhibente mihi testimonium conscientia mea', (1. Cor. 15, 10. Rom. 9, 1.) licet in aliis sim peccator, tamen in his, de quibus me apud auctoritatem vestram audio denotari, non talis sum in oculis divinis, qualis depingor in auribus humanis. De tumore namque erga sedem apostolicam, omnium ecclesiarum matrem atque magistram, iam apud sanctae recordationis Sergium atque Leonem fueram denotatus. Sed debitis obsequiis[c] cooperante Domino, quocumque se locus mihi praebuit, monstravi, quod fidelis et devotus, humilis quoque atque subiectus semper in omnibus et ubique erga sedem apostolicam et eius rectores extiterim. Et modo cum tumore, quem quantum potui ab ineunte aetate vitavi, dolositate atque crudelitate apud sanctam et prudentissimam simplicitatem vestram videor denotari. Qui postquam sensualiter percepi dictum a sancto spiritu et inprecari a cuncta Dei ecclesia de his, qui in corde et corde locuntur: 'Disperdat Dominus universa labia dolosa'; ac: 'Muta fiant labia dolosa'; et ut virum sanguinum, (Vgl. Ps. 11, 3. Ps. 11, 4. Ps. 30, 19. Vgl. Ps. 5, 7.) ita nihilominus et dolosum abominari[d] a Domino, dolositatem et crudelitatem quasi a facie colubri fugiens execrare curavi, sciens beatos esse misericordes et 'iudicium illi futurum sine misericordia, qui non facit misericordiam'. (Vgl. Eccli. 21, 2. Vgl. Matth. 5, 7. Iac. 2, 13.) De quibus vitiis in istis partibus ecclesia mihi commissa, sed nec vicinae ecclesiae adversum me hactenus fuere conquestae[e], sed nec modo conqueruntur[f]. Unde datur intellegi, quoniam illi, qui de me ista falso disseminant, si vel similitudines aliorum criminum in me percepissent — quod non ad excusandum excusatione in peccatis fateor —, utique vobis non tacuissent. Sed benedictus Dominus, qui hactenus non dedit me in captionem dentibus eorum, qui 'saepe expugnaverunt me a iuventute mea et non potuerunt mihi' protegente Domino, qui de multis tribulationibus eripuit me, in quem spero, quia et adhuc eripiet. (Vgl. Ps. 123, 6. Ps. 128, 2. Vgl. Ps. 33, 5.)

Haec, domine et pater sanctissime, cum omni animi contritione et quanta possum humilitate deposco, ut pensantes, quanto cordis merore sint dicta, non aspernanter accipiatis et non subdole auctoritati vestrae subiectionem meam scripsisse vobis a quoquam persuaderi[8] sinatis. Nec ea, quae modo dignationi vestrae scribere fisus de clementia vestrae

---

a) commotam *B.* b) *Zweites* i *übergeschr. B.* c) obsequis *B.* d) h *zwischen* b *und* o *getilgt B.* e) conquęstae *B.* f) conquiruntur *B.*

1) *Kaiser Lothar I.* 2) *II. (844—847).* 3) *IV. (847—855).* 4) *Nicht erhalten. Vgl. Mühlbacher, Regesten* ² *n. 1124a. — S. auch oben Nr. 184 S. 181 Z. 1ff.; unten S. 210 Z. 31f.* 5) *MG. Epist. V, 609ff. Nr. 46; Mühlbacher, Regesten* ² *n. 1149.* 6) *Vgl. oben Nr. 126 S. 65 Z. 5:* duo credere nolui, tertium satis invitus credidi. 7) *Vgl. Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 313 A. 2. S. auch oben Nr. 186 S. 190 Z. 24f. und A. 2 und S. 193 Z. 40f.* 8) *Vgl. oben Z. 10f. und A. 7.*

867. benignitatis praesumo, ad hoc scripta intellegatis, quasi increpationibus vestris duriter susceptis contumaci corde resistere et quae scripsistis inreverenti fronte vel erecta cordis cervice dissolvere aut vestris apostolicis iussionibus vel diffinitionibus resultare modo quolibet vel in modico velim, qui sicut domino famulus et patri filius in omnibus satisfacere[1] et parere apostolicae vestrae auctoritati desidero. 5

Ceterum[a] de Ebone[2], de quo humilitati meae sanctitatis vestrae sublimitas scripsit[3], multa et in regum et in gestis episcoporum, qui iam nos ad Dominum praecesserunt et adhuc nobiscum in suis monimentis atque subscriptionibus vivunt, habentur, quae apud nos et apud alios in nostris regionibus conservantur, multa etiam in scrinio[b] sanctae et summae sedis Romanae haberi[c] non dubito. Unde ne videar quasi mei causa mortuo derogare et sepulti 10 reprehensibilia gesta velle resuscitare, de actis, quae apud nos exinde conservantur, cur et qualiter depositio eius acciderit, rationabilius videtur a nobis sileri quam pleniter et ex Vgl. Phil. 4, 7. ordine dici. Sed et contra multiplicem sapientiam vestram, quae excedit nostrum sensum atque intellegentiam, et contra summam vestram auctoritatem, quae supereminet nostram subiectionem, de illius qualicumque depositione quamcumque contentionem, quod absit, 15 conserere vel quamcumque resultationem inire non volo, non praesumo, non debeo. Praesertim cum et ipse et illi, qui eum non reclamantem vel resistentem, sed potius, quantum ab eis, qui interfuerunt, videri potuit, sponte conhibentem, ante triginta et tres annos[4] iam evolutos iudicaverunt, illic procul dubio sint, ubi unusquisque sub tanto iudice, Vgl. Hebr. 4, 13. cuius oculis nuda et aperta sunt omnia, non possunt perdere sui meriti qualitatem. 20

Verumtamen ut pauca ex eorum gestis ob rei notitiam vobis suggerendam commemoremus, Hildemanno ecclesiae Belgivagorum episcopo[5] calumniis, quibus fuerat denotatus, regulari satisfactione exuto Ebo, qui pridem cum aliis archiepiscopis et episcopis libellum, quem habemus, de restitutione imperatoris Hludouuici manu sua cum additamento archiepiscopi edidit[6], in eadem synodo[7] secundum traditionem apostolicae sedis 25 — velut Zosimus de Proculo[8], Iohannes de Contumelioso[9], Gregorius de Paulo[10] decernentes ostendunt et sicut Gregorius multoties de episcopo non valente pro infirmitate corporis ad ministerium episcopale adsurgere, quod si voluerit hoc modo, videlicet dato libello, ab episcopatu se removere valeat, scripsit[11] — datis litteris[12] in abdicationem sui sacerdotio se sponte removit[d]. Quem, ut Alexander papa in decretis suis ostendit[13], metus aut vis vel 30 fraus, quae a nemine pertulit, innoxium vel excusabilem reddere nequiverunt; neque, ut Gregorius de Pompeio monstrat[14], violentia aut afflictio, quae a nullo sustinuit, nec etiam reclamatio ad apostolicam sedem, quam praesens in iudicio non emisit, ei consulere debuerunt: qui nullo cogente nec etiam postulante, sed propria sponte conscius criminum, de quibus partim in synodo fuerat accusatus, partim autem, nisi locum peteret quaerendi consilium 35 cum quibusdam episcopis, foret nihilominus accusandus, et de quibus se purgare non poterat, secundum eorundem[e] episcoporum consilium sequentium Africanum concilium[15]

a) Caeterum *(häufig) B.* b) -ni- *übergeschr. B.* c) habere *B.* d) *Verb. aus* promovit *B.* e) eorundum *B.*

1) *Vgl. oben S. 205 Z. 20 f.* 2) *Vgl. oben S. 6 A. 9. — S. auch zum folgenden oben Nr. 184* 40 *S. 177 ff.* 3) *MG. Epist. VI, 429 Nr. 80 (J.-E. 2823).* 4) *835.* 5) *826—843/844. Vgl. Duchesne, Fastes épiscopaux III, 121.* 6) *Vgl. Flod. Hist. Rem. eccl. II, 20, MG. SS. XIII, 472. Mühlbacher, Regesten² n. 938a—c.* 7) *Diedenhofen 835.* 8) *Vgl. oben Nr. 184 S. 174 Z. 18 ff.* 9) *Vgl. oben Nr. 184 S. 178 Z. 1 und A. 2.* 10) *Vgl. oben Nr. 184 S. 178 Z. 1 und A. 3.* 11) *Vgl. etwa Reg. IX, 138, MG. Epist. II, 136 (J.-E. 1663); auch Reg. XI, 29, Epist. II, 300 (J.-E. 1819).* 45 12) *Gemeint ist Ebos Verzichtserklärung, MG. Conc. II, 702. Doch ist diese Formulierung aus Zosimus, MG. Epist. III, 7 Z. 40 ff. Nr. 2 (J.-K. 331) entlehnt. S. auch oben Z. 26 sowie oben Nr. 184 S. 174 Z. 20 f.* 13) *Vgl. Hinschius S. 95 c. 3; S. 97 f. c. 7 (J.-K. † § 24).* 14) *Reg. X, 11, MG. Epist. II, 245 f. (J.-E. 1779).* 15) *C. 46, Codex canonum (1609) S. 237; Hinschius S. 307 c. 12.*

propter ecclesiae obprobrium et insolentem insultationem saecularium, ne dignitas sacerdotalis 867.
pollueretur, libellum temperantia, quam beatus Leo ad universos episcopos per Campaniam et Samnium ceterasque provintias decrevit[1], manu sua subscriptum propriaque confessione attestatum synodo sine ulla resultatione porrexit. Et Africani canones[2] testi-
5 monio episcopi etiam de se mentientis adeo credi debere dicunt[a], ut episcopatum amittat, sicut et Dominus in evangelio monstrat dicens: 'Ex ore tuo te iudico'; 'ex verbis tuis iustificaberis et ex verbis tuis condemnaberis'; et David propheta mentienti, quod occiderit Saul: 'Sanguis tuus super caput tuum; os enim tuum locutum est adversum te'. Et sanctus Gregorius de Andrea[3], quia flagitari iudicium non debet de causa, quam ipse iudicavit; quia si
10 verum de se confessus fuit — sicut in libello suae professionis, quem habemus, scriptum est[4], cuius exemplar cum exemplari notitiae synodalis sanctae memoriae Leoni papae directum est[5], in quo pro reatibus suis a pontificali ministerio alienum se reddidit et alium in loco suo absque repetitione canonica consecrari decrevit —, tamquam criminosus suo testimonio a ministerio pontificali cessare et iuxta Leonis et Gregorii decreta ad[6] promerendam
15 misericordiam Dei privatam secessionem expetere debuit. Et si falsum de se protulit, tamquam falsus contra semetipsum testis abiciendus fuit, prohibente Domino: 'Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium'. Quod si non licuit contra proximum, multo minus contra semetipsum. Et idcirco, ut iudices sui dixerunt[7], iuste et rationabiliter a pontificali ministerio alienum una cum ipso eum reddiderunt. De quibus, quantum
20 rescire possumus, qui in nomine episcopi tunc fuerunt, in istis Cisalpinis regionibus nemo in corpore vivit nisi solus Rothadus[8], licet adhuc plures supersint, qui ecclesiam et provintiam suam eum prius nullo impetente deseruisse contra regulas sacras[9] noverunt et post eius depositionis ordinem cognoverunt. Et apostolus 'testamentum' dicit 'in mortuis confirmatum'. Verum et de his, qui me in illius loco ordinaverunt, non habentur
25 superstites nisi praefatus Rothadus et Erpoinus[10]; quamvis in istis provintiis, Remorum scilicet, Trevirorum, Agripinensium, Mogontinae, Lugdunensium, Arelatensium, Narbonensium, Rotomagensium, Turonensium, Senonum, Bituricensium, Burdegalensium, non facile plures inveniri possint episcopi vel presbiteri aut diacones, qui aut ab illis non[b] sint ordinati, qui in Ebonis depositione fuerunt — et me quidam eorum et ab eis ordinati
30 ordinaverunt —, aut qui in ordinatione mea consentientes non subscripserunt, seu qui a me aut ab illis non sint ordinati, quos ego Dei gratia ordinavi. Qui post decennium, quam idem Ebo, sicut Cisalpini episcopi dixerunt, depositus fuerat et sine regulari repetitione vel reclamatione permanserat, atque post annum, quam a Sergio papa sententiam notam susceperat[11], quam rectissime auctoritas vestra, ut videlicet divinae legis oraculum, in
35 epistola synodali per Egilonem directa nobis exposuit[12], in[13] synodo apud Belgivagum civitatem Remensis provintiae a clero et plebe Remorum metropolis, sed et ab episcopis eiusdem provintiae petitus et electus et cum decreto canonico praesentia et unanimitatis consensu omnium

Luc. 19, 22. Matth. 12, 37. — 2. Reg. 1, 16. — Exod. 20, 16. — Hebr. 9, 17.

---

a) dicant *B.* b) *So B.*

1) *Vgl. oben Nr. 184 S. 178 Z. 1 ff. und A. 4.* 2) *Vgl. c. 91, Codex canonum (1609) S. 269;*
40 *Hinschius S. 319 c. 25.* 3) *Vgl. oben Nr. 184 S. 186 f. und A. 14. 15.* 4) *MG. Conc. II, 702 Z. 14 ff.* 5) *Dem entspricht der handschriftliche Befund im cod. Vatic. Pal. lat. 576 s. IX.—X. genau: auf die Protokolle von Soissons 853 (Bl. 26'—33') folgt unmittelbar (Bl. 33'—34') der Libellus Ebos. Auch in der Hs. Brüssel 5413—22 s. IX.—X. sind beide Dokumente überliefert (Bl. 50'—62; 113—115).* 6) *Leo I. an Rusticus von Narbonne, Codex canonum (1609) S. 455 c. 16; Hinschius S. 616 c. 2 (J.-K.*
45 *544).* 7) *Vgl. MG. Conc. II, 702 f.* 8) *Vgl. oben Nr. 184 S. 182 Z. 35 f. und oben Nr. 186 S. 192 Z. 26 f.* 9) *Vgl. Konzil von Antiochia c. 3, Hinschius S. 270; Codex canonum (1609) S. 57.* 10) *B. von Senlis. S. oben S. 202 A. 4.* 11) *Vgl. oben Nr. 184 S. 178 und A. 10.* 12) *Vgl. MG. Epist. VI, 421 f. Nr. 79 (J.-E. 2822).* 13) *Vgl. oben Nr. 184 S. 180 Z. 22 ff.*

867. suffraganeorum ipsius metropolis cunctis adclamantibus, nullo autem reclamante vel contradicente, regulariter in eadem ecclesia sum ordinatus, sicut epistolae de ordinatione mea sanctae memoriae Leoni papae directae[1] et scripta ecclesiasticae traditionis, quae in Remensi ecclesia conservantur, ostendunt. In quibus inter cetera secutos se fore dixerunt episcopi, ordinatores videlicet mei, auctoritatem Africani concilii[2], quod[a] missis episcopis ecclesiae diutino tempore pro fuga Equitii destitutae iussit ordinari episcopum, et Damasi papae decreta ad Paulinum episcopum a congregata in urbe Roma synodo directa de episcopis adhuc etiam in statu suo manentibus et contra regulas transmigrantibus: Eos, inquit[3], qui de ecclesiis ad ecclesias migraverunt, tamdiu a communione nostra habemus alienos, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti. Quodsi alius alio transmigrante in loco viventis est ordinatus, tamdiu vacet sacerdotii dignitate qui suam deseruit civitatem, quamdiu successor eius quiescat in Domino.

Ego autem decernentibus sacris canonibus Carthaginensis concilii[4], ut quicumque clerici vel diaconi pro necessitatibus ecclesiarum non obtemperaverint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in sua ecclesia promovere, nec illic in gradu suo ministrent, unde recedere noluerunt — quod et sanctus Gregorius in epistola ad Galliarum episcopos adprobat dicens[5]: Sicut is, qui invitatus rennuit, quaesitus refugit, sacris est altaribus amovendus, sic qui ultro ambit vel importunum se ingerit est procul dubio repellendus —, mentis et corporis ad oboediendum episcopis et ordinatoribus meis colla supposui, quoniam aliter ductus devotione, sicut tunc mihi videre videbar, agere non praesumpsi. Qui[6] in monasterio, ubi ab ipsis rudimentis infantiae sub canonico habitu educatus indeque eductus in palatio domni Hludouuici imperatoris, non modico tempore mansi. Conversis autem ad regularem vitam et habitum fratribus in monasterio sancti Dionysii, ubi nutritus fueram, in illud saeculum fugiens sine spe vel appetitu episcopatus aut alicuius praelationis diutius degui et exinde adsumptus familiaribus obsequiis praefati imperatoris ac episcoporum conventibus pro sola oboedientia mihi iniuncta inserviens post aliquot annos monasterii quietem repetii. A quo peccatis meis exigentibus rupto anchorae fune, quo me in portu neglegenter devinxeram[b], sub obtentu salutis plurimorum persuasus hortamentis eorum, quibus facilius, quam mihi necesse foret, credidi, ad tempestates maris magni et spatiosi periculosissime sum reiactatus.

Emenso[7] autem anno[8] post ordinationem meam Hlotharius imperator, ut praedixi[9], causa fratris sui erga me commotus epistolas a Sergio papa exegit, sicut postea mihi innotuit, pro refricando concilio de Ebonis depositione, quasi discordia esset in Remensi ecclesia pro mea ordinatione, quod nullatenus constitit. Unde isdem domnus apostolicus litteras domno Karolo misit[10] praecipiens, ut Guntboldum Rotomagensem archiepiscopum[11] cum ceteris episcopis regni sui, quos praedictus Guntboldus ad hoc sibi eligeret, obviam missis eius Treveris ad hanc causam discutiendam dirigeret et me ad ipsam synodum venire faceret. Ipsi quoque Guntboldo inde litteras misit[12], ut, cum post diem sanctae resurrectionis[13] missos suos idem domnus papa in servitium imperatoris mitteret, ad praedictum locum cum episcopis hanc causam diffiniturus adiret. Sed et mihi inde litteras misit[14], ut ad idem venirem concilium. Nos autem expectavimus eosdem missos

a) qui *B.* b) n *übergeschr. B.*

1) *Vgl. oben Nr. 184 S. 180f.* 2) *C. 45, Codex canonum (1609) S. 237; Migne 67, 206 c. 78.* 3) *Hinschius S. 516 n. 20 (vgl. J.-K. 235).* 4) *C. 31, Codex canonum (1609) S. 199; Migne 67, 192.* 5) *Reg. IX, 218, MG. Epist. II, 206 (J.-E. 1747).* 6) *Vgl. Schrörs S. 10ff.* 7) *S. auch oben S. 204 Z. 13ff. den Bericht Flodoards. — Vgl. Schrörs S. 53; Lot-Halphen S. 159ff.* 8) *846.* 9) *S. oben S. 207 Z. 2ff. und A. 4.* 10) *Nicht erhalten. Vgl. J.-E. 2589*.* 11) *S. oben S. 3 A. 4.* 12) *Nicht erhalten. Vgl. J.-E. 2590*.* 13) *18. April 846.* 14) *Nicht erhalten. Vgl. J.-E. 2591*.*

867.

usque ad condictum terminum, et non venerunt. Quapropter auctoritate litterarum domni papae Sergii annuente domno nostro rege Karolo cum consensu archiepiscoporum et ceterorum episcoporum regni ipsius Guntboldus synodum condixit[1], quo Ebonem litteris[2], quarum exemplar habemus, per Erpoinum provintiae Remensis episcopum[3] directis ex auctoritate praedicti papae convocavit, ut secundum eius commendationem hanc causam regulariter diffiniret et diffinitionem ipsius rei ad sedem apostolicam secundum sacras regulas[4] referre curaret. Quo isdem Ebo sibi conscius venire non voluit nec, ut apud sedem apostolicam, a qua notam sententiam suscepit[5], absolveretur, sategit, cum eundi illuc facultatem habuerit, quoniam[6] diu in Italia immoratus et proprietatem de facultatibus Remensis ecclesiae comparatam possederit et abbatiam sancti Columbani[7] apud Hlotharium optinuerit, sed et in istis regionibus alteram abbatiam[8] adeptus fuerit, quas et habuit, usque dum legationem in Greciam a Hlothario susceptam[9] exequi detrectavit et ob id honores, quos a praefato imperatore acceperat, perdidit et per clementiam Hluduuuici regis Germaniae in provintia Mogontina conductum promeruit[10]. Et nullum documentum canonicum de sua restitutione vel a sede apostolica absolutione, sicut praecipiunt regulae, in vita sua synodo ulli ostendit[11]. Qui sine documenti testimonio vel litteris de sua restitutione, ut Felix papa decrevit[12], ministrare vel recipi in ministerio sacro non debuit, a se et a plurimarum provintiarum metropolitanis cum suis coepiscopis in iudicio praesens et ad sedem apostolicam non reclamans consonanter exclusus, maxime quia per tot annos, etiam post acceptam sententiam a sede apostolica, innocentiam suam non asseruit, quam demonstrare non potuit. Sed et quia ante regularem audientiam vel ante prolatam et confirmatam atque ostensam a sede apostolica suam restitutionem per edictum imperiale Hlotharii imperatoris[13], quod habemus, ministerium[14] episcopale praesumpsit, quod, ut Gelasius in epistolis suis de Acacii damnatione ostendit[15], manifestissime sacris est canonibus inimicum: qualia et quanta iudicia incurrerit, melius ipsi scitis.

Nam etsi, ut praediximus[16], exigente imperatore Hlothario a sede apostolica litterae missae fuerunt pro synodo ex hac causa congreganda, cum legatus ipsius sedis in has partes veniret, tamen, sicut ad nullam[a] synodum, sed nec ad eam, quam Guntboldus auctoritate litterarum domni Sergii papae congregavit[17], isdem Ebo convenit, ita nec missus a sede apostolica pro synodo ex hoc congreganda in istas partes advenit, veluti et epistola ipsius imperatoris[18] necnon et episcoporum Belgicae, Galliae, Niustriae[b] et Aquitaniae provintiarum epistola[19] cum litteris domni regis Karoli[20] sanctae memoriae Leoni papae directae, quas in scrinio Romano credimus servari, demonstrant. Sicque saepedictus Ebo absque ulla repetitione vel reclamatione suae sedis apud quamcumque

a) nullum *B.* b) *So B.*

1) *Nach Paris (Ende 846). Vgl. Flod. III, 2, MG. SS. XIII, 476 (s. oben S. 204 Z. 23 ff.). Schrörs S. 54; Lot-Halphen S. 179 f.* 2) *Nicht erhalten.* 3) *S. oben S. 209 und A. 10.* 4) *Vgl. Decr. Innocent. I. c. 10, Codex canonum (1609) S. 340; Hinschius S. 530 c. 3 (J.-K. 286).* 5) *Vgl. oben S. 209 und A. 11.* 6) *Vgl. Dümmler I², 258; Mühlbacher, Regesten ² n. 1121 a.* 7) *Bobbio.* 8) *Stablo.* 9) *S. oben A. 6.* 10) *Vgl. Dümmler I², 259 und A. 3.* 11) *Vgl. die 'Narratio clericorum Remensium', MG. Conc. II, 810 f. und den unechten Brief Gregors IV., MG. Epist. V, 81 ff. (J.-E. † 2583 und 2585*).* 12) *Vgl. Codex canonum (1609) S. 515 f.; Hinschius S. 634 c. 6 (J.-K. 609). S. auch oben Nr. 184 S. 178 Z. 28 ff.* 13) *840. MG. Capit. II, 111 f.; Conc. II, 791 ff.; Mühlbacher, Regesten ² n. 1072.* 14) *Vgl. Synode von Soissons 853, Mansi XIV, 985. S. auch oben Nr. 184 S. 178 Z. 10 f.* 15) *Ein einzelner Brief scheint hier nicht bezeichnet zu sein.* 16) *S. oben S. 210 Z. 31 ff.* 17) *S. oben Z. 1 ff.* 18) *MG. Epist. V, 610 Nr. 46:* Cur tamen praefatus decessor vester legatos a nobis petitos non miserit, vestram reverentiam nequaquam credimus ignorare; *Mühlbacher, Regesten ² n. 1149.* 19) *Vgl. oben Nr. 184 S. 180 Z. 32 ff. und A. 12.* 20) *Vgl. oben Nr. 184 S. 180 Z. 34 f. und A. 13.*

867. synodum vel apud sedem apostolicam, a qua fuerat decretum, ut nec communionem inter clericos susciperet[1], post datas litteras papae Sergii pro synodo ex hac causa congreganda, cum missos suos in istas partes dirigeret, et post synodum auctoritate litterarum ipsius congregatam, quo vocatus, ut praediximus, non convenit, usque ad obitum suum[2] permansit. Videlicet, sicut superius memoratae litterae auctoritatis vestrae demonstrant[3], talis a sede apostolica et papa Sergio habitus, qualis ab aliis non ignorabatur haberi, id est, ut codex episcopalis ostendit[4], pro criminibus suis honore privatus et ab ecclesia pulsus et ideo ante synodalis[5] examinis discussionem, ad quam Dei iudicio non pervenit, secundum sacros Nicenos canones[6] non receptus.

Quod ergo, ut Leo scribit[7], manens in corpore non recepit, consequi exutus carne non poterit. Sicut sanctus Gelasius de Acacio dicit[8], qui a sede apostolica dampnatus et non restitutus, licet Anastasius papa, sicut in libro episcopali legimus[9], eum recipere voluerit, vitam finivit. Talis est, inquiens[8], dictus, qualis ligatus est; talis usque in finem permansit, talis esse non destitit. Ita talis est hodie, qualis est et dictus, non talis esse iam non potest. Numquam igitur talis permanendo solvendus est.

De dilecto autem fratre nostro Vulfado et eius collegis, de quibus mihi summa dignitatis vestrae auctoritas quae sibi placuit scripsit[10], nihil aliud sanctitati vestrae scribere praesumpsi, nisi quod increpationes vestras non neglegenter, sed diligenter suscipio et praeceptiones oboedienter obaudio. Et quia illis sufficere debet praestabilis auctoritatis vestrae benignitas, et mihi abundanter sufficiet, si satisfactionem humilitatis meae suscipientes credere dignati fueritis me vobis simpliciter scripsisse. Nam secundum ordinatorum meorum praeceptionem, qui mihi necdum duobus exactis mensibus post ordinationem meam in synodo apud Meldis civitatem habita[11] praeceperunt eatenus ignoranti, quod Ebo post depositionem suam aliquos in Remensi ecclesia ordinaverit, ut eis mecum usque ad diligentiorem tractatum ministrare non permitterem[12], egi[a]. Et hoc ipsum eisdem fratribus, decernente Carthaginensi concilio[13], ut ordinatis episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis placita conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilii fecisse paeniteant, per Pardulum tunc diaconum ecclesiae Remensis[14], qui interfuit synodo, mandaverunt. Quoniam canones[15] posteriores anterioribus iubent deferre, post synodum apud Suessiones habitam[16] cum eorum litteris[17], quarum exemplar habemus et quas in Romano scrinio inveniri posse existimo, cum meis pro eorum petitione litteris[18] et cum aliis petitionibus meis ad sedem apostolicam domno papae Leoni pro confirmandis eorum gestis ex eisdem fratribus ad synodum non coactis, quae non scripsi nec eis subscripsi, sicut et in synodo vestra auctoritate collecta ostendi[19], me direxisse non denego. In quibus

---

a) *Fehlt B. Vgl. unten S. 218 Z. 30.*

1) *Vgl. oben Nr. 184 S. 178 Z. 11 ff. und A. 10. S. auch den Brief Nikolaus' I. Nr. 79, MG. Epist. VI, 421 Z. 30 f. (J.-E. 2822).* 2) *20. März 851.* 3) *MG. Epist. VI, 421 Z. 31 ff. Nr. 79 (J.-E. 2822).* 4) *Vgl. Lib. pontif. (Vita Sergii II.) ed. Duchesne II, 90.* 5) *Vgl. Brief Nikolaus' I. Nr. 79, MG. Epist. VI, 421 Z. 32 (J.-E. 2822).* 6) *C. 5, Codex canonum (1609) S. 3; Hinschius S. 258. — S. auch den Brief Nikolaus' I. Nr. 79, MG. Epist. VI, 421 Z. 33 ff. (J.-E. 2822).* 7) *Hinschius S. 625 (J.-K. 485). S. auch oben S. 178 Z. 30 f., wo das gleiche Gelasius-Zitat folgt.* 8) *Vgl. de anathem. vinculo, Thiel I, 565 (J.-K. 701).* 9) *Vgl. vit. Anastas. II., Lib. pontif. ed. Duchesne I, 258:* quia voluit occulte revocare Acacium. 10) *In dem Briefe Nr. 80, MG. Epist. VI, 423 ff. (J.-E. 2823).* 11) *845.* 12) *Vgl. auch oben Nr. 184 S. 181 Z. 35 f.* 13) *C. 18, Codex canonum (1609) S. 193; Hinschius S. 297 c. 3.* 14) *Später B. von Laon. Vgl. oben S. 7 und A. 2.* 15) *Vgl. conc. African. c. 53, Codex canonum (1609) S. 241; Hinschius S. 318 (Konzil von Mileve c. 13).* 16) *853.* 17) *Nicht erhalten. Vgl. Mansi XIV, 977 ff. — Schrörs S. 62 ff.* 18) *Vgl. oben Nr. 55 S. 32; ferner Nr. 67 S. 36 und A. 4.* 19) *Vgl. oben Nr. 184 S. 175 Z. 4 ff.*

gestis veram praefatorum fratrum prosecutionem adversum me silentio non firmavi. Unde 867. ex communi consensu secundum canones, sicut eos intelleximus, iudices postulavi[1]. Quorum sententiam sequendam vidi, usquequo maioris auctoritatis aliter exinde diffinitionem acciperem. Recepta autem domni papae Leonis excusatoria epistola[2], cur eadem gesta non confirmaverit — dicens inter cetera: Causas, pro quibus hoc usque ad tempus suspendimus, caritati vestrae dicemus. Prima igitur haec est, quia, sicut ab episcopis praenominata synodus utiliter ventilata sive sopita est, ita per aliquos ex eis, ut dubitatio foret radicitus evulsa, statuta vestrae synodi destinare debuistis; nesciens, quia nos metropolitani in istis regionibus non habemus potestatem, ut sine consensu vel iussione regis aut nos ipsi ire aut coepiscopos nostros quoquam longius possimus dirigere. Subiunxit autem idem pontifex in suis apostolicis litteris dicens[3]: Alia autem iuxta votum vestri desiderii id nos perficere minime permisit, eo quod legati sedis apostolicae praesentes ibidem non fuerunt neque imperialis epistola nobis talis est praesentata, quae hoc, quod expetendum misistis, specialiter indicare potuisset. Quarta scilicet causa haec est, quia hi, quos depositos caritas vestra auctoritate synodi fore adfirmat, per proprias litteras sedem apostolicam appellati sunt et volunt iterum nostra se apostolica audiri praesentia et tunc, si culpabiles inventi fuerint, non se abnuunt canonicam sustinere censuram —: et postquam has litteras domni papae Leonis accepi, sicut mihi innotuit, domnus[4] Hlotharius petente quodam episcopo regni sui, qui adhuc vivit[5], per Petrum Aritinum episcopum[6] praefato domno papae mandavit[7], ut gesta episcoporum de eisdem clericis non firmaret.

Quae cum ad fratres et coepiscopos nostros retuli, rogantibus eis apud Hlotharium imperatorem epistolam exinde ipso ex animo largiente per missos meos optinui, ubi inter cetera ita scriptum habetur[8]: Sed ad nostras petitiones exequendas et optinendas Petrum venerabilem et dilectissimum nobis Spolitinum episcopum[9] viva voce nostra vice executorem instruximus. Et alium Petrum, venerabilem aeque et amantissimum episcopum Aritinum, litteris commonuimus et alios fideles vestros atque nostros similiter inde monuimus, et reliqua. Sicque cum ista epistola et cum legatione imperatoris per praefatum venerabilem episcopum[9] missos meos cum litteris[10] Romam direxi, quibus in via nuntius venit de obitu papae Leonis[11].

Pervenientes autem Romam cum praefatis litteris et intervenientibus praedictis episcopis domnus nomine et gratia Benedictus mihi quod nostis privilegium[12] inde direxit. Synodum autem pro saepedictis clericis aut a Petro Spolitino aut ab alio aliquo in istis regionibus nec fama nec veritate ex apostolica auctoritate congregatam vel congregari iussam, sicut et per alios in istis partibus rescire potestis, umquam audivi[13] nisi illam[14], quae anno praeterito vestrae auctoritatis iussione extitit congregata, in qua eorum restitutioni secundum traditionem maiorum paratissime annui[15]. Quam, posteaquam litteras vestrae auctoritatis[16] inde suscepi, salubrem[17] ac regularem cupivi et idcirco ab ipsis, qui eos

---

1) *Mansi XIV, 984. Vgl. Schrörs S. 62.* 2) *Erhalten nur die beiden hier überlieferten Fragmente; sie sind auch von Nikolaus I., MG. Epist. VI, 416 Nr. 79 (J.-E. 2822) und Epist. VI, 424 Nr. 80 (J.-E. 2823), verwertet (J.-E. 2631*).* 3) *Vgl. vorige A.* 4) *Vgl. zum folgenden Leo IV. an Hinkmar, MG. Epist. V, 590 (J.-E. 2632).* 5) *Schrörs S. 67f. A. 72 glaubt, daß der B. Ebo von Grenoble (vgl. oben S. 44 A. 2) gemeint sei, während von Noorden S. 127 an Eb. Remigius von Lyon (vgl. oben S. 44 A. 4) dachte.* 6) *Vgl. oben S. 38 A. 7.* 7) *Nicht erhalten. Vgl. Schrörs S. 67f.* 8) *Nur dieses Bruchstück des kaiserlichen Schreibens ist erhalten. Vgl. auch oben S. 38 A. 6 (mit Flodoards Regest); Mühlbacher, Regesten² n. 1172a. — Schrörs S. 69.* 9) *Vgl. oben S. 38 A. 7.* 10) *Nicht erhalten. Vgl. oben S. 38 Nr. 74.* 11) *Vgl. oben S. 38 A. 8.* 12) *MG. Epist. VI, 367f. Nr. 59a (J.-E. 2664).* 13) *Vgl. Schrörs S. 68 und A. 75.* 14) *Synode von Soissons 866.* 15) *Vgl. oben Nr. 185 S. 188 Z. 23.* 16) *MG. Epist. VI, 404ff. Nr. 74 (J.-E. 2802).* 17) *Vgl. oben Nr. 184 S. 175 Z. 33; Nr. 185 S. 189 Z. 27.*

867. destituerunt, vel non a minori numero[1] una cum meo consensu eos restitui peroptavi. Et propterea inde usque ad synodum expectavi et plenius a sede apostolica vestra auctoritate firmandam cupivi[2], cuius arbitrio potestatis reservata erat summa ac firmitas privilegiorum apostolicae sedis, sicut et vestrae epistolae nobis directae continent[3] et in epistola synodali, cuius exemplar habemus, sanctae auctoritati vestrae directa communi consensu scripsimus[4]. In qua nullam mentionem de quacumque Ebonis depositione habuimus[5]. Sed et litteris meae exiguitatis simplici mente inserui inter cetera dicens[6]: Quia synodo per hunc venerabilem archiepiscopum Egilonem, qui interfuit actionibus, dirigente epistolam omnium nostrum, qui adesse potuimus, cum ipso voce loquentem, quoniam, si eis manum porrigitis, vobiscum pariter porrigemus. Et item post aliquanta[7]: Quae verbis et scriptis mihi per istum religiosum archiepiscopum exinde sequenda atque tenenda mandaveritis, pro scire et posse oboedire et conservare curabo. Quam epistolam idcirco, ut veraciter vobis confitear, sigillatam non[8] misi, quia synodus epistolam a se directam[9] non sigillavit, ducens incongruum, ut, quoniam archiepiscopus de ipsa synodo, qui eidem vestris ad eam vocatus apostolicis litteris interfuit[10], ad vos mittebatur, quasi incredulo epistola sigillata committeretur, et quod synodus non egit ego agere, ne scandalum[11] cuiquam generarem, non[a] praesumpsi.

Vgl. 1. Cor. 13, 7. Sanctitas igitur vestra caritate, quae omnia credit, repleta veraciter mihi credat, quia simpliciter et absque ullo dolo in restitutione praedictorum fratrum, postquam vestram dispositionem inde rescivi, ex benivola mente consensi et simpliciter ac sine ullo dolo scripsi, quae vestrae sanctitati transmisi; a quo consensu modo quolibet postea non diverti, nisi veluti in praefatis litteris vobis scripsi dicens[12]: Reservato per omnia sententiae ac iuris privilegio apostolicae sedis et salva diffinitione ac confirmatione expectatae vestrae discretionis atque auctoritatis. Nunc autem suscepta diffinitione de illorum restitutione, quam vestra[13], sicut decuit et ordo poposcit, summa auctoritas praecessit et subsequente synodali consensu vestrae perfectio[b] firmationis corroboravit, numquam[14] vel nusquam exinde quamcumque querimoniam contra quemcumque molior vel dispono, intendo vel cupio habere, removere, excitare[c] sive conserere. Nec meditatus sum[c] litteris pro hoc vestrae benignitatis[15] acceptis a consensu in synodo contra ipsius diffinitionem et vestram confirmationem aliquid removere ex tunc in postmodum usque in sempiternum. Quia enim nullo crimine proprio denotati nescientes Ebonem dampnatum non importune ad ordinationem, sicut ipsi dicunt — et non est qui contradicat —, se ingesserunt, sed electi et vocati oboedierunt, sicut secundum excellentiam sapientiae vestrae domno regi Karolo scripsistis[16], si nollent oboedire volenti eos ad maiorem gradum provehere, omnes illi veluti procaciter renitentes re-

a) *Übergeschr. B.* b) perfecio *B.* c) -citare — sum *auf Ras. B.*

1) *Vgl. Konzil von Karthago c. 15, Codex canonum (1609) S. 191:* Sane si ex consensu partium electi fuerint iudices, etiam a pauciori numero, quam constitutum est, non liceat provocari; *Hinschius S. 298 c. 10.* 2) *Vgl. oben Nr. 185 S. 188 Z. 24 ff.* 3) *MG. Epist. VI, 406 Z. 22 Nr. 74 (J.-E. 2802).* 4) *Mansi XV, 729.* 5) *Vgl. MG. Epist. VI, 429 und A. 1.* 6) *S. oben Nr. 185 S. 188 Z. 27 ff.* 7) *S. oben S. 189 Z. 1 ff.* 8) *Vgl. Brief Nikolaus' I. Nr. 80, MG. Epist. VI, 429 Z. 31:* nec eam sigillo tuo secundum morem signare studueris. 9) *Mansi XV, 728 ff.* 10) *Egilo von Sens.* 11) *Vgl. Leo I. an Anatolius von Konstantinopel, Hinschius S. 580 (J.-K. 509).* 12) *Oben Nr. 185 S. 188 Z. 24 ff.* 13) *Vgl. die Briefe Nikolaus' I. Nr. 79, MG. Epist. VI, 420 (J.-E. 2822); Nr. 80, Epist. VI, 430 (J.-E. 2823); Nr. 81, Epist. VI, 432 (J.-E. 2825).* 14) *Vgl. ebenda Nr. 79, Epist. VI, 420 f.; Nr. 80, Epist. VI, 430.* 15) *MG. Epist. VI, 422 ff. Nr. 80 (J.-E. 2823).* 16) *In den Briefen an Karl den Kahlen Nr. 73 (Fragment), 77, 78, MG. Epist. VI, 402 ff., 411 f., 412 ff. (J.-E. 2805 a, 2811, 2824) nicht enthalten. Auch das Synodalschreiben von Soissons 866, Mansi XV, 729, führt eine nicht nachweisbare Stelle aus einem Schreiben Nikolaus' I. an Karl an.*

prehenderentur et tamquam contumaces circa sacros canones[1] damnarentur, veluti in 867. epistola episcopis[2], qui per gratiam Dei et decretum vestrum apud Suessionis urbem convenerunt, directa intimastis[3]: Qualiscumque fuerit vel quaecumque pertulerit Ebo, a se ordinatis, qui nihil praeter humilitatem et oboedientiam exhibuerunt, nullum prorsus intulit offendiculum, quo-5 niam et beatissimus[a] Leo ad Mauros scribens ita de quodam Maximo praecipit dicens: Maximum quoque, licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista iam non est et a spiritu scismaticae pravitatis alienus est, ab episcopali, quam quoquomodo adeptus est, non repellimus dignitate, et Anastasius eiusdem apostolicae sedis praesul, quod mali bona ministrando sibi tantummodo noceant nec ecclesiae sacramenta commaculent, ad Anastasium principem scribens evidentissima ratione demon-10 strat. Cui sane pio sensui, sicut in eorum decretis cum additamento conditionum legimus[4], iuxta quendam modum non inconvenienter coaptari posse videtur, quod beatus Augustinus scripsit[5], de cuius sensu ac verbis Anastasius papa in praefata epistola[6] hinc quaedam adsumpsit. Si quem forte, inquit[5], coegerit extrema necessitas, ubi catholicum per quem accipiat non invenerit et in animo pacem catholicam custodiat, per aliquem extra unitatem catholicam positum 15 acceperit, quod erat in ipsa catholica unitate accepturus, si statim etiam de hac vita emigraverit, non eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus, cum catholicae congregationi etiam praesentia corporali redierit, unde numquam corde discesserat, non solum non improbamus quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus, quia praesentem Deum credidit cordi suo, ubi unitatem servabat.

20 Exemplar denique privilegii sanctae memoriae Benedicti[7] sine ulla mutilatione vel adiectione seu inmutatione per venerabilem fratrem et coepiscopum nostrum Hodonem[8] sanctissimae paternitati vestrae transmisi. De quo et in epistola a me per illum vobis directa inter alia, si placet, potestis relegere, ubi scriptum habetur:

Mitterem — subscripsit. *Das hier inserierte Brieffragment s. oben S. 121 f. Nr. 159.*

25 Haec sunt verba mea in epistola sanctae paternitati vestrae directa. Nam, si inde quod ibi est positum 'si ita est' erasissem[9], superflue quod quiddam ibi sub quadam dubitatione esset positum scriberem[10]. Et si aliquid ibi adderem, mutarem vel demerem, ut in[11] scrinio sanctae Romanae ecclesiae exemplar illius requireretis et, utrum ita se haberet, agnosceretis, scribere non auderem. Ceterum, si quocumque modo quacumque occasione a quocumque aliter 30 ad vos delatum fuit, tamen ego per praefatum venerabilem coepiscopum nostrum, sicut se habet, exemplar ipsius privilegii vobis direxi. Quodsi vobis non fuerit tedium reservato in Romano scrinio illud, quod per eum misi, conferre, verum invenietis. Sed et illum ipsum privilegii thomum, et non exemplar, synodo vestra auctoritate congregatae[12] cum privilegio vestrae sanctitatis[13] ostendi et incorruptas scripturas atque sigilla monstravi et ex 35 integro coram filio vestro domno rege Karolo audientibus omnibus episcopis et qui synodo interfuerunt relegi feci. Unde in epistola synodi vestrae auctoritati directa scriptum inter cetera habetur ad locum[14]: In suis ordinibus restituere maturaremus — quin praedictos fratres

---

a) *Verb. aus* beatus *B.*

1) *Conc. Carthagin. c. 31, Codex canonum (1609) S. 199; Migne 67, 192. S. auch oben S. 210* 40 *Z. 13 ff.* 2) *Vgl. MG. Epist. VI, 414 Z. 29 f. Nr. 79 (J.-E. 2822).* 3) *Vgl. MG. Epist. VI, 422 Z. 15 ff. Nr. 79 (J.-E. 2822).* 4) *Vgl. unten Nr. 199 S. 221 Z. 4 ff. und A. 1—3.* 5) *De baptismo I, 2 (3), Corp. Vindob. 51, 147.* 6) *Vgl. oben Z. 7 ff. und die bei Thiel I, 621 ff. A. 33. 34. 36. 37. 41 angegebenen Augustinus-Stellen.* 7) *S. oben S. 213 A. 12.* 8) *Von Beauvais; vgl. oben S. 122 A. 3.* 9) *Vgl. MG. Epist. VI, 427 Z. 9 Nr. 80 (J.-E. 2823) und das Privileg Benedikts III., MG. Epist.* 45 *VI, 368 Z. 10 ff. Nr. 59a (J.-E. 2664).* 10) *S. oben Nr. 159 S. 122 Z. 8.* 11) *S. oben Nr. 159 S. 122 Z. 1 ff.* 12) *Soissons 866.* 13) *MG. Epist. VI, 365 ff. Nr. 59 (J.-E. 2720).* 14) *Mansi XV, 729.*

867. —, nisi privilegiis sanctae Romanae sedis per reverendum confratrem nostrum Hincmarum archiepiscopum nostrae unanimitati prolatis, quae de ipsis viris quaedam statuerunt, debita reverentia exhiberetur. Quorum summa, perfecta et integra firmitas, ut claret et iustum est, in apostolicae sedis reservata est arbitrio potestatis. Quod synodus vobis non scriberet, si integra privilegia eis non ostendissem. 5

De eo, quod benignissima et sanctissima paternitas vestra mihi est dignata scribere[1], ut non arbitrarer ad discrimen quodlibet quae mihi mandata sunt exaggerasse, cum meliora esse vulnera diligentis quam fraudulenta odientis oscula esse non nesciam, sed ne adeo in privilegiorum meorum defensionem vel elationem inmoderatius erigar, ut apostolicae sedis iura quoquo modo temere tetigisse videar, veraciter fateor: hoc numquam in cor meum ascendit, qui semper et 10 apostolicae sedi et eius rectoribus, postquam me nosse potui, pro meo scire et posse fidelis et devotus et humilis ac subiectus extiti, sum et adiuvante Domino permanebo. Privilegia autem sedis apostolicae non ideo petii, ut mihi non sufficeret, quod sacri canones et decreta sedis Romanae pontificum cuique metropoli sedi concedunt, et nec alia vel amplius, quam ecclesiae Remorum conlatum est ex antiquo, mihi largiri specialiter petii neque appeto. 15 Sed quia non solum diocesis, verum et parrochia mea inter duo regna sub duobus regibus habetur divisa[2] et res mihi commissae ecclesiae sub multorum principum potestate coniacere videntur, de quibus aut parum aut nihil utilitatis ecclesia nostra potest habere: quia veteres constitutiones iam quasi pro vili apud quosdam habentur, his novis decretis carnales et animales homines territi quiddam reverentius contra ecclesiam indignitati 20 meae commissam agerent. De quibus privilegiis, quorum defensionem[a] mihi non arrogo, sed nec de aliis quibuscumque est, unde inflari valeam vel efferri, qui, 'et si iustus fuero, non levabo caput, saturatus afflictione et miseria'.

Vgl. Prov. 27, 6. — Iob 10, 15.

Postremo[3] de pallio a mea praesumptione non certis temporibus et iuxta morem aliis metropolitanis diffinitis uso, unde vestrae sanctitatis auribus intimatum esse indignitati meae scripsistis, 25 auctoritati vestrae veraciter fateor, quod et in istis regionibus per alios, si vobis placuerit, rescire valebitis, quia, nisi in die natalis dominici et in die sanctae resurrectionis eius, vix in toto anno eodem pallio utor. Quoniam de illorum numero peccatis meis exigentibus factus, de quibus scriptum est[4]:

Impedimenta saeculi 30
Fecerunt eos miseros,

raro in decretis festivitatibus, quo pallio uti metropolitanis conceditur[5], in sede mea propter multas occupationes et necessitates ecclesiae et regni esse mihi permittitur. Et nisi quando in eadem sede sum in decretis festivitatibus, non solum non totiens, sicut mihi concessum est, verum vix aut numquam eodem pallio utor. Pro cuius usu apud sedem 35 apostolicam nil petii, nisi sicut decessores[6] ac praedecessores mei eo uti et in episcopi ordinatione solebant. Non enim usum pallii esse meae dignitatis puto, sed genii sedis metropolis esse cognosco. Et cum multi sint sancti episcopi, qui eodem pallio non utuntur, non nescio, quia, si sine virtutibus, quas exponente beato Gregorio[7] pallium signat, pallio utor, etsi excellentiorem ceteris Remorum provintiae sedibus metropolim sedem pallii 40 usus demonstrat in oculis hominum, non tamen maiorem me facit in oculis Domini. Et

Vgl. Ier. 52, 2.

a) defessionem *B.*

1) *MG. Epist. VI, 429f. Nr. 80 (J.-E. 2823).* 2) *Vgl. Schrörs S. 463f.* 3) *Vgl. MG. Epist. VI, 430 Nr. 80 (J.-E. 2823).* 4) *Nicht ermittelt (ambrosianische Hymnenzeilen).* 5) *S. Hinschius, Kirchenrecht II, 30f. — Zur Palliumsverleihung für Hinkmar durch Leo IV. vgl. MG. Epist. V, 590ff. Nr. 12. 13 (J.-E. 2607. 2608) sowie Epist. V, 591 A. 1. 4.* 6) *Vgl. Lib. diurn. n. 45 ed. Sickel S. 33.* 7) *Vgl. Reg. IX, 234, MG. Epist. II, 229 (J.-E. 1761).* 45

veraciter confiteor sanctae vestrae paternitati, quia, si episcopus ordinatus non essem, 867.
non solum pallii usum non quaererem, quoniam scio sine ordinatione episcopali fide recta
et operibus bonis per Dei gratiam vitam aeternam me potuisse adquirere. In isto saeculo
cognoscens illud, sicut modo cognosco, episcopalem ordinem non subirem, si vitare va-
5 lerem. Sed et nunc iam sufficit mihi anima mea pro spolio. Ego enim multis afflictus
infirmitatibus et aetate gravatus ac iniuriis fatigatus 'iam delibor et tempus meae reso- 2. Tim. 4, 6.
lutionis instat'. Quapropter, licet alius ab amicis meis Cisalpinis in partibus Romanis,
ut a multis iactatur, confingar, ad aliud me oportet tendere et de aliis cogitare quam alicui
pompae ac ostentationi, minime autem in ecclesiastico ministerio adplaudere aut modo
10 quolibet inservire.

Haec autem, de quibus clarissimae sanctitati et famosissimae sapientiae vestrae
scripsi, non ad ullam controversiam vel contumacem resultationem, quod absit, protuli;
sed animatus veridica sententia vestrae, immo divinae auctoritatis, quam mihi scribere
dignati fuistis, dicentes[1], quia veritas liberet, mendacium vero perdat, humiliter veritatis nar- Vgl. Ioh. 8, 32. Vgl. Ps. 5, 7.
15 rationem suggessi. Tandem meae servituti a vestra dignatione remandari deposco de fra-
tribus nostris Remensis ecclesiae filiis vestra auctoritate in suis ordinibus restitutis, quo-
niam venerandus archiepiscopus Egilo ex vestra auctoritate eis praecepit, ut in suis gra-
dibus ministrarent et ad altiores ascendere non praesumerent, utrum debeam eos ad altiores
gradus provehere, si confratres ac comministri nostri illos elegerint. Quoniam eorum
20 animos mea incuria laedere nolo et, ne contra vestram iussionem ac dispositionem agam,
modis omnibus devitare cupio, qui apostolicae sedis decretis in omnibus parere desidero.

Deus omnipotens sanctitatem vestram ad doctrinam et correctionem sanctae suae
ecclesiae in suo apto servitio per annorum multa curricula conservare dignetur, domine
sanctissime et reverentissime patrum pater in Domino.

199.

25 *Hinkmar beantwortet nochmals (vgl. oben Nr. 198 S. 204 ff.), in abgekürzter Form, den Brief Nikolaus' I. wegen der Reimser Geistlichen.* *Oktober 867.*

Hss.: Laon 407 Bl. 165—174', 9. Jh. (B), kollat. A. V. Müller; Paris lat. 1458 Bl. 182—185', 9.—10. Jh. (C), kollat. Krammer, Laehr.

Drucke: Cordesius (1615) S. 511 (ex mss. codicibus biblioth. Thuanae = C). — Von S. 217 Z. 32
30 *bis S. 219 Z. 18: Sirmond, Hincm. opera II, 312; Labbe-Cossart VIII, 1918; Mansi XV, 783; Migne 126, 90.*
Schrörs Reg. —.

DOMINO SANCTISSIMO ET REVERENTISSIMO PATRUM PATRI NICOLAO[a] PRIMAE AC SUMMAE SEDIS APOSTOLICAE ET UNIVERSALI PAPAE HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS ET VESTRAE SANCTISSIMAE PATERNITATIS DEVOTISSIMUS FAMULUS[2].

35 Litteras sanctissimae paternitatis et praecellentissimae auctoritatis vestrae XIII. Kal. Iun. XV. indictionis ab Egilone venerabili archiepiscopo Sennensi accepi. In quibus, sed et in[b] litteris generaliter ad episcopos, qui in synodo vestra auctoritate congregata apud Suessionis[c] praeterito anno fuerunt, tantas et tales increpationes indignitati meae a dignitate vestra inlatas inveni, sicut peccata mea merentur. Quibus ad omnia respondere et humilitati meae praesumptiosum et subli-

40 199. a) Nicholao *C.* b) *Fehlt C.* c) Suessonis *C.*

1) *MG. Epist. VI, 429 Z. 22 Nr. 80 (J.-E. 2823).* 2) *Vgl. oben Nr. 198 S. 205 A. 1. Soweit der Text dem des vorhergehenden Stückes entnommen ist, sind die Anmerkungen nicht wiederholt.*

867. mitati vestrae constat incongruum, praesertim cum post multa pusillitatem meam refoventes mihi scribere dignati fueritis, dicentes[1]: Haec ne nos arbitreris ad discrimen quodlibet tuae sanctitatis vel dignitatis exaggerasse, cum meliora esse vulnera diligentis quam fraudulenta odientis oscula non nescias. Ceterum quoniam propter multas et maximas ac pene continuas infestationes paganorum atque falsorum Christianorum, quas patimur, continue laborantibus antea episcopis regionum nostrarum in unum convenire non licuit, ut nobis communiter vestrae sanctitatis epistola communiter missa[2] relegeretur et, sicut iussistis[3], quaecumque super hac re, de qua agitur, scripta tam a vobis prius et nunc quam a nobis edita reperiuntur[a] et quid inde humilitas mea et illi deiecti clerici sedi apostolicae suggesserimus vel retulerimus, in volumen unum ordine, quo missa sunt, redigerentur et apostolicae sedi, ut competens est, eorum nobis exemplaribus reservatis, summo studio dirigerentur. Nunc[4] in aliqua regni[b] parte aliquantulum de paganorum infestatione respirantes, sed aliarum anxietatum gemitibus laborantes et adhuc graviora quae imminent metuentes et fratres et[c] coepiscopi nostri devotissimi filii vestri quae iussistis[5], videlicet de Ebonis[d] deiectione et de ipsius restitutione ac fratris Vulfadi et collegarum eius promotione et de praefati Ebonis[d] iterata repulsione atque ad aliam ecclesiam[e] migratione, sed et quae de ordinatione mea compererunt, exequi studio fideli procurant, et humilis mea servitus de his, quae indignitati meae vestra scripsit dignatio, omni humilitate ac[f] puritate conscripta his, quae auctoritati vestrae collectis dirigunt, subiungenda et suggerenda atque perferenda secundum vestram praeceptionem eis porrexi.

Vgl. Prov. 27, 6.

De dilecto scilicet fratre nostro Vulfado et eius collegis, de quibus mihi summa dignitatis vestrae auctoritas quae sibi placuit scripsit: de[g] quibus[g] nihil aliud sanctitati vestrae scribere praesumo, nisi quod increpationes vestras non neglegenter, sed diligenter suscipio et praeceptiones oboedienter obaudio. Et quia illis[h] sufficere debet praestabilis auctoritatis vestrae benignitas, et mihi abundanter sufficiet, si satisfactionem humilitatis meae suscipientes credere dignati fueritis me vobis simpliciter ac veraciter inde scripsisse. Nam secundum ordinatorum meorum praeceptionem, qui in Ebonis[i] deiectione fuerunt et mihi necdum duobus exactis mensibus post ordinationem meam in synodo apud Meldis civitatem habita praeceperunt eatenus ignoranti, quod Ebo post deiectionem suam aliquos in Remensi ecclesia[k] ordinaverit, ut eis mecum usque ad diligentiorem tractatum ministrare non permitterem, egi. Et hoc ipsum eisdem fratribus decernente Carthaginensi concilio, ut ordinatis episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis placita conciliorum auribus eorum inculcentur ne se aliquid contra statuta concilii fecisse paeniteant, per Pardulum tunc diaconum Remensis ecclesiae, qui interfuit synodo, mandaverunt.

Ab eadem autem synodo Pardulus[6] mecum Remis reversus eisdem fratribus, qui[l] nobiscum erant et de quibus agebatur, hoc, quod mihi praeceperunt episcopi, retulit et, ut non in gradibus, quos ab Ebone post depositionem suam acceperant, ministrarent, usque ad diligentiorem tractatum observarent, praecepit[m]. Frater quippe Vulfadus adhuc mecum non erat, sed post plures evolutos menses, si rite remetior, antequam fere anni spatium compleretur, de alia provintia ad me veniens cum benignitate est et cum liberalitate sus-

a) *Verb. aus* repperiuntur *C.* b) *Übergeschr. C.* c) ac *C.* d) Ebbonis *C.* e) ęclesiam *C.* f) c *übergeschr. C.* g) *So B, C.* h) s *übergeschr. C.* i) Ebbonis *C.* k) ęclesia *C.* l) i *verb. C.* m) praecoepit *C.*

1) *MG. Epist. VI, 429f. Nr. 80 (J.-E. 2823). — S. auch oben Nr. 198 S. 216 Z. 7f.* 2) *MG. Epist. VI, 414ff. Nr. 79 (J.-E. 2822).* 3) *MG. Epist. VI, 419 Z. 18ff. Nr. 79 (J.-E. 2822).* 4) *Vgl. zu diesem im Zusammenhang mit oben Z. 4ff. für die Zeitbestimmung von Nr. 199 maßgeblichen Satze oben S. 205 A. 1.* 5) *Vgl. MG. Epist. VI, 419 Z. 12ff. Nr. 79 (J.-E. 2822).* 6) *Vgl. Nr. 198 S. 212 Z. 28 und A. 14.*

ceptus et honorabiliter habitus, usquequo domno nostro regi Karolo ipso petente illum commendavi. Defuncto autem Ebone anno incarnationis dominicae DCCCLI. indictione XIIII. XIII. Kal. April.[1], quia praefati fratres nostri ab eo ordinati, qui mecum erant, post annos circiter octo suae ab officio suspensionis, anno scilicet incarnationis dominicae DCCCLIII., me petierunt, eisdem fratribus ad synodum[2] ire permisi[a] et his, qui indiguerunt, subsidium necessarium, ut ad ipsum concilium sine[b] difficultate ire possent, ministrari praecepi. Ubi eos non[3] iudicavi neque deieci nec etiam cum iudicibus eorum subscripsi, sicut norunt qui interfuerunt et ipsa episcopalia gesta, quae autentica cum subscriptionibus episcoporum, qui eis subscripserunt, sine mea subscriptione praeterito anno[4] in synodo vestra auctoritate apud[c] Suessiones habita ostendi, demonstrant.

867.

Et quoniam canones posteriores anterioribus iubent deferre, praecipientibus eisdem episcopis cum eorum litteris, quarum exemplar habemus et quas in Romano scrinio inveniri posse existimo, cum meis pro eorum petitione litteris et cum aliis petitionibus meis ad sedem apostolicam domno papae Leoni pro confirmandis eorum gestis, quae non scripsi, me direxisse non denego. In quibus gestis veram praefatorum fratrum prosecutionem adversum me silentio non firmavi. Unde ex communi consensu secundum canones, sicut eos intelleximus, iudices postulavi. Quorum sententiam sequendam vidi, usquequo maioris auctoritatis aliter exinde diffinitionem acciperem. Recepta autem domni papae Leonis excusatoria epistola[d], cur eadem gesta non confirmaverit — dicens inter cetera: Causas, pro quibus hoc usque ad tempus suspendimus, caritati vestrae dicemus. Prima igitur haec est, quia, sicut ab episcopis praenominata synodus utiliter ventilata sive sopita est, ita per aliquos ex eis, ut dubitatio foret radicitus evulsa, statuta vestrae synodi destinare debuistis; nesciens, quia nos metropolitani in istis regionibus non habemus potestatem, ut sine consensu vel iussione regis aut nos ipsi ire aut coepiscopos nostros quoquam longius possimus dirigere. Subiunxit autem idem pontifex in suis apostolicis litteris dicens: Alia autem iuxta votum vestri desiderii id nos perficere minime permisit, eo quod legati sedis apostolicae praesentes ibidem non fuerunt neque imperialis epistola nobis talis est praesentata, quae hoc, quod expetendum misistis, specialiter indicare potuisset. Quarta scilicet causa haec est, quia hi, quos depositos caritas vestra auctoritate synodi fore adfirmat, per proprias[e] litteras sedem apostolicam appellati sunt et volunt iterum nostra se apostolica audiri praesentia et tunc, si culpabiles inventi fuerint, non se abnuunt canonicam sustinere censuram —: et postquam has litteras domni papae Leonis accepi, sicut mihi innotuit, domnus Hlotharius petente quodam episcopo regni sui, qui adhuc vivit, per Petrum Aritinum episcopum praefato domno papae mandavit, ut gesta episcoporum de eisdem clericis non firmaret.

Quae cum ad fratres et coepiscopos nostros retuli, rogantibus eis apud Hlotharium imperatorem epistolam exinde ipso ex animo largiente per missos meos optinui[f], ubi inter cetera ita scriptum habetur: Sed ad nostras petitiones exequendas et optinendas Petrum venerabilem et dilectissimum nobis Spolitinum[g] episcopum viva voce nostra vice[h] executorem instruximus. Et alium Petrum, venerabilem aeque et amantissimum episcopum Aritinum, litteris commonuimus et alios fideles vestros atque[i] nostros similiter inde monuimus, et reliqua. Sicque cum ista epistola et cum legatione imperatoris per praefatum venerabilem episcopum missos meos cum litteris, quarum exemplar habeo, de petitione episcoporum et de aliis meis petitionibus Romam direxi, quibus in via nuntius venit de obitu papae Leonis.

Pervenientes autem Romam cum praefatis litteris et intervenientibus praedictis episcopis domnus nomine et gratia Benedictus mihi quod nostis privilegium inde direxit. Synodum autem pro saepe-

a) permissi *C.* b) *Übergeschr. C.* c) *Verb. statt* aput *C.* d) epistola *C.* e) propitias *C.* f) obtinui *C.* g) *Verb. zu* Spoletanum *C.* h) *Verb. aus* voce *C.* i) t *übergeschr. C.*

1) *20. März 851.* 2) *Soissons 853.* 3) *Vgl. oben Nr. 184 S. 175 Z. 4 f.* 4) *18. August 866.*

867. dictis clericis aut a Petro Spolitino[a] aut ab alio aliquo in istis regionibus nec fama nec veritate ex apostolica auctoritate congregatam vel congregari iussam, sicut et per alios in istis partibus rescire potestis, umquam audivi nisi illam, quae anno praeterito vestrae auctoritatis iussione extitit congregata, in qua eorum restitutioni secundum traditionem[b] maiorum paratissime annui. Quam, posteaquam litteras vestrae auctoritatis inde suscepi, salubrem ac regularem cupivi et idcirco ab ipsis, qui eos de- 5 stituerunt, vel non a minori numero una cum meo consensu eos restitui peroptavi. Et propterea inde usque ad synodum expectavi et plenius a sede apostolica vestra auctoritate firmandam cupivi, cuius arbitrio potestatis reservata erat summa ac firmitas privilegiorum apostolicae sedis, sicut et vestrae epistolae nobis directae continent et in epistola synodali, cuius exemplar habemus, sanctae auctoritati vestrae directa communi consensu scripsimus. In qua nullam mentionem de quacumque Ebonis de- 10 iectione habuimus. Sed et litteris meae exiguitatis simplici mente inserui inter cetera dicens: Quia synodo per hunc venerabilem archiepiscopum Egilonem, qui interfuit actionibus, dirigente epistolam omnium nostrum, qui adesse potuimus, cum ipso voce loquentem, quoniam, si eis manum porrigitis, vobiscum pariter porrigemus. Et item post aliquanta: Quae verbis et scriptis mihi per istum religiosum archiepiscopum exinde sequenda atque tenenda mandaveritis, pro scire et posse oboedire et 15 conservare curabo. Quam epistolam idcirco, ut veraciter vobis confitear, sigillatam non misi, quia synodus epistolam a se directam non sigillavit, ducens incongruum, ut, quoniam archiepiscopus de ipsa synodo, qui eidem vestris ad eam vocatus apostolicis litteris interfuit, ad vos mittebatur, quasi incredulo epistola sigillata committeretur, et quod synodus non egit ego agere, ne scandalum cuiquam generarem, non praesumpsi. 20

Vgl. 1. Cor. 13, 7. Sanctitas igitur vestra caritate, quae omnia credit, repleta veraciter mihi credat, quia simpliciter et absque ullo dolo in restitutione praedictorum fratrum, postquam vestram dispositionem inde rescivi, ex benivola mente consensi et simpliciter ac sine ullo dolo scripsi, quae vestrae[c] sanctitati[c] transmisi; a quo consensu modo quolibet postea non diverti, nisi veluti in praefatis litteris vobis scripsi, dicens: Reservato per omnia sententiae ac iuris privilegio apostolicae sedis et salva 25 diffinitione ac confirmatione expectatae vestrae discretionis atque auctoritatis. Nunc autem suscepta diffinitione de illorum restitutione, quam vestra, sicut decuit[d] et ordo poposcit, summa auctoritas praecessit et subsequente synodali consensu vestrae perfectio firmationis corroboravit, numquam vel nusquam exinde quamcumque querimoniam contra quemcumque molior vel dispono[e], intendo vel cupio habere, removere, excitare sive conserere. Nec meditatus sum, ex quo litteras pro his vestrae 30 benignitatis accepi, a consensu in synodo contra ipsius diffinitionem et vestram confirmationem aliquid removere ex tunc in postmodum usque in sempiternum. Quia enim nullo crimine proprio[f] denotati[f] nescientes Ebonem damnatum, credentes videlicet eum canonice restitutum, non inportune[g] ad ordinationem, sicut ipsi dicunt — et non est qui contradicat —, se ingesserunt, sed electi et vocati

V. 1. Cor. 1, 10. oboedierunt, iubente apostolo, ut id ipsum dicamus omnes et ad[h] id[h] ipsum[h] ex hac causa 35 dicendum, quid testimoniis ex praedecessorum vestrorum decretis a vestra auctoritate positis dicatur, convenientius non occurrit, sicut secundum excellentiam sapientiae vestrae domno regi Karolo scripsistis, si nollent oboedire volenti eos ad maiorem gradum provehere, omnes illi veluti procaciter renitentes reprehenderentur[i] et tamquam contumaces circa sacros canones damnarentur, veluti in epistola episcopis, qui per gratiam Dei et decretum vestrum apud Suessionis[k] urbem 40 convenerunt, directa intimastis: Qualiscumque fuerit vel quaecumque pertulerit Ebo, a se ordinatis, qui nihil praeter humilitatem et oboedientiam exhibuerunt, nullum prorsus intulit offendiculum, quoniam et beatissimus Leo ad Mauros scribens ita de quodam Maximo praecipit[l] dicens: Maximum quoque, licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista iam non est et a[m] spiritu scismaticae

---

a) *Verb. zu* Spoletano *C.* b) traditionum *B.* c) *Verb. aus* vestra sanctitate *C.* d) i *übergeschr. C.* 45 e) *Danach* p *rad. C.* f) proprio de- *auf Ras. B.* g) importune *C.* h) *Auf Ras. B.* i) *Verb. C.* k) Suessonis *C.* l) praecepit *C.* m) *Danach 1 Buchst. rad. C.*

pravitatis alienus est, ab episcopali, quam quoquomodo adeptus est, non repellimus dignitate, et 867.
Anastasius eiusdem apostolicae sedis praesul, quod mali bona ministrando sibi tantummodo noceant nec ecclesiae[a] sacramenta commaculent[b], ad Anastasium principem scribens evidentissima ratione demonstrat. Cui sane pio sensui, sicut in eorum decretis cum additamento conditionum legimus, ut[1]
5 alter libellum fidei sedi apostolicae dirigat, alterius vero, quin reae[2] sibi tantum et non aliis personae nocentis nomen[3] specialiter in ecclesia taceatur, iuxta quendam modum non inconvenienter coaptari posse videtur, quod Augustinus scripsit, de cuius sensu ac verbis Anastasius papa in praefata epistola hinc quaedam adsumpsit. Si quem forte, inquit[c], coegerit extrema necessitas, ubi catholicum per quem accipiat non invenerit et in animo pacem[d] catholicam custodiat, per aliquem extra
10 unitatem catholicam positum acceperit, quod erat in ipsa catholica unitate accepturus, si statim etiam de hac vita emigraverit, non eum[e] nisi[e] catholicum deputamus. Si autem fuerit a corporali morte liberatus, cum catholicae congregationi etiam praesentia corporali redierit, unde numquam corde discesserat, non solum non improbamus quod fecit, sed etiam securissime verissimeque laudamus, quia praesentem Deum credidit cordi[f] suo, ubi unitatem servabat.

15 Exemplar denique privilegii sanctae memoriae Benedicti sine ulla mutilatione vel adiectione seu immutatione per venerabilem fratrem et coepiscopum nostrum Hodonem sanctissimae paternitati vestrae transmisi. De quo et in epistola a me per illum vobis directa[g] inter alia, si placet, potestis relegere, ubi scriptum habetur:

Mitterem — subscripsit. *S. oben S. 121 f. Nr. 159.*

20 Haec sunt verba mea in epistola sanctae paternitati vestrae directa. Nam, si inde quod ibi est positum 'si ita est' erasissem, superflue quod quiddam[h] ibi sub quadam dubitatione esset positum scriberem. Et si aliquid ibi adderem, mutarem vel demerem, ut in scrinio sanctae Romanae ecclesiae exemplar illius requireretis et, utrum ita se haberet, agnosceretis, scribere non auderem[i]. Ceterum, si quocumque modo quacumque occasione a quocumque aliter ad vos delatum fuit, tamen ego per
25 praefatum venerabilem coepiscopum nostrum, sicut se habet, exemplar ipsius privilegii vobis direxi. Quodsi vobis non fuerit tedium reservato in Romano scrinio illud, quod per eum misi, conferre, verum invenietis[k]. Sed et illum ipsum privilegii[l] thomum, et non exemplar, synodo vestra auctoritate congregatae cum privilegio vestrae sanctitatis ostendi et incorruptas scripturas atque sigilla monstravi et ex integro coram filio vestro domno rege Karolo audientibus omnibus episcopis et qui[m] synodo inter-
30 fuerunt relegi feci. Unde in epistola synodi vestrae auctoritati directa scriptum inter cetera habetur ad locum: In suis ordinibus restituere maturaremus — quin praedictos fratres —, nisi privilegiis sanctae Romanae sedis per reverendum confratrem nostrum Hincmarum archiepiscopum nostrae unanimitati prolatis, quae de ipsis viris quaedam statuerunt, debita reverentia exhiberetur. Quorum summa, perfecta et integra firmitas[n], ut claret et iustum est, in apostolicae sedis reservata est[o] arbitrio potestatis.
35 Quod synodus episcoporum vobis non scriberet, si integra privilegia eis non ostendissem.

De eo, quod benignissima et sanctissima paternitas vestra mihi est dignata scribere, sicut praemisi et in vestra sanctitate ac piissima paternitate confido, ut non arbitrarer ad discrimen quodlibet quae mihi mandata sunt exaggerasse, cum meliora esse vulnera diligentis quam fraudulenta odientis oscula esse non nesciam, sed ne adeo in privilegiorum meorum defensionem vel elationem
40 immoderatius[p] erigar, ut apostolicae sedis iura quoquomodo temere tetigisse videar, veraciter

Vgl. Prov. 27, 6.

a) eclesię *C.* b) conmaculent *C.* c) *Verb. aus* inquid *C.* d) pace *B.* e) eūmi|nisi *B.* f) *Verb. aus* corde *C.* g) *Von anderer Hand übergeschr. C.* h) *Erstes* d *übergeschr. C.* i) *Danach 1 Buchst. rad. C.* k) *Ras. zwischen* i *und* e *C.* l) privilegium *C.* m) *Danach 1 Buchst. rad. C.* n) firmi- *auf Ras. C.* o) s *auf Ras. C.* p) inmoderatius *C.*

45 1) *Vgl. Leo I. an die afrikanischen Bischöfe, Hinschius S. 625 c. 2 (J.-K. 410).* 2) *Vgl. Anastasius II. an Kaiser Anastasius c. 8, Thiel I, 622 f.; Hinschius S. 656 (J.-K. 744).* 3) *Vgl. ebenda c. 3, Thiel I, 617; Hinschius S. 655.*

867. fateor: hoc numquam in cor meum ascendit, qui semper et apostolicae sedi et eius rectoribus, postquam me nosse potui, pro meo scire et posse fidelis et devotus et humilis ac subiectus extiti, sum et adiuvante Domino permanebo. Privilegia autem sedis apostolicae non ideo petii, ut mihi non sufficeret, quod sacri canones et decreta sedis Romanae pontificum cuique metropoli sedi concedunt, et nec alia vel amplius, quam ecclesiae Remorum conlatum est ex antiquo, mihi largiri specialiter petii 5 neque appeto. Sed quia non solum diocesis, verum et parrochia[a] mea inter duo regna sub duobus regibus habetur divisa et res mihi commissae ecclesiae sub multorum principum potestate coniacere videntur, de quibus aut parum aut nihil utilitatis ecclesia nostra potest habere: quia[b] veteres[b] constitutiones iam quasi pro vili apud quosdam habentur, his novis decretis carnales et animales homines territi quiddam reverentius contra ecclesiam indignitati meae commissam agerent. De quibus privi- 10 legiis, quorum defensionem mihi non arrogo, sed nec de aliis quibuscumque[c] est, unde inflari valeam Iob 10, 15. vel efferri, qui, 'et si iustus fuero, non levabo caput, saturatus afflictione et miseria'.

Postremo de pallio a mea praesumptione non certis temporibus et iuxta morem aliis metropolitanis diffinitis uso, unde vestrae sanctitatis auribus intimatum esse indignitati meae scripsistis, auctoritati vestrae veraciter fateor, quod et in istis regionibus per alios, si vobis placuerit, rescire valebitis, 15 quia, nisi in die natalis dominici et in die sanctae[d] resurrectionis eius, vix in toto anno eodem pallio utor. Quoniam de illorum numero peccatis meis exigentibus factus, de quibus scriptum est:

Impedimenta saeculi
Fecerunt eos miseros,

raro in decretis[e] festivitatibus, quo pallio uti metropolitanis conceditur, in sede mea propter 20 multas occupationes et necessitates ecclesiae et regni esse mihi permittitur. Et nisi quando in eadem sede sum in decretis festivitatibus, non solum non totiens[f], sicut mihi concessum est, verum vix aut numquam eodem pallio utor. Pro cuius usu apud sedem apostolicam nil petii, nisi sicut[g] decessores ac praedecessores mei eo uti et in episcopi ordinatione solebant. Non enim usum pallii esse meae dignitatis puto, sed genii sedis metropolis esse cognosco, dicente magno 25 Leone papa[1], quoniam, etsi diversa nonnumquam sunt merita praesulum, tamen iura permanent sedium. Et cum multi sint sancti episcopi, qui eodem pallio non utuntur, non nescio, quia, si sine virtutibus, quas exponente beato Gregorio pallium signat, pallio utor, etsi excellentiorem ceteris Re- Vgl. Ier. 52, 2. morum provintiae sedibus metropolim sedem pallii usus demonstrat in oculis hominum, non tamen maiorem me facit in oculis Domini. Et veraciter confiteor sanctae vestrae paternitati, quia, si epi- 30 scopus ordinatus non essem, non solum pallii usum non quaererem, quoniam scio sine ordinatione episcopali fide recta et operibus bonis per Dei gratiam vitam aeternam me potuisse[h] adquirere. In isto saeculo cognoscens illud, sicut modo cognosco, episcopalem ordinem non subirem, si vitare valerem. Sed et nunc iam, quia inulte non valet deseri nec otia periculo careant nec labores, sufficit mihi anima mea pro spolio. Ego enim multis afflictus infirmitatibus et aetate gravatus ac iniuriis fati- 35 2. Tim. 4, 6. gatus 'iam delibor et tempus meae resolutionis instat'. Quapropter, licet alius ab amicis meis Cisalpinis in partibus Romanis, ut a multis iactatur, confingar, ad aliud me oportet tendere et de aliis cogitare quam alicui pompae ac ostentationi, minime autem in ecclesiastico ministerio ex usu pallii adplaudere aut modo quolibet inservire.

Haec autem, de quibus clarissimae sanctitati et famosissimae sapientiae vestrae scripsi, non 40 ad ullam controversiam vel contumacem resultationem, quod absit, protuli; sed animatus veridica Vgl. Ioh. 8, 32. sententia vestrae, immo divinae auctoritatis, quam mihi scribere dignati fuistis, dicentes, quia veritas Vgl. Ps. 5, 7. liberet, mendacium vero perdat, humiliter veritatis narrationem suggessi. Tandem meae servituti

---

a) parroechia *C.* b) qui aueteras *C.* c) quibuscunque *C.* d) *Fehlt C.* e) *Am Rande von einer Hand des 16.—17. Jh.s:* ceteris *C.* f) to- *auf Ras. B.* g) -icut *auf Ras. B.* h) potuise, -se *verb. C.* 45

1) *An B. Maximus von Antiochia, Acta concil. oecumen. ed. Schwartz tom. II, vol. IV, 73f.; Migne 54, 1043 (J.-K. 495).*

a vestra dignatione remandari deposco de fratribus nostris Remensis ecclesiae filiis vestra auctoritate in suis ordinibus restitutis, quoniam venerandus archiepiscopus Egilo ex vestra auctoritate eis praecepit, ut in suis gradibus ministrarent et ad altiores ascendere non praesumerent, utrum debeam eos ad altiores gradus provehere, si confratres ac comministri[a] nostri illos elegerint. Quoniam eorum animos mea incuria laedere nolo et, ne contra vestram iussionem ac dispositionem agam, modis omnibus devitare cupio, qui apostolicae sedis decretis in omnibus parere desidero. 867.

Deus omnipotens sanctitatem vestram ad doctrinam et correctionem sanctae suae ecclesiae in suo apto servitio per annorum multa curricula conservare dignetur, domine sanctissime et reverentissime patrum pater in Domino.

200.

Fragment eines Hinkmarbriefes an den römischen Abt Anastasius über die Ebo-Wulfad-Angelegenheit. *November 867.*

Hss.: Laon 407 Bl. 176—177', 9. Jh. (B), kollat. A. V. Müller, Ertl; Paris Coll. Dupuy 9, 17. Jh. (aus B); Dublin Trinity College C. 1. 20, 17. Jh. (aus B).

Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 824 (aus B); Migne 126, 257.

Schrörs Reg. 205.

HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS SANCTISSIMO ET FIDISSIMO FRATRI ANASTASIO RELIGIOSO ABBATI[1] PLURIMAM IN SALVATORE SALUTEM[2].

Multis infirmitatibus et anxietatibus pressus[3] pauca scribo, cui multa debeo et quem multum diligo ac de quo multum confido. Ceterum[a] epistolae domni apostolici[4] per Egilonem venerabilem archiepiscopum[5] nobis directae ad nostra scripta[6] respondentes in quibusdam aliter sonuerunt, quam nos suae sanctitati et auctoritati scripserimus. Sed certus sum, quia non aliter ipse nobis rescripsit, nisi ut in scriptis ex nostra parte sibi porrectis invenit. Nos tamen vera exemplaria eorundem scriptorum a nobis missorum habentes de quibusdam causis non ita scripsimus, sicut in[b] rescriptis[b] eius relegimus. Unde si et in his scriptis[c][7] de synodo apud Trecas sub sigillis quinque episcoporum[8] consensu omnium[9], qui interfuerunt, directis aliter, quod futurum non credimus, a quocumque fuerit missum vel contra ea transmissum, hic venerabilis frater et coepiscopus noster Actardus[10] vera exemplaria scriptorum eiusdem synodi ex autenticis accepit, quae domno apostolico monstrare, si fuerit necesse, valebit. Quae forte conlata his, quae Leoni papae[11] ab episcopis provintiarum Cisalpinarum et a Hlothario imperatore, sed et a rege Karolo[12] directa fuerunt[13], de quorum exemplariorum sensu haec missa episcopi collegerunt, ut[d]

a) conministri *C.*

200. a) Caeterum *(stets) B.* b) habere scriptis *Sirm.* c) *Übergeschr. B.* d) t *übergeschr. B.*

1) *Von S. Maria in Trastevere. Vgl. über ihn besonders Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 185 ff.* 2) *Der Zeitpunkt der Abfassung ist durch das im Brief genannte Synodalschreiben von Troyes (2. Nov. 867) bestimmt, vgl. Schrörs S. 574 A. 4. Außerdem bezieht sich die oben S. 205 A. 1 angeführte Notiz in der Handschrift Laon 407 Bl. 182' auch auf diese Schreiben, das zugleich mit dem Synodalschreiben von Troyes und oben Nr. 199 S. 217 ff. von B. Aktard nach Rom überbracht worden ist. — Im übrigen s. Schrörs S. 289 und A. 79; Werminghoff, Neues Archiv 26, 638; Dümmler II², 169 A. 2; Hefele-Leclercq IV, 419; Perels a. a. O. S. 228 ff. und S. 313.* 3) *Vgl. oben Nr. 198 S. 217 Z. 5 f. (= Nr. 199 S. 222 Z. 35), auch Nr. 199 S. 218 Z. 12 f.* 4) *Nikolaus' I., MG. Epist. VI, 422 ff. Nr. 80 (J.-E. 2823).* 5) *S. oben S. 188 A. 14.* 6) *S. oben Nr. 185 S. 187 ff.* 7) *Synodalschreiben von Troyes 867, Mansi XV, 791 ff.* 8) *Außer von Hinkmar ist das Synodalschreiben von folgenden fünf Erzbischöfen unterzeichnet: Herard von Tours, Wenilo von Rouen, Frotar von Bordeaux, Egilo von Sens, Wulfad von Bourges.* 9) *Vgl. Ann. Bertin. 867 ed. Waitz S. 88:* — — communi consensu — —. 10) *B. von Nantes 843, Eb. von Tours 871—875.* 11) *IV. (847—855).* 12) *Dem Kahlen.* 13) *Vgl. das Synodalschreiben von Troyes, Mansi XV, 795; s. auch oben Nr. 198 S. 211 Z. 31 ff. und A. 18—20.*

867. autumo, non discordari intellectu invenientur, quamquam mitius quaedam scripserint qui gestis non interfuerunt quam illi, qui ea, quae gesserunt, Sergio papae[1] mittenda et Leoni missa scripserunt.

Et de restitutione Ebonis[2] per edictum Hlotharii imperatoris[3] in scriptis suis ideo non miserunt, quoniam ipsi episcopi, quorum ibidem[4] nomina sine illorum subscriptionibus sunt adnotata, eidem qualicumque restitutioni se non interfuisse dixerunt[5], sicut et Rothadus[6] modo in synodo apud Trecas dixit. Est etiam, quoniam et a Sergio post eandem restitutionem dampnationis sententiam in eum prolatam legerunt, sicut codex episcopalis[a][7] et litterae domni apostolici per Egilonem nobis missae[8] demonstrant. Sed et de carta transmigrationis ad aliam parrochiam a Gregorio papa[9] praefato Eboni facta[10] nihil in praedictis eorum scriptis habetur, quoniam in istis nostris regionibus antea visa non fuit nisi modo, cum dilectus frater noster Vulfadus[11] apud Trecas eam nobis ostendit. Quae utrum a Gregorio, cui successit Sergius, data fuerit an non, ex scrinio sanctae sedis Romanae, ut credimus, sciri valebit. Ordinatores quoque mei Remensis provintiae suffraganei episcopi saepe passim, sed et in synodo professi fuerunt[12] eidem[b] Eboni non communicasse in his, unde fuerat excommunicatus, nisi modo frater Rothadus, ut quidam putant, causa erga me zeli, qui eundem Ebonem dampnavit et me elegit ac cum ceteris episcopis ordinavit et qui dicitur dicere, quod quidam episcopi[13] a saepedicto Ebone anulos et baculos acceperint, cum quaedam synodus Gallicana, quae Toletana vocatur, dicat: Episcopus[14], presbiter aut diaconus, si a gradu suo iniuste deiectus in secunda synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat, quoniam coram altario de manu episcoporum, si episcopus est, orarium, anulum et baculum, et sic demum de reliquis prosequitur gradibus. Unde constat, quia isdem Ebo deiectus secundum hanc constitutionem ab episcopis anulum et baculum accipere et non episcopis dare debuerat.

Eccli. 32, 26. Ier. 9, 4. Mich. 7, 6. Et quia scriptura dicit: 'A filiis tuis cave et a domesticis tuis attende'; et: 'Unusquisque se a proximo suo custodiat et in omni fratre suo non habeat fiduciam'; et: 'Inimici hominis domestici eius', ego per missum meum exemplaria scriptorum nuper in synodo apud Trecas factorum mitterem, ne forte ab amicis meis[15], quorum infestationem patior, aliqua fortassis erga me in eis conpilentur, si solide propter[16] quorundam principum erga me commotionem, quibus ad sua vota placere non audeo[c], sicut hic praefatus venerabilis et

a) *Auf Ras. B.* b) *Erstes* e *übergeschr. B.* c) -deo *auf Ras. B.*

1) *II. (844—847).* 2) *S. oben S. 6 A. 9.* 3) *Vgl. das Synodalschreiben von Troyes, Mansi XV, 793. S. auch oben Nr. 198 S. 211 Z. 21 ff. und A. 13.* 4) *Vgl. das im Apologeticum Ebos überlieferte Schriftstück (MG. Conc. II, 798 und 805 f.), das von den Reimser Suffraganbischöfen bei Ebos Wiedereinsetzung (6. Dez. 840) unterzeichnet worden war.* 5) *Auf der Synode von Soissons 853, vgl. Mansi XIV, 987.* 6) *S. oben S. 7 A. 5.* 7) *Vgl. Liber pontif. ed. Duchesne II, 90.* 8) *Vgl. den Brief Nikolaus' I. an die Teilnehmer der Synode von Soissons 866, MG. Epist. VI, 422 Nr. 79 (J.-E. 2822).* 9) *IV. (827—844).* 10) *MG. Epist. V, 81 ff. (J.-E. † 2583 und 2585*); vgl. — auch zum folgenden — das Synodalschreiben von Troyes, Mansi XV, 794.* 11) *S. oben S. 50 A. 4.* 12) *Z. B. auf der Synode von Soissons 853, s. Mansi XIV, 987 (act. V) und 988 (act. VIII). Hefele-Leclercq IV, 419 verstehen unter der genannten Synode die von Troyes 867, Schrörs S. 34 A. 33 scheint die von Soissons 853 anzunehmen. — Vgl. dagegen den Brief Karls des Kahlen an Nikolaus I., Mansi XV, 799:* Cui tunc omnes, qui affuerunt, communicaverunt — —. 13) *Simeon von Laon, Lupus von Châlons, Erpuin von Senlis; s. Hefele-Leclercq IV, 194.* 14) *Hinschius S. 368 f. c. 27.* 15) *Vgl. Ann. Bertin. 867 ed. Waitz S. 88:* Karolus autem, immemor fidelitatis atque laborum, quos pro eius honore et regni obtentu saepefatus Hincmarus per plures annos subierat, eandem epistolam ab Actardo sibi dari exegit et archiepiscoporum sigilla confringens gesta synodi relegit; et quia, sicut voluerat, in eadem synodo Hincmarus non extitit confutatus, epistolam suo nomine ad Nicolaum papam dictari in contrarietatem Hincmari fecit. 16) *Vgl. oben Nr. 198 S. 206 Z. 28 f. und A. 11.*

consacerdos noster vobis viva voce dicere potest, valerem. De quo carissimo et fidissimo fratre et venerabili ac prudenti episcopo vestram peto indubiam caritatem, ut domno apostolico et patri nostro Arsenio[1] et ceteris familiaribus vestris eum commendetis et eius necessitatibus atque rationabilibus petitionibus pro viribus concurratis. Et quoniam, quando ad synodum apud Trecas veni, non putavi eum cum legatione synodali ex ipsa synodo Romam iturum, talia vel ita condigna exenia mecum non attuli, ut domno apostolico et carissimo patri nostro Arsenio ac vobis condigne mittere possem, et post synodum ad civitatem nostram infirmus remanens in quadam ecclesiae nostrae villula redire ante profectionem illius non potui: ne in totum vos quantulacumque benediciuncula visitare dimitterem, pro[a] nostrae exiguitatis memoria mitto vobis per eum crusnam[2] de pellibus variis cum panno coloribus vario qua ...[b]

867.

201.

Hinkmar an Bischof Odo von Beauvais über die Anklagen der Griechen gegen die römische Kirche. *29. Dezember 867.*

Hss.: Laon 407 Bl. 149'—150', 9. Jh. (B), kollat. A.V. Müller, Ertl; Vat. reg. lat. 151 Bl. 1—2, 12. Jh. (C), kollat. Laehr; Paris Coll. Dupuy 9, 17. Jh. (aus B); Dublin Trinity College C. 1. 20, 17. Jh. (aus B); Tilian. (D) verschollen.

Drucke: Sirmond, Hincm. opera II, 809 (aus D); Migne 126, 93.

Schrörs Reg. 206.

HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS DILECTO FRATRI ET VENERABILI EPISCOPO ODONI[3] SALUTEM[4].

Domnus apostolicus[5] communiter nobis et aliis episcopis regni domni nostri Karoli[6] epistolam[7] misit ita[a] continentem[a], quod Greci tam[8] ecclesiam Romanam specialiter quam omnem generaliter, quae lingua Latina utitur, conantur reprehendere, quia ieiunamus in sabbatis[b], quod spiritum sanctum ex patre filioque procedere dicamus, cum ipsi hunc tantum ex[c] patre procedere fateantur[d]. Dicunt praeterea nos abominari nuptias, quia presbiteros sortiri[e] coniuges[f] prohibemus, et[g] insimulare temptant, quod eosdem presbiteros chrismate linire baptizatorum frontes inhibemus[g]. Quod tamen chrisma nos ex aqua fluminis conficere fallaciter arbitrantur. Reprehendere nihilominus moliuntur, eo quod octo ebdomadibus ante pascha[h] a carnium et septem ebdomadibus a casei et ovorum esu more suo non cessamus[i]. Mentiuntur quoque nos, sicuti per alia ipsorum[k] conscripta indicatur, agnum in pascha[l] more Iudaeorum super altare pariter cum dominico corpore benedicere et offerre. Quin et reprehendere satagunt, quia penes[m] nos clerici barbas radere suas non abnuunt et quia diaconus non suscepto presbiteratus officio apud nos episcopus ordinatur, cum ipsi etiam illum, quem patriarcham[n] suum nominant, ex laico subito tonsoratum ac monachum factum

---

a) prō *B.* b) *Schluß fehlt B.*

201. a) in qua continetur *Sirm.* b) sabatis *C.* c) a *C.* d) *Verb. aus* fateatur *B.* e) a sortiri *C.* f) *Davor durchstrichen* nup. *C.* g) et — inhibemus *(Z. 27) fehlt C.* h) pasca *C.* i) *Folgt Ras. von etwa 3 Buchst. B.* k) eorum *C.* l) pasca *C.* m) pene *B, C.* n) patraarcham *C.*

1) *B. von Orte, s. oben S. 189 A. 14.* 2) *S. Ducange s. v.* creusna. 3) *Von Beauvais, vgl. oben S. 122 A. 3.* 4) *Vgl. Hergenröther, Photius, Patriarch von Constantinopel I (1867), 674; Schrörs S. 290. 573f. A. 84; Dümmler II², 201. — Gleichlautende Schreiben ergingen auch an die übrigen Suffraganbischöfe; erhalten ist sonst nur unten Nr. 202 S. 226f. an Johann von Cambrai. Vgl. auch unten Nr. 203 S. 227.* 5) *Nikolaus I.* 6) *Des Kahlen.* 7) *MG. Epist. VI, 600ff. Nr. 100 (J.-E. 2879).* 8) *Vgl. Nikolaus I. a. a. O. VI, 603 Z. 23—S. 604 Z. 7.*

867. saltu ad episcopatus apicem imperiali favore ac brachio provehere, ut ipsi putant, minime formidaverint[a]. Et adhuc, quod est[b] gravius[b] et insanius, a missis nostris contra omnem regulam et praeter omnem consuetudinem libellum fidei, si se ab illis recipi vellent, exigere moliebantur, in quo tam ista capitula quam ea tenentes anathematizarent, necnon epistolas canonicas ab his ei, quem suum oecomenicon[c] patriarcham appellant[d], dandas inprobe requirebant. Et ipse invasor[1] Constantinopolitanae[e] ecclesiae Photius[f] in scriptis suis se archiepiscopum atque universalem patriarcham appellat. Et imperatores Grecorum legatos apostolicae sedis cum epistolis veneratione[g], qua debuerunt, recipere noluerunt.

Unde[h][2] unusquisque vestrum, qui metropolitana[i] iura sortitus est, iunctis sibi fratribus et coepiscopis[k] suis, qui sub se sunt, de his diligentem curam suscipiat et, quid invidis eorum detractionibus opponi necesse sit, rimari studeat et invenire summopere gestiat atque inventum[l] nobis otius transmittere minime parvipendat et praesulatui[3] nostro scripta divinitus inspirata sapientia vestra reprehendendo et forti prorsus invectione feriendo tantam eorundem imperatorum vesaniam[m] mittat, quae nos suscipientes rursus ea cum aliis assertionibus[n] nostris ad ipsorum quoque dementiam confutandam mittere valeamus.

Quapropter, frater[o] karissime, secundum domni apostolici commendationem de his per tramitem scripturarum et traditionem maiorum, quae illi rescribere[p] convenienter[p] possimus, quaerere et in unum colligere stude, ut, cum simul adiuvante Domino venerimus[q], quae quisque nostrum invenit singillatim[r], communi studio relegamus et, quae eidem[s] domno papae a nobis inde scribenda sunt, ordinemus.

Data IIII. Kal. Ian. indictione prima.

202.

Hinkmar an Bischof Johann von Cambrai über die Anklagen der Griechen gegen die römische Kirche. *29. Dezember 867.*

Hs.: Paris lat. 2373 Bl. 48', 9. Jh. (B), kollat. Hampe, Laehr.

Drucke: —

Schrörs Reg. —

HINCMARUS REMORUM EPISCOPUS DILECTO FRATRI ET VENERABILI EPISCOPO IOHANNI[4] SALUTEM[5].

Domnus apostolicus communiter nobis et aliis episcopis regni domni nostri Karoli epistolam misit, in qua continetur, quod Greci tam ecclesiam Romanam specialiter quam omnem generaliter, quae lingua Latina utitur, conantur reprehendere, quia ieiunamus in sabbatis, quod spiritum sanctum ex patre filioque procedere dicamus[a], cum ipsi hunc tantum ex patre procedere fateantur. Dicunt praeterea nos abominari nuptias, quia presbiteros sortiri coniuges prohibemus, et insimulare temptant, quod eosdem presbiteros chrismate linire baptizatorum frontes inhibemus.

---

a) formidaverunt *Sirm.* b) gravius est *C, Sirm.* c) cechonomicon *B, C.* d) appellunt *C.* e) *Zwischen* n *und* t *ein Buchst. rad. C.* f) Photeus *C.* g) *Zwischen* e *und* r *ein Buchst. rad. C.* h) inde *Sirm.* i) metropolitani *Sirm.* k) coeplis *C.* l) e *übergeschr. B.* m) vęxaniam *B.* n) assessationibus *(zweites* ss *verb.) C;* assuetionibus *Sirm.* o) fratres *B.* p) convenienter rescribere *C, Sirm.* q) venirimus *B.* r) silgillatim; *es folgt durchstrichen* cum studia *C.* s) idem *B, C.*

202. a) dicomus *B.*

1) *A. a. O. VI, 605 Z. 23f.* 2) *A. a. O. VI, 604 Z. 24—27.* 3) *A. a. O. VI, 608 Z. 20—23.* 4) *B. von Cambrai, vgl. oben S. 173 A. 4.* 5) *Vgl. das gleichlautende Stück an Odo von Beauvais oben Nr. 201 S. 225f. mit Anmerkungen.*

Quod tamen chrisma nos ex aqua fluminis conficere fallaciter[a] arbitrantur. Reprehendere nihilominus moliuntur, eo quod octo ebdomadibus[b] ante pascha a carnium et septem ebdomadibus a casei et ovorum esu more suo non cessamus. Mentiuntur quoque nos, sicuti per alia ipsorum conscripta indicatur, agnum in pascha more Iudaeorum super altare pariter cum dominico corpore benedicere et offerre. Quin et reprehendere satagunt, quia penes nos clerici barbas radere suas non abnuunt[c] et quia diaconus[d] non suscepto presbiteratus officio apud nos episcopus ordinatur, cum ipsi etiam illum, quem patriarcham suum nominant, ex laico subito tonsoratum ac monachum factum saltu ad episcopatus apicem imperiali favore ac brachio provehere, ut ipsi putant, minime formidaverint. Et adhuc[e], quod est gravius et insanius, a missis nostris contra omnem regulam et praeter omnem consuetudinem libellum fidei, si se ab illis recipi vellent[f], exigere moliebantur, in quo tam ista capitula quam ea tenentes anathematizarent, necnon epistolas canonicas ab his ei, quem suum oecomenicon patriarcham appellant, dandas inprobe requirebant. Et ipse invasor Constantinopolitanae ecclesiae Photius in scriptis suis se archiepiscopum atque universalem patriarcham appellat. Et imperatores Grecorum legatos apostolicae sedis cum epistolis veneratione, qua debuerunt, recipere noluerunt.

867.

Unde unusquisque vestrum, qui metropolitana iura sortitus est, iunctis sibi fratribus et coepiscopis suis, qui sub se sunt, de his[g] diligentem curam suscipiat et, quid invidis eorum detractionibus[h] opponi[i] necesse sit, rimari studeat et invenire summopere gestiat atque inventum nobis otius transmittere minime parvipendat et praesulatui nostro scripta divinitus inspirata sapientia vestra reprehendendo et forti prorsus invectione feriendo tantam eorundem imperatorum vesaniam mittat, quae nos suscipientes rursus ea cum aliis assertionibus nostris ad ipsorum quoque dementiam confutandam mittere valeamus.

Quapropter, frater karissime, secundum domini apostolici commendationem de his per tramitem scripturarum et traditionem maiorum[k], quae illi rescribere convenienter possimus, quaerere et in[l] unum colligere stude, ut, cum simul adiuvante[m] Domino venerimus, quae quisque nostrum invenit singillatim, communi studio relegamus et, quae eidem domno papae a nobis inde scribenda sunt, ordinemus.

Data IIII. Kal. Ianuar. indictione prima.

203*.

Hinkmar an Bischof Rothad von Soissons über die Anklagen der Griechen gegen die römische Kirche. *29. Dezember 867.*

Schrörs Reg. 206.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 517): Item[1] eidem cum aliis Remensis dicceseos episcopis[2] de Grecorum adinventionibus, quas contra canonicas statuere conabantur regulas; pro quibus tam ad ipsum quam ad ceteros huius regni archiepiscopos[3] domnus Adrianus[4] papa litteras[5] dederat.

---

a) *Zwischen den beiden* l *ein Buchst. rad. B.* b) *Danach freier Raum für etwa 6 Buchst. B.* c) *Zwischen* b *und* n *Raum für einen Buchst. B.* d) diconus *B.* e) aduc *B.* f) llent *B.* g) *Folgt* qui *B.* h) detrationibus *B.* i) i *verb. B.* k) malorum *B.* l) *Übergeschr. B.* m) ac iuvante *B.*

1) *Vgl. oben Nr. 193 S. 202 A. 3. — Ferner oben Nr. 201 S. 225 f. und A. 4 sowie Nr. 202 S. 226 f.* 2) *Erhalten nur die Schreiben an Odo von Beauvais (oben Nr. 201 S. 225 f.) und Johann von Cambrai (oben Nr. 202 S. 226 f.).* 3) *Vgl. Ann. Bertin. 867 ed. Waitz S. 89 = Flod. III, 17 (MG. SS. XIII, 508):* Sed et alteram epistolam eidem et ceteris archiepiscopis et episcopis in regno Karoli constitutis transmisit. 4) *Richtig Nikolaus I.; die Nennung Hadrians II. beruht auf einem Versehen Flodoards, vgl. Schrörs S. 573 f. A. 84.* 5) *MG. Epist. VI, 600 ff. Nr. 100 (J.-E. 2879).*

204*.

867–868. *Hinkmar an Erzbischof Herard von Tours.* *Dezember 867.*

Schrörs Reg. 207.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 516): De[1] quibusdam quoque libris sancti Augustini, quos sibi ab eodem mitti petierat, et de obiectionibus Grecorum, super quibus Nicolaus papa eidem mandaverat[2], et alia quaedam. 5

205*

Hinkmar an König Lothar II. über dessen Eheangelegenheit. *nach 8. März 868.*

Schrörs Reg. 209.

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 21 (MG. SS. XIII, 515): Scribit[3] idem venerabilis Hincmarus et ad Lotharium Italiae regem[4], qui se relicta uxore propria[5] cuidam feminae[6] copulaverat; dans ei consilium et admonens, ut eam a presentia sua omnimodis remo- 10 veret; significans se domni Adriani papae[7] litteras[8] et mandata super hac re suscepisse; et, ut idem rex in hac causa ipsius papae precepta conservet, suggerere curat.

206*

Hinkmar verweigert dem Bischof Johann von Cambrai die nachgesuchten Empfehlungsbriefe zu einer Fahrt nach Rom. *nach 8. März 868.*

Schrörs Reg. 210. 15

Regest Flod. Hist. Rem. eccl. III, 23 (MG. SS. XIII, 531): Iohanni Camaracensi[9] petenti commendatitias dari sibi Romam proficiscenti litteras ex nomine domni Hincmari Adriano papae[10] offerendas rescribit, quod, si redditurus obsequium cesari[11] Romam velit ita pergere, ut obsequio Deo debito cesaris contrarium non esset obsequium, canonicas libenter ei litteras tribueret; sin autem pro causa Lotharii regis[12], quae inter eum et 20 ipsius uxorem[13] diu ventilata fuerat, quoniam commendatitias in hac re dare litteras non valebat, reprehensibiles dare non audeat, quia nec debeat; presertim cum nuper domnus Adrianus litteras[14] ei suae auctoritatis per Actardum Namnetensem episcopum[15] miserit, in quibus significaverit se certamina[16], quae sedes apostolica per antecessores suos Benedictum[17] et Nicolaum[18] in hac causa certaverat, sequi, monens eum, ut quod super hoc 25 negocio gestum est nullatenus enervari consentiat, intimansque, qualiter excommunicata fuerit Waldrada[19]. Addit etiam, quod sine consilio coepiscoporum litteras ei dimissorias, maxime pro re incerta, dare nequiret.

Vgl. Matth. 22, 21; Marc. 12, 17; Luc. 20, 25.

1) *S. oben S. 201 A. 3. — Vgl. Schrörs S. 290. 573f. A. 84.* 2) *Vgl. MG. Epist. VI, 600ff. Nr. 100 (J.-E. 2879); zur Sache namentlich oben Nr. 201—203 S. 225ff. mit Anmerkungen.* 3) *Vgl.* 30 *Schrörs S. 303 und A. 37, zur Datierung S. 574 A. 89; Dümmler II², 231 und A. 1.* 4) *II. (855—869). Tatsächlich war bekanntlich Kaiser Ludwig II. (850—875) Herrscher Italiens.* 5) *Theutberga. Vgl. oben S. 189 und A. 11.* 6) *Waldrada.* 7) *II. (867—872).* 8) *MG. Epist. VI, 710ff. Nr. 10 (J.-E. 2905).* 9) *S. oben S. 173 A. 4. — Vgl. Schrörs S. 303 und A. 38, zur Datierung S. 574 A. 90; Dümmler II², 230f. und A. 5; Parisot, Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens S. 314 und A. 2.* 35 10) *S. oben A. 7.* 11) *Kaiser Ludwig II.* 12) *S. oben A. 4.* 13) *S. oben A. 5.* 14) *MG. Epist. VI, 710ff. Nr. 10 vom 8. März 868 (J.-E. 2905).* 15) *S. oben S. 223 A. 10.* 16) *Vgl. Hadrian II. an Hinkmar, Epist. VI, 711 Z. 7ff. Nr. 10 (J.-E. 2905).* 17) *III. (855—858).* 18) *I. (858—867).* 19) *Vgl. Perels, Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius S. 142 und A. 3.*

WEIDMANNSCHE VERLAGSBUCHHANDLUNG IN BERLIN.

MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

DIPLOMATA REGUM GERMANIAE EX STIRPE KAROLINORUM
DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KAROLINGER
(Quartbände)

Tom. I fasc. 1: Ludowici Germanici diplomata DCCCXXIX—DCCCLVIII. Bearb. v. P. F. Kehr. (136 S.) 1932. M. 18.—.

Tom. I fasc. 2: Ludowici Germanici diplomata DCCCLIX—DCCCLXXVI. Bearb. v. P. F. Kehr. (XXXIII u. S. 137—284.) 1932. M. 23.—.

Tom. I fasc. 3: Karlomanni et Ludowici iunioris diplomata. Bearbeitet von P. F. Kehr. (S. XXXV—IL u. S. 285—434.) 1934. M. 26.—.

Tom. II fasc. 1: Die Urkunden Karls III. Bearb. v. P. F. Kehr. (280 S.) 1936. M. 35.—.

Tom. II fasc. 2: Die Urkunden Karls III. Bearbeitet von P. F. Kehr. (LXIV u. S. 281—422.) 1937. M. 31.20.

DIPLOMATA REGUM ET IMPERATORUM GERMANIAE
DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER
(Quartbände)

Tom. I: Conradi I., Heinrici I. et Ottonis I. diplomata. Edidit Th. Sickel. (XX u. 740 S.) 1879—1884. M. 27.—.

Tom. II pars 1: Ottonis II. diplomata. Edidit Th. Sickel. (386 S.) 1888. M. 15.—.

Tom. II pars 2: Ottonis III. diplomata. Edidit Th. Sickel. (IX u. S. 385—995.) 1893. M. 24.—.

Tom. III: Heinrici II. et Arduini diplomata. (XXX u. 853 S.) 1900—1903. M. 36.—.

Tom. IV: Conradi II. diplomata. Mit Nachträgen zu den Urkunden Heinrichs II. (XXVI u. 554 S.) 1909. M. 30.—.

Tom. V pars 1: Heinrici III. diplomata MXXXIX—MXLVII. (267 S.) 1926. M. 30.—.

Tom. V pars 2: Heinrici III. diplomata MXLVII—MLVI. Edidit P. Kehr. (LXXVII u. S. 269—705.) 1931. M. 60.—.

Tom. VIII: Lotharii III. diplomata nec non et Richenzae imperatricis placita. Edd. E. de Ottenthal et H. Hirsch. (XXXI u. 314 S.) 1927. M. 35.—.

EPISTOLAE SAECULI XIII E REGESTIS PONTIFICUM ROMANORUM SELECTAE
per G. H. Pertz. Edidit Carolus Rodenberg
(Quartbände)

Tom. I. (XVIII u. 786 S.) 1883. M. 24.—.

Tom. II. (XIX u. 626 S.) 1887. M. 22.—.

Tom. III. (XXVIII u. 807 S.) 1894. M. 33.—.

Indices eorum quae Monumentorum Germaniae historicorum tomis hucusque editis continentur. Scripserunt O. Holder-Egger et K. Zeumer. (XII u. 254 S.) 1890. M. 15.—.

EPISTOLAE
(Quartbände)

Tom. I pars 1. Gregorii I Papae registrum epistolarum Libri I—IV. Edidit Paulus Ewald. (VIII u. S. 1—280.) 1887. M. 11.—.

Tom. I pars 2: Gregorii I Papae registrum epistolarum. Libri V—VII. Post Pauli Ewaldi obitum edidit L. M. Hartmann. (VII u. S. 281—491.) 1891. M. 10.—.

Tom. II: Gregorii I Papae registrum epistolarum. Libri VIII—XIV. Post Pauli Ewaldi obitum edidit L. M. Hartmann. Pars 1: (IV u. S. 1—234) 1893. Nur *S.-P.* M. 15.—. Pars 2: (S. 235—464) 1895. Nur *S.-P.* M. 15.—. Pars 3: (XLIII u. S. 465—607) 1899. M. 10.—.

Tom. III: Epistolae Merowingici et Karolini aevi. Tom. I. (VII u. 763 S.) 1892. M. 30.—.

Tom. IV: Epistolae Karolini aevi. Tom. II. Recensuit Ernestus Duemmler. (VIII u. 639 S.) 1895. M. 25.—.

Tom. V pars 1: Epistolae Karolini aevi. Tom. III pars 1. Recensuit Ernestus Duemmler et Karolus Hampe. (S. 1—360.) 1898. M. 15.—.

Tom. V pars 2: Epistolae Karolini aevi. Tom. III pars 2. Recensuit Ernestus Duemmler et A. de Hirsch-Gereuth. (VII u. S. 361—679.) 1899. M. 13.—.

Tom. VI pars 1: Epistolae Karolini aevi. Tom. IV pars 1. Recensuit Ernestus Duemmler. (S. 1—256). 1902. M. 10.—.

Tom. VI part. 2 fasc. 1: Epistolae Karolini aevi. Tom. IV part. 2 fasc. 1. (S. 257—690.) 1912. M. 23.—.
part. 2 fasc. 2: Epistolae Karolini aevi. Tom. IV part. 2 fasc. 2: Hadriani II. papae epistolae. (S. 691—811.) 1925. M. 12.—.

Tom. VII pars 1: Epistolae Karolini aevi. Tom. V pars 1. Edidit Ericus Caspar. (312 S.) 1912. M. 17.—.

Tom. VII pars 2: Epistolae Karolini aevi. Tom. V pars 2. Edidit Ericus Caspar. (XXII u. S. 313—480.) 1928. M. 24.—.

EPISTOLAE SELECTAE
(Oktavbände)

Tom. I: S. Bonifatii et Lulli epistolae. Edidit M. Tangl. (XL u. 321 S.) 1916. M. 7.20.

Tom. II: Gregorii VII. registrum. Edidit E. Caspar.
Pars 1: Lib. I—IV. (XLII u. 347 S.) 1920. M. 7.20.
Pars 2: Lib. V—IX. (S. 348—701.) 1923. M. 8.40.

Tom. III: Die Tegernseer Briefsammlung (Froumund), herausgegeben von K. Strecker. (XXX u. 171 S.) 1925. M. 8.40.

Tom. IV: Die Aktenstücke zum Frieden von S. Germano 1230, herausgegeben von Karl Hampe. (XIII u. 123 S.) 1926. M. 7.20.

ANTIQUITATES · POETAE LATINI
(Quartbände)

Tom. I: Poetae Latini aevi Carolini. Recensuit Ernestus Duemmler. (VIII u. 652 S.) 1880—1881. M. 21.—.

Tom. II: Poetae Latini aevi Carolini. Recensuit Ernestus Duemmler. (VII u. 722 S.) 1884. M. 23.—.

Tom. III pars 1: Poetae Latini aevi Carolini. Tomi III pars 1. (S. 1—264.) 1886. M. 10.—.

Tom. III pars 2: Poetae Latini aevi Carolini. Tomi III pars 2 (X u. S. 265—823) 1892—1896. Nur *S.-P.* M. 42.—.

Tom. IV pars 1: Poetae Latini aevi Carolini. Recensuit Paulus de Winterfeld. (S. 1—444.) 1899. M. 18.—.

Tom. IV pars 2: Poetae Latini aevi Carolini. Recensuit Karolus Strecker. (S. 445—1177.) 1914—1923. M. 41.—.

NECROLOGIA GERMANIAE
(Quartbände)

Tom. I: Dioeceses Augustensis, Constantiensis, Curiensis. Edidit F. L. Baumann. (VIII u. 799 S.) 1886—1888. M. 29.—.

Tom. II: Dioecesis Salisburgensis. (IV u. X u. 804 S.) 1890—1904. M. 36.—.

Tom. III: Dioeceses Brixinensis, Frisingensis, Ratisbonensis. Edidit F. L. Baumann. (X u. 534 S.) 1905. M. 22.—.

Tom. IV: Dioecesis Pataviensis pars 1. I. Dioecesis Pataviensis regio Bavarica. II. Dioecesis Pataviensis regio Austriaca nunc Lentiensis. Ed. Maximilianus Fastlinger, post eius obitum complevit Iosephus Sturm. (X u. 792 S.) 1920. M. 42.—.

Tom. V: Dioecesis Pataviensis pars 2. Austria inferior. Edidit Albertus Franciscus Fuchs. (X u. 750 S.) 1913. M. 40.—.

Libri confraternitatum Sancti Galli, Augiensis, Fabariensis. Edidit Paulus Piper. (IX u. 550 S.) 1884. M. 19.—.

AVLAE VIMARIENSIS OFFICINA TYPOGRAPHICA.